














CLAVDII

GALENI PERGAMENI, DE SANITATE TVENDA, LIBRI SEX,

THOMA LINACRO Anglo interprete:

NVPERRIME AD EXEMplar *Venetûm recogniti, & diuulgati.*

IN VIRTVTE



FORTVNA.

LVGDVNI,

Apud Guliel. Rouil. Sub scuto Veneto.

1559.



INVICTISSIMO ILLVSTRISSIMO'QVE HENRICO octauo Angliæ Regi, domino Hyberniæ, ac Walliæ Cornubieq́; principi, Thomas Linacrus Medicus

S. P. D.



VM MVLTI TIBI quotidie, Henrice regum clarissime, splendore gloriaq́ʒ nominis tui allecti, multa, quæ te variè oblectent, certatim afferant: alius generosos equos, alius insignes canes, alius aurũ argentúmve, sed quorum ingenij cuiuspiam opus materiam superet: ego cùm eiusmodi facultatibus minimè abundem, nihil vel

officio meo vel profeſſione dignius inueni,
quàm vt tibi ſtudiorum meorum monu-
mentum aliquod dicarem, quò fieret vt
ſimul otij, quod per indulgentiam tuam à
iuſto tibi miniſterio aliquando ſuffuror,
ratio tibi conſtet: ſimul intelligas me non
modò horis ijs, quibus te præſens fruor, ſed
etiam reliquis omnibus id pro viribus
moliri, quod tibi aliquando gratum fore
exiſtimem. Delegi igitur potiſſimùm ex
ijs, quæ nuper verti, Galeni opus, quod,
De ſanitate tuenda, inſcribitur: opus ſci-
licet vel autoris merito, vel ſuo, præſtan-
tiſſimum. Quippe autor ipſe tantus in o-
mni medendi arte fuit, vt non immeritò
tum patriam ſuam nobilitârit, tum ſecu-
lum illuſtrârit: qui ſummis alioqui viris,
qui ante eum, vel condidiſſe artem, vel
plurimùm auxiſſe ſunt viſi, omnibus pla-
nè, cùm ab Hippocrate diſceſſeris, vm-
bram ſui nominis claritate induxit: atq;
hunc ipſum ſolus nobis ſua partim inter-
pretatione, partim cõmendatione ſerua-

uit: qui, nisi huius fusa, iucundáq; claritas suppetias tulisset, ut minimè à nobis intellectus, ita planè fuisset neglectus. Posteris verò adeò omnem laudis materiam in medicina præripuit, ut nihil illis ad laudem reliqui ferè fecerit. Declarant eorum opera, à quibus si, quæ ab illo sunt mutuati, detraxeris: tam pauca ea, quæ restant, incultáq; comperias, ut Horatianæ corniculæ exemplo risum moueant. Atque utinam tantùm risum mouerent, ac non sæpè iustissimam potius indignationem, cùm multa perniciosa sint, multa vitiosè, perperamq; tradita: pleraque omnia, quæ scribunt, adeò ambigua, obscuráq; sunt, ut posteà etiam quàm verbosissimos interpretes fatigârunt, Oedipi alicuius, Apollinisve opem adhuc desiderent. Quo minùs mirum est, si hic tanta posteris inuidia fuit, ut summa eorum ingenia nonnullum doloris sui remedium putârint, si ex innumerabilibus, quæ scripsit, minutias aliquas taxa-

re, & carpere potuerint: quanquàm idem rurſus adeò omnem eorum inuidiam vicit, vt illi ipſi, qui carpere in eo quicquam ſunt auſi, omnes tamen, quò inuidiam ſuam diſſimularent, eum prius laudare ſint coacti: adeò vt, quod quidam ſibi improbiſſimè arrogauit, qui ſe Iatronicen inſcripſit, id huic omnes veriſſimè atteſtemur: qui ſe vniuerſæ virtutes eius æſtimentur, medicos omnes, quiq; priores ſe, quiq; posteriores fuerint, planè vicit. Opus verò ipſum quanta ſit præſtantia, vel quàmlibet eius dotem expendenti, facilè appareat. Siue (quam curioſus quiſpiam, inquireret) eius originem, quam constat ipſam fuiſſe naturam: quæ tantum non viua voce, instrumentorum, quæ nobis tribuit officijs, ſummas hic traditæ artis inſinuauit. Siue quibus exculta ſit ingenijs, cum iiſdem, quibus omnis philoſophia, ſpecioſiſſimæq; artium & inuentæ ſunt, & abſolutæ: quippe qui, propterea quòd ijs incubuerunt, quæ ſicut animo ſa-

luta

lutaria, sic corpori fuêre inimica, ab hac sibi petere auxilium necesse habuêre. Siue (quæ mihi ad solidam eius laudem magis pertinere videntur) magnitudinem eorum quæ promittit & perficit: quando illud, sine quo nihil est in vita dulce, & quod, non quolibet testimonio, sed Delphici ipsius oraculi, in vita perhibetur optimum, perpetuum sibi auscultãtibus præstat. Siue eius supra reliquas medicinæ partes, quæ corpori hominis tuendo sunt inuentæ, præstantiam, vel eam, quæ instantes morbos præcauet, vel quæ præsentes eliminat. Eas nanque tanto interuallo præcedere intelligetur, quanto ipsius gratia, illarum muneribus multò est communior, eoq; non immeritò desideratior: cùm sanitas nulli non ætati, non tempori, sit expetenda, illarum præsidia tum demum sint vsui, cùm iam morbus vel minatur, vel vrget. Proindeq; huius (vt breuiter dicam) bonitas, paci, illarum militum virtuti sit quàm simillima: quorum

 vsum

vſum, niſi in bello conſtat nunquam eſſe concupiſcendum. Et autor quidem, atque opus eiuſmodi ſunt. Qui ſi latinitate à me donati, minores fortaſſe cuipiam videbuntur, quàm ſunt à me prædicati, erit id, fateor, infantiæ meæ maximè imputandum: niſi etiam eorum virtuti, vtpote quam pro merito exæquare, nec modeſtus quiſpiam ſperauerit, nec temerarius poſſit. Quo etiam iuſtius & tibi lucubrationes has dicandas cenſui (ex cuius autoritate multum pretij illis acceſſurum non dubitaui, multa enim (vt ille ait) ideò pretioſa ſunt, quòd templis dicata) & à legentibus veniam facilius ſperauerim, ſi ingenuè cedens in ijs, quæ conſequi, nedum euincere non erat, in eo aliquid profeci, quod detrectare non licuit. Nam, vt cum elocutione autoris certandum mihi non fuit, certè rerum fides non erat omnì conatu non adeunda: quam præſtiterim nécne, libuit publicum iudicium experiri: idq́; etiam ſub nomine, potiſſimùm tuo.

Quod

Quod tamen vt facerē, animus mihi planè defuisset (tametsi me viri doctissimi, partim ex Italis, partim ex Germanis & Gallis, præcipuè duo nostræ ætatis lumina Erasmus, & Budæus, ad editionem operis crebra appellatione impulissent) nisi singularis tua, spectataq́; omnibus humanitas, boni se consulturam promitteret. Hæc enim præcipua profectò fiducia est, quæ si me non frustrabitur, & literarium hoc munusculum læta fronte accipies, non mihi modò maiora, quæ premo, edendi animum addideris, sed etiam alios ex tuis ad multa, quæ te, & seculum fortasse tuum illustrent, scribenda excitabis. Diu viuas precor Regū splendor, & seculi tui decus. Londini XVI. Cal. Quintiles, Anno salutis Christianæ M. D. XVII.



LINACRVS AD LECTOREM.



BSIT, CANDIDE lector, quisquis in has nostras lucubrationes eruditior inci deris, ut quod ego rudioribus duntaxat consulens, minimè de tua erudi tione dubitans, feci, id tu vitio vertas, ac non potius eos, qui te rudiores sunt, mecum miseratus, boni consulas: quòd voces quasdam, quæ apud magnos aliâs autores in multiplici sunt usu, & proinde confusiores pse eas, quò videlicet Græcis, pro quibus po nuntur, magis æquem, partim adiūcto ali quo discernam, partim unica ferè signifi catione usurpem: quasdā rursus aliquando nouem, sed cum præfatione: & ubi Latinas non inuenio, quibusdā Græcis utar, sed quæ usitatam Latinis inclinationem

max

maximè recipiant. Sunt verò (ne me nimium mihi permisisse putes) vniuersæ quibus veniam ita præfamur, non adeò multæ, feréque hæ: Digerere apud veteres præter alia significata, & pro eo quod est διαφορεῖν Græcè sumitur, & pro eo quod est ἀναδίδοσθαι. Sunt & qui pro concoquere (sicut rude vulgus abutitur) in epistola Ciceronis ad Atticum positum putent. Nos cùm pro διαφορεῖν eo vtimur, verba hæc (per halitum) vel (per spiritum) ei adiungimus. Cùm pro ἀναδίδοσθαι, verba hæc (in corpus) addimus. Discutere prætereà veteribus & pro eo quod est τέμνειν, siue λεπτύνειν, siue διασκεδάζειν accipitur: vt Celso de remedio aduersus aspidem: quo sensu etiam Dissipare eodem loco legitur. Et pro αἴρειν, siue ἐκβάλλειν, vt cùm dicitur, febrem discussit. Nos eo verbo in secunda significatione maximè vtimur priorem per dissecare, vel incidere interpretamur. Rursus cum πάθος recentioribus

Græ

Græcorum & pro eo præter naturam
motu, qui extrinſecus aduenit, & pro-
affecta, qui tali motui ſuccedit, accipia-
tur nos prius ſignificatum, paſſionis vo-
cabulo reddimus: quod tametſi in fre-
quenti præſertim oratorum vſu non eſt,
tamen in naturalibus quæſtionibus legi-
tur apud Senecam. Secundum (quoniam
id multiplex eſt) vt in ſecundo de ratio-
ne medendi Galenus docet, modò vi-
tium, modò affectum, modò ſymptoma
(prout locus poſcit) interpretamur. In
vaporis quoque vocabulo Celſus, &
Plinius duo illa ἄτμον *&* ἀναθυμίασιν
confundunt. Nobis ſatius eſt viſum, vt,
Senecam ſequuti, ἄτμον *halitum,* ἀναθυ-
μίασιν *vaporem interpretemur. Habitus*
quoque appellatione ſicubi pro corpo-
rea animalis mole (quod corpus quo-
que Latinè dici non ignoro) non vſus
videbor: non eſt quòd magnopere quiſ-
quam miretur, cùm ἕξεως *quoque voca-*
bulum Galenus eodem modo nouet: quo
etiam

etiam adeò sæpè vtimur, vt non abs re fortasse sit ita & vertisse, & monuisse. Iā symptomate, & phlegmone Græcis vtimur: Illo quidem pro innaturali quopiam affectu, quod morbos succedit: videlicet ne si accidentis vocabulo pro eo vteremur, non haberemus quod συμβεβηκῶς propriè referret: posteriore verò quoniā inflammationem (quod pro eo Celsum posuisse scio) pro phlogosi aptius ponēdum censui. Apotherapiam autem & symmetriam, sicuti alia quædam, ob Latinarum vocum desiderium, Horatij consilio, & bonorū exemplo, pro Latinis recipimus.

Hæc sunt eruditissime lector, quæ à te ne rudiori fortasse imponerem, petere impetraréq; volui. Vale.

Admonendus candidus lector est, vbi in hoc volumine verba aliqua huiuscemodi notis [ ] intercepta sunt, significare ea iudicio interpretis addita esse: quæ in Græco exemplari, quod vnicum habebat, omnino deesse suspicabatur.



CLAVDII GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER PRIMVS, THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

Quæ in primo libro de tuenda sanitate pertractantur.

Quid est sanitas, atque illius generalis descriptio.

Corpus animalis aßiduè alterari, atque idcirco artem requiri, quæ illius lapsum à naturali habitu emendet.

Corpora ideò alimento indigere, quòd semper aliquid ex eorum substantia defluit.

Quòd necesse sit ex alimentis excremēta etiam aliqua gigni.

Vbi nequaquam, vel non rectè euacuantur corporis excremēta, necessariò animal ægrotare.

Sanitatem non rem esse indiuiduam, sed latitudinem quandam poßidere.

Quid de quorundā veterū opinione sentiendū sit, qui oēs homines ꝑpetuò ægrotare cēsebāt.

De

De optima corporis constitutione.
Quo pacto quis regere debeat corpus optimè constitutum.
Qua ratione infantes ab ipſo ſtatim ortu, vſque ad ætatem adoleſcentiæ regi debeant.



V'M VNA SIT ars, quæ corpori hominis tuendo dicata ſit, vt alibi à nobis oſtenſum eſt: eius primæ, ac maximę partes ſunt duæ, quarum alterā † ſanitatis tuendæ, alteram * morbi profligandi facultatem appelles. Earum contraria inter ſe officia ſunt: ſiquidem illi tueri, huic immutare ſtatum corporis, eſt propoſitum. Quoniam autem & dignitate, & tempore ſanitas morbum præcedit, vtique & nobis quemadmodum hęc ſeruanda ſit, prius tractare conueniet: pòſt autem, quo pacto commodiſsimè morbus ſit abigendus. Vtriuſq; facultatis inueniendæ communis ratio eſt, vt, quid'nam ea corporis affectio ſit, quæ ſanitas dicitur, liquidò conſtet: quandoquidem nec præſentem ſeruare, nec amiſſam reſtituere, ſi eā penitus ignores, licet. Scripſimus de hoc alibi, oſtendimúſque, ſimilarium quas vocant, partium ſanitatem, calidi, frigidi, & ſicci ſymme-

† ὑγιεινὸν
* θεραπευτικόν.

triam

metriam,id eſt,cõueniētiam inter ſe quandam eſſe:Inſtrumētalium verò, ex ſimilarium ipſarũ cõpoſitione,numero , magnitudine, figuraq́; conſtare. Quare quiſquis hæc cõmodè tueri poſsit , optimus ſanitatis cuſtos fuerit. Tuebitur hæc qui modos omnes,quibus vitiãtur, cõpertos priùs habuerit.Sicuti enim,ſi impatibile nobis,nec vlli affectioni obnoxiũ corpus eſſet, nullam deſideraret artẽ,quæ eius tutelæ præeſſet:ita nunc quũ numeroſiſsimis affectibus expoſitũ ſit, certã ſibi depoſcit artem, quæ & omnia eius incõmoda perſpicere, & ipſum ab iis tueri poſsit. Sanè quæ corpus noſtrũ lædunt,corrumpuntq́;, ea ſunt genere duplicia:altera nobiſcũ cõgenita, & quæ vitare nequeas,quæq́; ex ipſis generationis principiis,veluti radice oriuntur: altera,quæ & declinare poſsis,& orta à nobis non ſunt,quæ tamen non minùs quàm illa corpus noſtrum cõficiunt:quorũ vtraque iam ſeorſum diſtinguemus. Sanguis, ſemẽq́; genitale generationis noſtræ primordia ſunt:ille ceu materies quædã apta, concinnaq́; , & opifici ad quiduis ſequax: hoc,opificis rationẽ obtinens.Conſtat horum vtrunq; ex iiſdem genere elementis, humido,ſicco, calido & frigido:aut,ſi mauis ab eſſentia ſumptis nominibus,quàm à

qualita

qualitate nominaſſe, aqua, terra, igni & aëre: ſic enim demonſtratum nobis eſt in eo libro, quem de elementis ex Hippocratis ſententia ſcripſimus. Diſsident hæc inter ſeipſa temperamenti mēſura: ſiquidem in ſemine plus eſt igneæ ſubſtantiæ, atque aëreæ: in ſanguine, aqueæ, terreæq́;. Quanquam præpolleat in hoc quoq;, & calidum frigido, & humidum ſicco. Eóq; fit, vt non ſiccus ſicut oſſa, pilúſve, ſed humidus meritò dicatur. At ſemen ſanguine ſiccius quidem eſt: cæterū ipſum quoq; humidū, fluxileque eſt. Atq; ita nobis vtrinq; ex humida ſubſtantia geniture origo proficiſcitur. hanc tamen humidam ſeruari non erat, ſi modo ex ea nerui, arteriæ, venæ, oſſa, cartilagines, mēbranulæ, & alia id genns fieri deberent. Ergo ſtatim in generationis initio, cōiectum copioſius oportuit elementum id, quod ſiccādi vim haberet: eſt verò id natura quidem maximè ignis, ſed tamē & terra: eſt enim ea quoq; res ſicca: verùm huius plus immiſceri principiis non erat, ſi modò hæc humida erāt futura. Ignis certè quominus plus ſit admiſtum, nec obſtat quicquam: & ſanè admiſtum eſt tāto planè plus in vtroq; principio, quantum nec iam torreat, vrátve, & tamen abundè ſiccet. Quippe etiam tātus calor adhibitus agili-

tatẽ præſtare ad motiones ſat erat. Ab hoc igitur primùm cogitur, paulumq; concreſcit, quod in vtero cõceptũ eſt: mox ſiccius redditũ, veluti lineamenta quædã, & rudimenta cuiuſque membri obtinet. Vlterius verò etiã ſicceſcens, non lineamenta rudimentáve modò, ſed etiam exactam vniuſcuiuſq; ſpeciem oſtẽdit. Iam verò in lucem editum, & magnitudine proficit, & tum ſiccius, tum valentius ſemper efficitur, donec ad ſummũ incrementum (ἀκμὴν Cręci vocant) ſit peruentum. Tum verò & incrementum omne ſiſtitur, oſsibus nĩmirũ ipſis per ſiccitatem non vltra ſequacibus: & ſanguinis, ſpiritusq; vaſa, ſpiritus ipſius flatu in latum agũtur: cuncta deniq; mẽbra non ſolùm robuſta fiũt, ſed etiã vires ſuas ſummas obtinent. In eo verò quod ſequitur tẽpore, omnibus iam partibus ſupra iuſtum ſicceſcentibus, non ſolùm cuiuſq; officium minus probè adminiſtratur, ſed etiam corpus ipſum macilentius, graciliuſque quàm antè, redditur. Ergo vltra ſiccatũ, nõ macilẽtius modò, verũetiam rugoſum efficitur. Artus quoque ipſi inualidi, atque ad motus ſuos incerti, incõſtanteſq; probantur. Affectio hæc [in animalibus] ſeniũ appellatur, ei quæ in ſtirpibus αὔανσις Græcè dicitur, proportione reſpondens. Eſt enim, & illa

ſtirpis

ſtirpis ſeniũ, ſiccitatis exceſſu prouueniens. Vna igitur hæc eſt omni genito corpori corruptelæ, interitusq́; connata neceſsitas. Altera eſt, quæ etiam in animalibus præcipuè cernitur, totius ſubſtantiæ fluor, quem inſitus calor excitat. Hæc itaq; incõmoda nullũ, quod genitũ ſit, corpus effugere poteſt: reliqua quæ hæc ſequũtur, prouidẽtia, concilioq́; certè poteſt. Porrò his quoq; nõ aliunde origo eſt, quàm ex ipſis iam dictis incommodis corrigendis, atque ſarciẽdis. Nam quũ tota moles animalium in perpetuo fluore ſit, ni ſimilis altera ſubſtantia pro ea quæ defluxit, reſtituta ſit, euaporabitur certè, atque diſsipabitur vniuerſa. Quò factum arbitror, vt natura nõ animalibus modò, verumetiam ſtirpibus, inſitas quaſdam vires deficientis, ac deſiderati ſemper appetentes, ab initio ſtatim dederit. Non enim, veſci, bibere, aut reſpirare à quoquã vſquam diſcimus, ſed ſtatim à principio facultates nobis habemus, quę hæc omnia citra docentem perficiant. Cibo igitur quicquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit, reſtituimus: potione quicquid humidioris, atque ad priſtinam ita ſymmetriam ambo reducimus. Ita verò & aëreæ, igneæq́; ſubſtantiæ modum, reſpiratu, arteriarumq́; pulſu tuemur. De quibus omnibus etiã ſingula-

tim dictum nobis in aliis voluminibus eſt: nec à præſenti diſputatione alienū cenſemus, vt quæ ibi demonſtrata ſunt, ad ſanitatis tuendæ artē hypotheſeos loco poſitis, ſic quę deinceps ſunt, aggrediamur. Quum enim quotidie propter inſitum ipſis calorem, cunctis animalibus nonnulla ſubſtantiæ portio defluit, nec eſt aliter huius iuſtū ſeruaſſe modum, quàm cibi, potionis, reſpirationis, & arteriarum motus ope: neceſſe eſt ex his cōtrahi excrementorum prouentum. Nam ſi quale erat ipſum quod effluxit, tale prorſus adiungere agglutinareq́; ei per totum liceret, optimum id, ſaluberrimúmq; planè eſſet. Verùm vbi quod ſingulis particulis defluit, tale natura eſt, qualis ipſa eſt particula, nihil autē eorum quæ eduntur, bibuntúrve, eiuſmodi prorſus eſt, neceſſariū naturæ fuit, prius ea mutare, & concoquere, & quàm fieri maximè potuit, efficere corpori alendo, reſtituendoq́; ſimilia. In quo opere ſi quid nec confectum, nec prorſus aſsimilatum eſt, id corpori nec adnaſcitur, accreſcitve, & per ipſius laxiora intus ſpatia, tāquam ſuperuacaneum errat, vnde nomen quoq; rectè à maioribus ei rei περίττωμα Græcè eſt inditum. Quum igitur eſſe, bibereq́; neceſſaria animantibus ſint, has autem res ſubſequitur excremen

men

mentorum generatio, natura non solùm ipsis excernendis excludendisq; instrumēta instituit verumetiam instrumentis ipsis facultates inseruit, quibus incitatá, quædā ad se trahunt, * quædam aliis trāsmittunt, quædam excrementa expellunt. Porrò hęc quò corpus semper mundum, atq; excrementis vacuū seruetur, nec obstrui aliquatenus, nec ad proprias functiones imbecilla esse oportet. Atq; ita geminum iam scopū salubris victus, sermo noster exposuit: alterum eius, quod exhaustum est, reficiēdi: alterum excrementa expellēdi. Tertius nanq; qui huc spectat, ne animal præproperè senescat, duos iam dictos necessariò comitatur. Si enim in neutro sit erratum, nec quod exhaustum est restituendo, nec excrementis expellendis, & sanitate interim corpus fruetur, & vigoris tenorem quàm longissimè seruabit. Verùm de hoc posteà procedēte sermone dicetur. Nunc quod reliquū est eorū, quæ ab initio differere proposuimus: * adiiciam: quò sanitatis tuēdæ scopos, quot, qualesq; sint, clariùs distinguam. Illud arbitror, iam diximus: Si corpus nostrum impatibile, omnisq; affectionis expers esset, sicut adamas, aut quiduis id genus, minimè artē vllam requireret, quæ ei tuendo præsideret. Sed quo-

* In Græc. cod. impreßis desideratur τὰ δὲ πέττει, quædam concoquunt, quod habetur in antiquis.

* Mēdosè legitur in Græc. cod. impreßis καταβῶσομεν. i. de-

 niam

ροπᾶ, pro προσθῶμεν vt eſt in antiquis.

niam duplices corruptionis cauſas, alteras internas, & à ſe, alteras extrinſecus incidentes habet: neceſſe eſt curām, prouidentiamq́ue non paruam deſideret. Et ex ſe quidem duplici ratione conſumi corpus indicauimus: vna, quòd vel ætatis curſu, vel aſsiduo ſubſtantiæ fluore, ad interitum tendat: altera, quæ vtique eſum, potionemq́ue conſequitur, ipſo excrementorum prouentu, atque ex ſe quidem ita corrumpitur. Eorum verò quæ extrinſecus incidunt vnum certè eſt, quod ſeparari ab eo non poteſt, quodq́ue illi perpetuò, & (vt ita dicam) veluti connatum adhæret, aër ipſe ambiens. Alia nec neceſſariò & incertis temporibus nobis accedunt. Ille (nempe qui circunfunditur aër) nos † lædit, vel quòd calidos immodicè, vel quòd frigidos, vel quòd ſiccos, vel quòd humidos efficit. Hæc, quòd contundunt, quòd diuellunt, quòd vulnerant, vel quòd articulum aliquem loco mouent. Oritur hoc loco logica quædam diſputatio, quæ in vtramque partem rationes habet: aliis horum omnium curam ad ſanitatis tuendæ artem pertinere affirmantibus: aliis, eorum tantùm, quæ calefaciant, refrigerent, humectent, aut ſiccent. Non enim ſi qui colliſu, vulnere,

† Mendosè legitur in Græc. cod. impreßis, βλάπτοντα, pro βλάπτον.

aut

aut simili quopiam affectu, à naturali habitu sit emotum, id statim aut nosse, aut declinasse, vllius esse artis munus. Ego verò de problematis id genus agendum mihi non statui: sed quod vtraque pars vltrò concedit, eo accepto, ad propositum reuertar. Illud ergo confessum vtrique arbitror, quæ vulnere, vel illisu, vel simili aliqua ratione sanitatem lædunt, aut corrumpunt, † omnibus esse nota: quæ calefaciendo, vel refrigerando, vel madefaciendo, vel siccando, non omnibus. Ergo ne nos quidem quicquam ab officio alienum fecisse videbimur, si, quæ omnibus nota sunt, prætermissis, ad ea quæ parum nota sunt, potius vertamur: quando minimè propositum est, hoc saltem opere, sophisticos cauillos diluere, sed potius quo pacto quis in valetudinem minimè incidat, docere. Rursus igitur ad proprium initium sermonem reuocemus, ac diligentius adhuc, quæ pro hypothesi sunt habenda, commemoremus. Primùm ergo ad præsentium contemplationem, pro hypothesi præsumptum esto: Sanitatem non esse absolutè elementorum, ex quibus constamus, aut medium temperamentum (quam eucrasiam vocant) aut debitam conuenientiam, quam symmetriam appel-

† Mendosè legitur in Græ. codi. impreßis, ἅπαντα τοῖς ἀνθρώποις, pro ἅπασιν ἀνθρώποις.

lãt,quemadmodum omnibus ferè,qui ante nos ſcripſerunt,viſum eſt:ſed eã duntaxat,quæ ſimilariũ eſt partium, vt alibi demonſtrauimus. Secundo loco illud quoq;, quod alibi non minus demonſtrauimus præſumptum pro hypotheſi eſto : nempe inſtrumentalium ſanitatem in figura , numero,magnitudine,ac compoſitione ſimilarium conſiſtere. Tertio functionibus ſecundũ naturam obeũdis,ſanitatis habitum diſcerni. Poſtremò, ſanitatẽ quãdam optimam eſſe,& (vt ſic dicam) conſummatam atque ſummam, quandã ceu deficiẽtem ab hac,nec planè abſolutam, perfectámve,atque hanc etiam latitudinem habere non paruam. Hæc quoque pro hypotheſi hoc loco ſint,quæ alibi nobis certiſsimis rationibus iam firmata, nunc quoque nihilo ſecius ſunt demonſtranda.Maximè verò velim, qui his ſtudere voluerit , eum librum legat,in quo illud inueſtigamus : cuius artis pars ſit ea , quæ ſanitatis tuendæ curam profitetur.Is liber inſcriptus Thraſybulus eſt. Prætereà eum quẽ de optimo corporis noſtri Statu ſcripſimus.item quem de Euexia , id eſt bono corporis habitu. Sunt hi breues ambo libelli, quos ſi perlegerit,qui ad hæc accedet , facillimè cõſequetur quæ mox dicentur. Dictũ iam nobis eſt priùs.

etiam eum librũ,qui de Elementis, ſecundum Hippocratem, inſcriptus eſt,neceſſarium ad præſentem diſputationem eſſe. Quod opus ſequuntur , tum id , quod de optima corporis Conſtitutione,tũ id,quod de Euexia conſcripſimus.Ab his hypotheſibus veluti fundamentis operis iactis , hinc alicunde ſanitatis tuendæ tractatio incipiēda erit. Quum ſanitas ſymmetria quædam ſit , ſymmetria omnis duplici ratione non ſolũ perficitur:ſed etiam dicitur, aliâs quæ ad ſummum peruenit , & verè prorſusq́ue ſymmetria eſt : aliàs quæ ab huius abſolutione perfectioneq́ue paulum deficit : vtique & ſanitas ſymmetria duplex quædam fuerit : hæc quidem exacta, optima, abſoluta, & ſumma : illa paulò ab hac deficiens,non tamen eatenus,vt animali ſit grauis. Exiſtit & hoc loco logica potiùs, quàm ex vſu artis dubitatio quædam , negantibus quibuſdam alium alio magis eſſe ſanum , aut eſſe eius affectus quam ſanitatem dicimus, notabilem vllã latitudinem, †ſed vnicam eſſe eam affirmãtibus,& quæ ad vnguem ſit exacta, nec maioris, minoriſq́ue ratione diuidua. Mihi verò ſicuti album corpus aliud magis, aliud minùs album cernitur : ita & quod ſanum dicimus, magis,minusq́; tale eſſe videtur.Cuius rei

† Mēdosè legitur in Græc.cod. impreßis ἀλλ' ἄν, pro ἀλλ' ἕν

duplex demonſtratio eſt: Vna, quæ ex ea mutatione accipitur, quæ per ætatum vices cernitur. Poſteà nanque quàm editum animal in lucem eſt, perpetuò mutari eius temperamentum (vt antè propoſuimus) eſt neceſſe. Quare ſi in temperamenti qualitate ſanitas cõſtituitur, qualitas autem ipſa non permanet eadem, nec ipſam ſanitatem eandem ſeruari eſt poſsibile. Altera non minùs euidens demonſtratio, ab ipſa ſumitur actionis differentia. Si quidem nec qui ſani ſunt omnes oculis æquè cernunt, ſed alij perſpicacius, alij obtuſius: nec auribus pari modo audiunt, imò hîc quoque magna eſt in exceſſu defectúque diuerſitas: ſed nec pedibus ſimiliter currunt, nec manibus apprehendunt, nec reliquorum denique membrorum munia ſimiliter obeunt. ſed hic probius, ille deterius. Si itaque actionum diuerſitas, pro temperamenti modo reſpondet, cogit planè ratio, vt totidem ſint temperamentorum diuerſitates, quot ſunt functionum differentiæ. Quòd ſi quis κατασκευῶν, id eſt conſtitutionum, vel ſtatuum potius, quàm temperamentorum dicendum putat, quò vtique in omnem ſectam ratio quadret, ita nimirum colligat, licet: Sanitas omni

ſectæ ſymmetria quædam eſt: nobis calidi frigidi, humidi, ſicci, aliis, corpuſculorum, & meatuum quos ὄγκους καὶ πόρους Græcè vocant: aliis, inſectilium, vel incompactilium, vel partium † diſsimilarium ſimilariúmve, vel deniq; primorum elemẽtorum cuiuſcunq; : ſed ſecundum cuiuſque ſectæ opinionem, pro ipſorũ modo, membrorum noſtrorum actiones reddimus. Si itaque varia eduntur opera, vtique varia eſt & elemẽtorum in ſingulis ſymmetria, quam eſſe ſanitatem ſuprà propoſuimus. Quin & citra omnem elementi mentionem, hoc pacto colligas licet: Si membrorum conſtitutioni functiones ſuæ reſpondent, quotquot harum varietates dabuntur, totidem nimirum & conſtitutiones erunt, atqui reſpondent conſtitutionibus opera, erunt ergo, neceſſe eſt, tot conſtitutionum diſcrimina, quot ſunt functionum differentiæ: ſunt verò hæ numeroſæ, quare erunt & conſtitutiones [hæ æquè multæ.] Si ergo omnium qui ſani ſunt membrorum conſtitutio in ſymmetria conſiſtit, conſtitutiones autem ipſæ variæ ſunt, quandoquidem functiones ſunt variæ, vtique multæ, variæque ipſarum conſtitutionum ſymmetriæ erunt.

† *Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreſsis* ἀμερῶν, *pro* ἀν-μερῶν.

† Qua

† In Græcis codi. impreßis legitur καὶ μὴν εἰ διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ κατὰ μέρος ὑγίειαι, ἤτοι κατὰ τὸ κοινὸν ἁπάσαις εἶδος ἀφ' οὗπερ ὑγίειαι λέγονται διοίσουσιν, ἢ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσιν, *deest autem in impreßis reliquum istius sententiæ. quæ verba in veteri Græco codi. adijciuntur sic:* ἀλλὰ μὴν οὐ κατὰ τὸ κοινὸν εἶδος: ἀδιάφοροι γάρ εἰσιν αἱ ὑγίειαι, κατὰ τὸ μᾶλλον ἄρα καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσιν, *vt locus ita vertendus sit: Atqui si inuicem differunt particulatim sanitates, vel per formam omnibus communē distant, ob quam sanitates appellantur: vel per magis, & minus inter se differunt. Ceterū per communem formam nequaquàm: nullam enim differentiam inuicē habent sanitates. Igitur per magis, & minus inuicē differunt. Prima autē verba* καὶ μὴν *In Aldino mendosè leguntur* καὶ μὴ, *quam lectionem secutus est interpres.*

† Quare etiam sanitates mnltæ variæque, [non ipsa cōmuni omnium forma, vnde dictæ sanitates sunt, sed maioris minorisq; ratione inter se dissidenres]. Sicuti enim niuis cādor, ab eo qui in lacte visitur quatenus candor est non dissidet, maioris* minorisque ratione dissidet: ita & Achillis, verbi gratia, sanitas, ab ipsa quæ in Thersite est, quatenus sanitas, non differt, sed est cum ipsa eadem: altero quopiam ab ea differt. Id verò alterum, aliud planè nihil est, quàm maioris, minorisque ratio.

**In Græcis impreßis desideratur* καὶ ἧττον, *quod habetur in antiquis.*

Neque

Neque enim eſt quod quiſquam dicat, nō edi ab omnibus hominibus varias actiones, neque aliunde diſsimilitudinem hanc naſci, quàm ex ipſa conſtitutione, vnde actio proficiſcitur. Quòd ſi quis eos duntaxat ſanos eſſe contendat, quorum ſingula membra functiones ſuas obeunt abſolutiſſimè, cæteros, qui minùs probè ſint affecti, non eſſe ſanos, ſciat is ſe vniuerſæ tractationis, quæ de ſanitate tuenda inſtituitur, fundamentum ſubuertere. Si enim huic propoſitum eſt ſeruare, tueriq; eam quam ab initio accepit ſanitatem (nemo autem noſtrûm ſanus eſt) luce clarius fit, inutilem irritamq; fore, quam nunc de ſanitate tuenda artē inſtituimus. Itaq; nec quærenda nobis talis vlla eſt, ſed planè ſilētio prætereunda, ſermoq; iamiam finiendus. Omnes ergo eiuſmodi difficultates ſubmouet ipſius veritatis cognitio. Non enim abſoluta ipſa tantū, quæ inſectilis eſt, ſimul eſt, & dicitur ſanitas, verū etiā quæ ab hac deficit: modò tamē vſibus noſtris adhuc non ſit inepta. Quippe ſanitatē omnes requirimus, tum ad vitæ functiones, quas planè morbi impediūt, atque auferūt: tum verò, vt moleſtia careamus, angimur enim doloribus non leuiter. Eā verò corporis conſtitutionem, in qua nec doloribus cruciamur,

mur, nec in vitæ actionibus impedimur, ſanitatem appellamus: quã ſi quis alio nomine appellare malit, nihilo plus ex ea re cõſequetur: ſicut nec qui ἀειπάθειαν, id eſt perpetuam inualetudinẽ inuehunt. Quippe ſi hanc propterea inueherẽt, quòd omne genitum corpus, ſicuti geniturę, ſic etiã interitus cauſas, ab initio ſecũ natas habet, ſicuti à nobis antè demonſtratũ eſt, vtiq; laudati à nobis eſſent, tanquã & vera, & antiqua dogmata profeſsi. Nunc, quũ iuxta ſanorum ægrotantiumq; corporũ cõſtitutiones eaſdem eſſe ſpecie decernunt, nec autores laudo, nec placitum probo: quũ lõgè melius exiſtimem, ſatis amplam latitudinẽ ſanitati tribuere, quàm omnes homines perpetuò vrgentibus morbis premi. Qui, etſi eſſe in nobis omnium morborũ ſemina dicant: tamen fatentur ipſi, ea tam eſſe parua, vt ſenſum noſtrum omnino effugiãt. Eſto igitur, ſi velint, doloris quiſpiam in nobis affectus, verũ tam exiguus, inſenſibiliſque, vt minimè officiat. Sunto (ſi libet) & febres, ſed adeò leues, vt neque ſenſum ſui vllum afferant, liceatq; per eas, & negotiis publicis, priuatiſque perfungi, & balneo vti, eſſeq; & bibere ac reliqua, quæ opus ſunt, peragere. Quippe facultas ad neceſſarios vſus minimè impedita, ſanita-

tem potius determinat. Nõ enim functionum imbecillitas morbi ſtatim nota eſt, abſolutè ita, citraq; exceptionem loquenti, niſi adiectũ ſit, quæ præter naturã cuiuſq; ſit. Si quidẽ omnes (arbitror) & cernimus malè, ſi cum aquilis, & lynce cõparemur: & confuſè, oblæſeq; audimus, ſi cum Melãpode: & pedibus parum valemus, ſi cũ Iphiclo: & manibus, ſi cum Milone cõferamur quouis denique membro propè mutili videamur, ſi cũ iis qui hoc ipſo maximè valent, cõparemur. Quis igitur noſtrũ ſe non probè oculatũ exiſtimet, ſi formicas duûm ſtadiorum interuallo non cernat? Aut quis auritum ſe parũ rectè putet, ſi quod ſexaginta ſtadiis abeſt, non exaudiat? At ſi quis literas hac pagella deſcriptas, rectè nõ cernat, is iam oculos meritò accuſet: nõ tamẽ ſi quatuor has ipſas cubitis adiunctas non peruideat: niſi fortè ea priùs oculorũ acie fuit, qua vel has cerneret. Sic enim (arbitror) accuſet, dicatq; meritò quod omnibꝰ hominibꝰ dici aſſolet: nẽpe hoc prius feciſſe, nũc idẽ facere nõ poſſe: hũc enim morbo aliquo teneri dicemus, ſiquidẽ ſenectutis vitio imbecillitas ea nõ incidit: quanuis ſunt q̃ ſenectutẽ quoq; ipſam morbũ eſſe velint. Cęteros qbꝰ natura nõ dedit, vt acutè videant, aut audiãt, aut celeriter currãt,

aut alia id genus validè, ſtrenueq; obeant, neque morbo teneri neque in totum præter naturum ſe habere cenſebimus: Omnis ſiquidem morbus præter naturam eſt, hi ſe præter naturam planè nō habēt, ſicuti nec ſenes. Non igitur abſolutè citraque exceptionem ſanos, ægrosq; functionum firmitate, infirmitateque iudicandum : ſed ſanis verba illa, ſecundū naturā: ægris illa, præter naturam, adiici oportebit: vt ſit nimirū ſanitas affectio naturalis actionem perficiens, contrà, morbus affectio præter naturam actionem impediens. Neque enim ſi affectus ſecūdū naturā ſe habeat, continuò etiam ſanitas exiſtit. Eſt enim affectus ſecundū naturā, tum Aegyptiorum nigritia, tum Gallorum cādor, tum Scytharum ruſus color: quorum tamen nullū eſt ſanitas, quum ea omnino in colore non conſiſtat. Neque, ſi præter naturam ſe habeat, protinus morbus eſt : quādo ita vel ex ſole nigritia, vel ex diutina vmbratili conſuetudine cōtractus candor, morbus ſit : ſed adiecisse oportet ſanitatis notioni, quòd cauſæ rationē ad aliquod opus edendum obtineat : morbi verò notioni, quòd actioni incommodet. Verùm de his alibi dictum à nobis locupletiùs eſt, ad præſentē diſputationem illud ſolū ſumpſiſſe ſufficiat, per-

magnam ſanitatis latitudinem eſſe, nec eã in omnibus nobis æqualiter prorſus ineſſe. Quòd ſi cui violẽtũ appareat εὐκρασίας, id eſt, medii temperamẽti nomine cẽſeri, quod medio ad vnguem tẽperamento non ſit: is, quæſo, reliquorum in vita nominum vſum ad memoriam reuocet, vbi & potionẽ, & balneũ, εὔκρατον, hoc eſt, temperatũ dicimus, nõ ſolùm quum alterum huic, alterum illi tale eſt, ſed etiam quum ad eundem hominem in latitudine tale eſt. Nam ſi auerſo paululũ qui biberit, iniecerit quis in calicem calidæ, frigidæ've exiguũ, nullam mediocris temperamenti mutationẽ deprehendet. Atqui ſi quod tẽperatum eſt ita exigis ad vnguem, vt omnino indiuiſibile inſectileq; ſit: haudquaquam iniecto vel calidæ vel gelidæ minimo, temperatũ eſſe videbitur. Ad eundem modum, neque ſi quis in natationem temperatã, frigidæ puſillũ iniecerit, vtilitatem eius protinus corruperit. Quin ambientem quoque nos aërem temperatum dicimus, etiam ſi in alterutram partẽ paululũ ſit propenſus. Deniq; quid miri, ſi εὐκρασίαν in ſatis amplam latitudinem extẽdat vniuerſi? quando & in lyris conſonantiã ipſam, quæ ſumma exactiſsimaq; ſit, vnicã atq; inſectilẽ eſſe probabile ſit, quæ in vſus hominũ veniat, certè

latitudinem habeat. Sæpe nanq; quàm per-
cōmodè tēperasse videaris, alter superue-
niens Musicus† exactè tēperauit. Siquidem
nobis ad omnia vitæ* munia sensus vbique
iudex est. Quare ipso etiā eucrasiā dyscra-
siamq; iudicabimus. Pari modo actionis vi
tium cuiusq; præter naturam suā malè ha-
bētis mēbri, non antè morbū decernemus,
quàm ad sensibilē magnitudinē peruene-
rit. Nec quicquā, vt ad rē propositā, ne hîc
quidem referat, ipsámne læsam actionem,
an affectū, cuius vitio læditur, morbū di-
xeris, sicuti nec siue quis affectionem, siue
constitutionem appellasse malit. Dictum
à nobis alibi & de his est, & simul euidenti
bus rationibus confirmatū, tū morbū, tum
sanitatem in corporis affectione, constitu-
tiōeq; cōsistere, minimè in actione, actio-
nísve læsione. Cæterùm, ex horū morosa
perpēsione, discussioneq;, parū vel ad vale-
tudinē tuendā, vel ad morbū submouēdum
iuuamur: quū illud modò nouisse satis sit,
corporis cōstitutionē, quæ causæ rationem
respectu actionis obtinet, vtriusq; faculta-
tis scopum esse, & eius, quæ sanitatē tuen-
dam, & eius, quæ morbum profligandum
profitetur: quippe quum hāc, & præsentem
seruare, & amissam restituere, propositum
nobis sit. Actiones verò constitutionē cor-

por

† *Aptius legitur in veteri ἀκριβέστερον, id est, exactius.*

* *Mendosè legitur in græ.co.impres. χρέαν pro χρέας.*

poris necessariò sequuntur eã, quæ proba est, inculpatæ probæq; : quæ cõtrà est, culpabiles, ac vitiosæ. Quare quoniã id quod ope nostra seruatur, restituiturq;, affectio quędam corporis, constitutioq; est: eã verò ex necessitate functionum sequitur [bonitas.] Ad præsentem certè disputationẽ parũ attineat, functionúmne, an constitutionũ in genere morbus sanitasq; collocanda sit, inquiras : id potius attinet, vt illud pro hypothesi sumẽtes, quòd in naturali corporis nostri cõstitutiõe illa seruãda maximè sunt, quorũ beneficio functiones obeamus: ac illud memoria repetẽtes, ꝙ similarium quidẽ partiũ eucrasia, [instrumẽtaliũ] forma, positura, numerus, & magnitudo functionũ sunt causæ, pręterea quòd hæc omnia in latitudine quadã spectãtur: etiam in singulis hominibus seorsum, quæ reliqua sunt, persequamur. Ad quæ sanè non paruã cõmoditatẽ affert latitudo horum prospecta, nã quũ eucrasia duplex omnino sit: altera, quæ in animãtiũ saltẽ corpore, cogitatione potius vsurpetur, quàm solidè subsistat: Altera, quæ in sanis omnibus subsistit, atq; apparet. Hãc rursus à nobis diuidi par est, quippe in qua non parua diuersitas inuenietur. id quã sit verũ, vel ex ipsis ætatibus maximè deprehendas. Quum enim

[In Græc. codi. desideratur.

ad omnem volũtate ſuſceptam actionem adoleſcentiũ ætas ſit aptiſsima : infantium certè,ſenumq; minus ad hãc eſt apta: propterea quòd illis humor,his ſiccitas, frigiditasq; nimis abundat. In aliis tamen functionibus,quas naturales appellamus , veluti auctione,cõcoctione,diſtributione, & nutritione infantes planè cæteris ætatibus longè præſtãt.Neq; tamen eò ſecius oĩbus per oẽs ætates licet eſſe ſanis.Ergo quẽadmodũ in ætatũ diuerſitate ſe habet,ita etiã in naturalis habitus differẽtiis, immẽſum quantũ tẽperamentorũ diſcrimẽ inuenias: vt duorũ,exẽpli gratia, ſimilis ætatis puerorũ,hunc altero lõgè humidiorẽ,illũ ſicciorẽ,pari modo hunc calidiorẽ,illũ frigidiorẽ. Quibuſcũq; igitur corporibus multò ſupra iuſtũ calidis,frigidis,humidis,aut ſiccis eſſe cõtingit,iis planè optima temperies non eſt.In quibus autẽ ab eo quod abſolutiſsimè temperatũ eſt, diuerſitas quædã intelligitur,minor tamẽ quàm quæ ſenſu diſcerni poſsit,hæc certè quod ad vſum pertinet,pro abſolutiſsimis accipimus, ita vt ſanitatis,quã inlatitudine contẽplamur, hæc quidem medii ſit tẽperamẽti,nec vlli vitio obnoxia,quod ſaltem ſenſu percipiatur:hæc ceu intemperata vitioq; expoſita. Huius ſententiæ euidẽtiſsima indicia ſunt,

dif

diſcrimina: quæ in gracilibus corpulētíſq; notãtur:quippe quorum cõtrarias habitudines ex contrariis tēperamētis ortas eſſe neceſſe eſt. Sicuti igitur nec nimium gracile corpus probamus, nec quod valde eſt obeſum:ita nec temperamenta eorũ planè laudabimus, tametſi vtrunq; quammaximè ſanum eſſe cõſpicimus.Sed quæ in medio horum habitudines ſunt, ἔνσαρκοι Græcis dictæ,ſicuti ipſæ debitam partium conuenientiã, ſpeciemq́; inculpatã habent:ita id totũ cõuenientis, laudabiliſq́; tēperamēti beneficio acceptũ ſerũt.Tales ergo corporũ habitus,ſi veritatē ipſam ad vnguē exigas,abſoluta ſaltem,exactaq́; temperie, ne ipſos quidē tēperatos dixeris.Verùm quod ſenſu iudicetur,atque ad vſum ſit ſatis non inculpabiles ſolùm, ſed etiã optimos cenſueris.Sanè indiciũ euidēs eſt,ne ipſos quidē exactiſsimũ temperamētũ conſecutos, ex eo ꝙ nunquã eodē ſtatu permaneãt,ſed primam ætatum ipſarũ mutationem recipiunt,nulla harũ eundē perpetuò tenorem ſeruãte,ſed ſemper ad ſiccius tendente: alteram,quæ ſomni ac vigiliarum,quietis & motus, tum motus ipſius differentiarum: adhæc bibendi, ſitiendi,edendi, eſuriendi, ciborũ potioniſq́; copiæ, aut inopiæ, præterea balnei,iracũdiæ, ſtudii,doloris, oĩm

talium occaſione proueniunt, quæ tantùm nõ omni momento temperamentũ immutant. Quis igitur in tanta mutatione optimum vndecunq; temperamentũ inuenire ſe ſperet? quippe quod, ſi cui vnquã optima natura prædito cõtigit, certè ne momento quidem durauit. Adeò mihi ſanè admirari ſubit eorum opinionẽ, qui ſanitatẽ, eucraſiamq́; citra omnẽ latitudinẽ, vnicãq́; eſſe contendũt: nec, ſi quid ab hac paulò diſceſſit, vtiq; ſanitatẽ eſſe. Qua nimirùm ſentẽtia ἀειπάθειαν obiter imprudẽtes inuehũt: diſputantq́; de re, aut nunquam planè viſa in animalis corpore, aut, ſi quãdo viſa eſt, ne minimum quidẽ tẽpus durante. His ergo quam ſomniant ſanitatẽ, ipſis ſeruandam linquimus: nos interim ad eas, quæ in aperto ſunt, reuertimur. Quarum quũ duplicem ſtatuamus ſubſtantiã, [vnã de qua planè queri nõ ſit, alteram de qua queri liceat,] de qua modò verba fecimus, ſuum vtriq; ſcopum reddamus. Nẽpe ei quã inculpatam diximus, exactam, abſolutamq́; planè, quod vtique ſenſu aduerti poſsit, cuſtodiam: alteri, de qua cõquerare, nõ exactam. Quippe intemperies, quæ intra ſanitatis sũt terminos, corrigere oportebit, ita vt quæ iuſto ſicciores natura ſunt, hũidiores reddas: quæ humidiores ſunt, ſicciores.

[Hæc in Græc. non habentur.

Pari

Pari modo, quæ frigidiores sunt, vt harum excessum castiges: quæ calidiores, earũ superantiã ad moderatius reuoces. Hæc, qua salubris victus ratione fiãt, procedẽte sermone docebimus. Prius enim tradendum arbitror, quẽadmodũ optimæ naturæ conseruanda sit sanitas. Antè id verò, quænam sit optima corporis cõstitutio, exponemus. Est igitur ea, si substantiam eius spectes, & quæ optimo tẽperamento sit, & quæ figuram partiũ egregiè ad functiones cõparatam habet: ad hæc, quæ omnẽ tũ numerũ, tum magnitudinẽ, tum omnium earũ inter se contextum ad actiones idoneũ exhibet. Si verò indicia, notasq; respicias, cuius corpus canis mediocritatem præfert: porrò id tale est, quale inter gracile, & obesum, mediũ esse docuimus. Nec refert si pro obeso, corpulentóve crassum dixeris. Idẽ reliquorũ quoq; excessuũ, in medio planè est sitũ, ita vt nec hirsutum id meritò dixeris, nec glabrum: sed nec molle, nec durũ, nec nigrũ, nec candidum, adde etiã nec † venis amplis, nec obscuris, nec iracundum, nec ignauum, nec somnolentũ, nec peruigilẽ, nec hebetem, nec callidum, nec in venerẽ pronum, nec à venere alienum. Quòd si omnibus quoque corporis partibus planè mediũ oĩs excessus teneat, pulcherrimum

† *In Græc. cod. impressis deest κὴ ἐυρύφλεβον, quod habetur in antiquis.*

id viſu nimirùm fuerit, vt pote ſymmetrũ. Erit non minùs ad labores oẽs planè idoneum, nec reliquis eucraſiæ, id eſt, boni tẽperamenti cuiuſq; mẽbri notis, quas in ſecundo de tẽperamentis retulimus, deſtitutũ. Nã multos videas, quibus caput attemperatũ cõmodè ſit thorax vẽter ve, & quæ gignẽdo tributæ partes ſunt, parũ proſpera tẽperie ſint, quorundã verò in artubus intẽperies eſt. Nõ deſunt, & quorũ vnum aliquod viſcerũ, aut alia quæpiã particula, vna pluréſve, interim verò plura aliqua viſcera, parum ſalubri ſint tẽperamẽto. Ego verò in vnica inſtrumẽtaliũ partiũ† intemperiẽ, idq́; in nõ paucis notaui, ita vt, verbi gratia, reliqua omnis vẽtriculi concauitas, vno temperamẽto cõmodo, incõmodóve eſſet, alio ipſum duntaxat vẽtriculi os. Cæterùm de iis, vbi de vitioſis corporũ ſtatibus diſceptabimus, agetur. De optima verò, & cuius ſingulæ particulæ vniuerſam ſubſtãtiã inculpatã habent, nunc dicetur. Huius ergo ſortis homo, quũ arti ſanitatis tuẽdæ traditur educãdus, fortunatus vtiq; ſit, ſi ſtatim editus in lucem ei cõmittatur. Ita nãq; ad animi quoq; affectus nonnihil lucrifaciet, ipſa nimirũ recta victus ratione, mores quoque probos reddente. Cæterùm ſi qua etiã ſequẽtiũ ætatũ eius ſe moder

† In Græ. cod. impreßis legitur δύο κράσεις, id eſt, duo temperamẽta. Sed in veteri habetur δυσκρασίας. & ita legit interpres.

der

derationi ſubmittat: ſic quoque commoda ſentiet nō mediocria. Sanè primùm dicetur,quemadmodū (ſi huiuſcemodi hominem ab initio ſuſceperis) eundē per omnē vitæ curſum ſanū cuſtodias,modò ne quid violentum extrinſecus illi incidat, id quod vtiq; ad ſanitatis tuendæ artificem parum attinet.Secūdo loco, quemadmodū,ſi non recēns natū puellum acceperis,ſed qui iam præceptoribus dari ſit habilis,eius quoque curā agas. Poſtremò admodum reliquarū ætatum,cuiuſlibet. Ergo recēs is natus infantulus , cuius corporis conſtitutio omni nota vacat,primùm quidem faſciis deligetur , ſed corpori priùs toti ſale modicè inſperſo, quo cutis eius dēſior ſolidiorq; iis, quæ intus ſunt,partibus reddatur.In vtero enim æquè cum reliquis mollis erat:quum nec durius vllū corpus inibi cōtigerit, nec aër illi vſquā frigidus inciderit,quorū cōmercio contracta,denſataq;,& quàm ipſamet priùs,& quàm reliqua mēbra, denſior duriorq; fieret. At quoniā iā editus infans in frigore,calore,atq; inter corpora multò ſe duriora verſetur neceſſe eſt : ob hæc ipſa,nimirùm naturale eius tegmē præparari quodāmodo à nobis,reddiq; ad indolentiā,& tolerātiā,quàm aptiſsimū par eſt. Ita verò qui ſecundum naturam ſe habent

infantes, vel ſolo ſale præparati, munitiq́; abũdè fuerint: quando qui ſiccorum myrti foliorũ, aut aliorum id genus inſperſione egẽt, iis planè vitioſus ſtatus ſit. Nobis verò ad præſens de iis qui optimo ſtatu ſunt, diſſerere propoſitũ eſt. Ergo hi faſciis (vt dictũ eſt) inuoluti, lacte pro alimẽto vtantur, & balneis ſalubriũ aquarũ. Vniuerſam nãq; victus rationẽ humidã ſibi adhiberi poſtulãt, vt qui cęteris ætatibus tẽperamẽto ſint humidiore. Atq; ex iis, quæ ad ſanorũ victus rationẽ ſunt neceſſaria, primùm hoc ſe ad diſquiſitionẽ ſtatim offert. Nam ſunt qui humidiores naturas ſiccãdas ſemper putẽt: ſicuti è diuerſo quæ frigidiores ſunt calfieri debere: madefieri quæ ſicciores, frigefieri quæ calidiores. Quippe ſimilibus quẽlibet exceſsũ augeſcere, cõtrariis remitti, ac minui, vnoq́; verbo, contraria cõtrariorũ eſſe remedia. Oportuit verò nõ id modò Hippo. legiſſe eos, meminiſſeq́;, ſed & illa quoq; in quibus ait: † Humidam oẽm victus rationẽ febricitãtibus eſſe vtilẽ, præcipuè verò puellis, & iis qui tali reſici victu ſunt aſſueti. Videtur eñ in his tria deinceps pari ĩter ſe iure poſuiſſe, morbũ, ætatẽ, cõſuetudinẽ. Atq; à morbo quidem, contrarii adhibendi indicationẽ accipit, ab ætate, & cõſuetudine ſimiliũ. Febri nanq;,

† *In Græc. codic. impreßis legitur* αἱ ὑγραὶ πᾶσαι διαίται *quã lectionẽ ſequi*

ceu

ceu morbo calido & ſicco, humida conueniūt. Puellis, vt quibus ea ætas nō morbus, ſed ſecūdum naturā ſit, id maximè eſt vtile, quod planè eſt ſimillimū. Pari modo cō ſuetudini, vtpote quæ aſcititiam acquiſititiãq; naturā in corporibus gignit, cōtraria dediſſe in primis eſt noxiū atq; hæc meritò. Quæ enim corpora ſecundū naturam ſe habēt, iis ſeruari, cuſtodiriq; ſuū habitum decet, quæ morbo aliquo premūtur: iis cōtrà alterari, & ad contrariū habitum trahi expedit: ac ſeruatur quidē ſimilibus vnumquodq; alteratur cōtrariis. Haudquaquam itaq; ſiccādi pueri ſunt (ſi modò in his nulla prętor naturā humiditas ſubeſt: qualis in raucedine, diſtillatione, catharroq; cōſpicitur) ſed pro naturæ ratione alēdi, ac dulciū aquarū balneis humectādi (quę enim medicā vim aliquā præ ſe ferūt, omnes planè ſiccāt, veluti quę ſulphuris aliquid, bituminis, aluminíſve repræſentāt) tum cibo eo, potioneq; nutriēdi, qui humidæ quàm maximè naturæ ſint. Ad hunc modum & natura ipſa pueris cōſuluit, & lac matris in humentis alimenti vſum præparauit. Atque optimum quidem eſt etiam reliquis fortaſſe omnibus infantibus ipſum lac matris, modò nullo morbo ſit corruptū: maximè verò ei qui optimo eſt temperamento, de quo

tur interpres. Sed in veteri codice locus Hipp. rectius citatur αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖς πυρεταίνουσι, id eſt: humidæ victus rationes omnibus febricitantibus.

quo nunc ſermo inſtituitur, quippe cuius maternũ nõ corpus modò totũ, ſed etiã lac à vitio eſſe alienum, nõ ſit abſimile. Ac ſanguine quidẽ dũ adhuc in vtero geſtamur, ali nos cõſtat: ex ſanguine verò lac gignitur, exiguã in mamillis mutationem adeptũ. Quare qui matris lacte pueri aluntur, ij iam nõ ſolùm cõſueto, verũetiam maximè proprio vtuntur alimẽto. Videtur autẽ nõ modò nutrimentum id natura infantibus præparaſſe, verumetiã facultates quaſdam naturales, quibus eo vtãtur, ab initio protinus cõtuliſſe: quãdo ſi modò natis papillã ſtatim in os inferas, & ſugũt lac ipſũ, & deglutiũt prõptiſsimé. Quin ſicubi fortè offendũtur, plorántve, nõ minimum iis doloris lenimẽ eſt, nutricis papilla ori indita. Quippe tria hęc doloribus infantium remedia nutricibus ipſo vſu edoctis inuẽta videmus: vnũ, quod modò retulimus, & altera duo, motum mediocrẽ, & vocis modulationem. Quibus perpetuò vſæ, non ſolùm mitigãt, ſed etiã ſomnum cõciliãt, vel hoc ipſo teſtificante natura, ad muſicã eos, & exercitia ſuopte ingenio eſſe propenſos. Adeò quiſquis his artibus probè vti ſciet, is nimirũ & corpus, & animũ optimè inſtituet. Nutricibus igitur triplex infantibus excogitata dimotio eſt, in cunis, in lectulis

pendentibus,in ſuis ipſarum vlnis.Vbi iam hoc aliud quoque nobis æſtimandum oritur, ad ſanitatis tutelam vel in primis neceſſariũ:quum Aſclepiades planè aperteq́; exercitationes dãnet:Eraſiſtratus verecundius, timidiusq́; decernat, cæterùm idẽ cũ Aſclepiade ſentiat. Reliqui ferè medici nõ ſolùm ad euexian,id eſt,bonã corporis habitudinem, ſed etiã ad ſanitatẽ eas prædicent. Porrò exercitationũ tria ſaltẽ prima notantur genera, vtiq; quot motionũ differentiæ:quippe aut à nobis ipſis mouemur, aut ab aliis,aut medicamento:horũ tamen tertia ſpecies ad ſanos nequaquã pertinet. Sed qui ab altero præſtatur motus, nauigando, equitando,vehendo,atq;, vt paulò antè dictum eſt,in cunis, lectulis vlníſque obitur.Recèns tamẽ nati puelli,tam valentẽ motũ quàm eſt qui vehiculis, nauigiis, equíſve præſtatur,adhuc nõ deſiderant.At qui iam tertiũ, aut quartũ annũ agunt, his vehiculo, nauigioq́; modicè agitari licet. Septẽnes verò etiã valentiora exercitia tolerant,ita vt equitare iam aſſueſcãt. Per ſe verò moueri tum primũ pueris licet, quũ iam repere cœperũt, magiſq́; etiã quũ ingredi. Immaturè verò cogẽdi omnino nõ ſunt,ne crura eorũ pondere vitiẽtur. Sanè vel hac ętate facilè declaratur quãta ſit na-

tur

turæ noſtræ cũ exercitiis ſocietas:quũ pueros,nec ſi cõcluſeris loco aliquo,prohibeas quo minùs diſcurrãt,ac pullorũ vitulorũq; ritu laſciuiãt. Quippe ſua cuiq; animãti natura ſatis eſt ad proprias,cõuenienteſq́; excitãdas appetitiones,quibus ſanitatem ſaluteq́; tueatur. Verũ Aſclepiades nihil horũ cogitans, per magnũ otiũ captiunculas texit,quibus docere conetur,nihil ad bonam valetudinẽ exercitia cõferre. Verùm huic poſteà quod par eſt reſpõdebitur, ceu garrulitate ad finẽ potiſsimũ taxãda.Eſt enim nobis hoc loco propoſitũ, nõ ſophiſtarum nugas refellere,ſed quod ad ſanitatẽ tuẽdã cõducat pręcipere.Itaq; ad infantes redeo, qui optimo corporis habitu ſunt,porrò his animi quoq; mores citra vitiũ eſſe par eſt. Qui enim iuſto ſunt ad irã magis proclines, aut animo planè demiſſo , aut ſenſiles magis,aut inſenſiles:aut præter modũ guloſi, hos parũ idoneo tẽperamento eſſe iis partibus,quibus prædictorũ ſingula adminiſtrant,neceſſe eſt, proditũ verò de his fuſiùs eſt in iis libris,quos de Hippoc. Platoniſq́; placitis ſcripſimus. Verùm qui nùnc propoſitus infans eſt, vndecunq; abſolutus eſt.Huius ergo,ſicut nullum ex animi moribus corrigere,ſic eoſdẽ ſeruare ne quo vitientur,oportet.Seruatur verò quidq; iiſdẽ

pla

planè generibus quibus corrumpitur. Corrumpūtur animi mores praua conſuetudine cuiuſq; horū, cibi, potionis, exercitationis, videndi, audiēdi, totius deniq; muſices. Itaq; peritū horū omniū eſſe eū medicum oportet, qui ſanitatis tuēdæ curā ſuſcipiet: nec ea opinione eſſe, quaſi ad ſolū ſpectet philoſophū animi mores effingere. Quippe huic ob aliud omnino maius, id muneris tribuitur, nempe animi ſanitatē: medico verò, ne corpus faciliùs in morbos dilabatur, quādo iracūdia, fletus, ira, triſtitia, cura immodica, & multæ ſuper his vigiliæ, febres accēdūt, ac grauiſsimis valetudinibus initia præbēt: veluti è diuerſo cogitationis mētiſq; ſegnitia, ac animus omnino deſes, decoloratos, atq; ex atrophia, id eſt nutriēdi defectu, graciles, ob naturalis caloris imbecillitatem reddunt: hunc enim calorem præter cætera intra ſanitatis fines cuſtodire oportet: cuſtoditur autem modicis tum corporis, tum animi exercitiis. Qui nanq; motus modum non ſeruant, ſiue ii ex rationali, ſiue ex appetitoria, ſiue ex animoſa animi parte cientur, ſi modum nimium exceſſerint, bilioſum animans reddunt: ſi intra modum nimium ſubſiſtunt, pituitoſum, frigidumq; efficiunt. Quinetiam priorem habitudinem febres, & qui ca-

lid

lidiores affectus ſunt: poſteriorē iecinoris & viſcerū obſtructiones, comitiales morbi,apoplexiæ:in ſumma, diſtillationū, fluxionūq́; morbi plerunq; excipiunt. Et nos ægros quotānis nō paucos perſanauimus, ſolis animi motibus ad debitū modum reuocatis.Eſt verò non ſpernēdus huius ſententiæ teſtis, ipſum patrium nobis numen Aeſculapius , qui multas ſcribi cantilenas, mimosq́; ridicularū rerū fieri,& melodias quaſdā inſtituit iis, quibus vehementiores animoſæ partis motus, corporis temperamentū iuſtò calidius efficerent. Aliis quibuſdā,neq; iis paucis,venari,equitare, atq; armatos exercitari iuſsit : iiſdemq́; ſtatim tum motuū ipſorū ſpeciē,vtiq; quibus motus iniunxit, tum armorū, quibus armatis exerceri præcepit,definiuit.Nō enim quo pacto excitetur , erigaturq́; animoſa pars, quū imbecilla ſit,præcipere ſat habuit,niſi etiā menſuram eius ab exercitationū idea definiret. Non enim pari modo excitatur ea animi portio, vbi cùm apris, vrſis,tauris, & aliis id genus præualentibus robore beluis agitādis,ſumus attenti,& quū leporem,capreā, & id genus fugacia ac timida ſectamur : nec ſimiliter quū in leui armatura, & graui exercemur: nec pariter quū citato curſu dimouemur, & quū mediocri

motu agimur:nec vbi cũ aliis cõtendimus, & vbi ſoli agimus:iam clamore, an tacitus ad labores inhorteris, irriteſq́; nõ parũ ſanè intereſt. Verũ de his latiùs dicetur in ſequentibus. Sed infantes qui optimũ ſortiti ſunt tẽperamẽtũ (de his enim ſermo erat) non leui cura egent, ne quos animi motus immodicos incurrãt. Quippe loquelæ adhuc expertes,ploratu, clamore,iracũdia,& inordinato ſui motu,dolorẽ indicant. Noſtrũ igitur officiũ ſit,cõiectantes quid deſiderent,aſsiduè id ſuppeditare prius, quàm auctus dolor in nimium,atq; inordinatum motũ vnà cum corpore, etiã animũ ipſum vniuerſum cõiiciat:ſiquidem dentiẽtes, aut ab externo quopiã offenſi, aut aluũ exonerare,aut meiere,aut eſſe,biberéve cupientes,perinde ac diſcruciati plorãt,atq; enormiter mouẽtur.Fieri etiã poteſt,vt frigore offenſi teporẽ deſiderent:ſicuti cõtrà, æſtu afflicti refrigerationẽ. Eſt quãdo multitudinẽ inſtratorũ non tolerãt,quippe multos offendit id quoq; non minimum: maximè verò quũ aut totũ corpus vertere , aut etiã artus mouere cupiũt. Quin etiã ipſa quies, ſi ſit diuturnior , non parũ moleſta eſſe ſolet,quando nulla animans immodico vllo delectatur, ſed ſemper medium modũ expetit. Porrò medius ipſe modus, non vnus

omnibus eſt,ſed ex eorũ ſemper eſt numero, quæ in collatione ad aliud ſpectantur. Quocirca qui curã infantis educãdi ſuſcipiet,hũc planè vt acrẽ mediocritatis,cõuenientisq; coniectorẽ eſſe, ita hæc ſemper præbere oportet, priuſquàm ex deſiderio cuiuſuis auctus dolor, ſimul cum corpore animũ † quoq; in motus immodicos coniiciat. Quod ſiquãdo quod infeſtat, imprudentibus,inſcientibusq; nobis auctum eſſe contigerit,corrigere id tentabimus illico, vel præbito quod expetit, vel ſublato quod offendit,etiã motu per vlnas nutricis adhibito,ac vocis modulamine, quo vti prudẽtiores nutricũ cõſueuerũt. Ego nãq; puello quodam totũ diem irato, ploranteq;, ac immodicè ſe, inordinateque iactante, nutrice ipſa omnis conſilii inope,deprehendi quod offendit. Quippe vt neque papilla in os immiſſa,neque à nutrice prolatus,ſi fortè meiere, aut aluum exonerare vellet, lenitus eſt, ſed nec quũ ab vlnarũ agitatu reclinari eſt cœptus: aduerti autẽ tum lectũ, tum inuolucra, tum veſtes ipſas ſordidiores: præterea puellum ipſum immundum atq; illotum lauare detergereq; iuſſi, tum lectulum mutare,ac veſtem omnẽ terſam, mundamq; præbere, quibus peractis, protinus ab immodico agitatu cõquieuit, illi-

† Mendosè legitur in Græc. cod. impreſſis κατὰ pro καὶ.

coq; dormiuit:nõ ſuauiſsimum modò, verumetiam longiſsimũ ſomnũ. Vt verò rectè cõiicias quæ puello officiãt, nõ modò ſolertia eſt opus, ſed etiam aſsidua de ipſo qui nutritur experiẽtia. Hæc igitur omnia vſq; in tertiũ à natali annum circa puellũ peragẽda cẽſeo:imprimiſq; de nutrice ipſa non minimam habẽdam eſſe curam, quid edat, quid bibat, quo pacto in ſomno venere, &† exercitatione ſe habeat, vt videlicet lac eius egregiè ſit tẽperatum, quale certè erit, ſi ſanguis eius quàm optimus ſit. Porrò is talis eſt, qui nec flaua abundant bile, nec atra, nec pituitoſus eſt, nec ſeroſus, nec aquoſo liquore permiſtus, naſcitur autem eiuſmodi ſanguis ab exercitatione moderata, & cibis tum boni ſucci, tum iuſto tempore, modoq; aſſumptis, præterea potione tempeſtiua, modiceque ſumpta. De quibus omnibus in iis quæ poſt dicentur diligenter agetur. A venere omnino abſtinendam eſſe, quæcunq; lac præbebit, moneo. Nam & menſes viri conſuetudine prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat. Quinetiam aliquæ in vtero concipiunt, quo alienius à puello adhuc lactente nihil eſt. Ita enim quicquid ſanguinis eſt optimum, in fœtũ abſumitur. Quippe is quum proprium in ſe vitę principium contineat,

† *Mendosè legitur in Græc. cod. impreſsis κατὰ pro καὶ.*

& huius moderamine agitur, & aſsiduè cõueniens ſibi alimentũ trahit, vtero ipſi veluti radici adhærẽs, nec vſquã ab eo noɛte, diẽ ve diſcedẽs. Interim verò nõ minor modò, verùm etiã deterior rationabiliter redditur ipſius grauidæ ſanguis, quò fit, vt lac ipſum tum peius, tum verò exiguũ in mamillas colligatur. Quare ſi quæ infantẽ lactat vterũ gerit, ego magnoperè ſuaſerim aliã inueniendã nutricẽ. Cuius etiã lac guſtu, odoratu, viſu cõſiderandũ explorãdũq; diligẽter ſit. Siquidem quod optimũ eſt, id guſtãti, olfacientiq; planè ſuaue, † intuenti candidũ, æquabile, ac liquidi, craſsiq; mediũ apparebit. Quod vitioſum eſt, è diuerſo, aut craſſum, & caſeoſum, aut liquidũ, & ſeroſum, ac liuidum, tum conſiſtentia ipſa, coloreq; inæquabile videbitur. Idẽ guſtantibus amarorẽ, aut ſalſedinẽ, aut qualitatẽ quampiam extraneam exhibebit, tale verò nec olfacienti, ſuaue erit, atq; lactis probi, improbiq; hæc ſunto indicia. Quibus diligenter animaduerſis, quoties vel concepit mater, vel morbo aliquo eſt affecta, ad aliam nutricem, quæ iudicio, delectuq; paretur, feſtinãdũ cenſeo. Puellũ verò primùm ſolo lacte alendũ: vbi autẽ primores dẽtes emiſerit, cũ ſolidiori quodã modo iam cibo aſſuefacere conueniet, quod etiã expe-

† In Græ. cod. impreſſis deeſt καὶ θεωμένοις quod habetur in antiquis.

rien

rientia planè doctæ mulieres faciunt : primũ panẽ,mox legumina,ac carnẽ, & ſimilia , omnia prius cõmanſa puellorũ oſculis immittẽtes.Corpus autẽ infantium cõfricare oportet oleo dulci : ſicut idipſum rectè peragũt nutrices pleræq;, ſtatim ipſas corporis partes modulãtes,atq; fingẽtes.Verũ in eo,quẽ ꝓpoſuimus, puero, qui corporis ſtatu eſt optimo,quod ad mẽbrorũ modulum ſaltẽ attinet,nihil eſt quòd curioſa nutrix ſit, ſed tantũ fricet quotidie mediocriter,ac lauet, idq́ue quàm fieri maximè poteſt, lacte in vẽtriculo minimè adhuc herẽte crudo:quippe quod periculũ eſt,ne prius quã probè ſit cõcoctũ,in totũ corpus infantis digeratur : multò verò maximè ſi quis ventriculũ ipſum adhuc lactis plenũ infricet,tũ corpus crudo alimento implebit , tũ caput onerabit. Quo magis ꝓſpiciendũ in primis eſt,ne q̃d nutrimẽti, neq; ante balneũ,neq; ante frictionem puerulo prębeatur. id fiet, ſi ad hæc adminiſtranda nutrix poſt longiſsimũ ſomnũ, tẽpus obſeruet. Id enim maximè tẽporis eſt,in quo vel inanẽ planè vẽtriculũ inuenias , vel certè concoctũ,ſi quid in eo remãſit. Quæ autẽ,vt hodie fit,faciũt,ſanè lædunt, aliæ vnũ,& certum diei tẽpus præſcribentes,aliæ quũ ipſę à negotiis vacẽt,tum demũ curantes. Quo

ſit vt ſæpiꝰ lædi quàm iuuari puellos neceſſe ſit:quippe quod à nobis præſcriptũ tẽpus eſt,aliâs in aliud diei noctíſve tempus incidit.Maiorum tamen puerorũ,qui videlicet plagis, minis, obiurgationi, monitis parêre norunt,iis duplex tũ fricandi,tũ lauandi tẽporis occaſio eſt:prior ac cõmodior,quũ à matutino ſomno ſurrexerint,deinde luſerint,ac iam cibum petant.Tum enim maximè vocãdi ad hæc ſunt,ac corpus quidẽ ad ſanitatẽ pariter,& bonã habitudinem,animus ad obſequelam,& temperãtiam exercẽdus:interminandumq; nõ aliter nos cibũ præbituros,niſi quantum ipſi velimus, frictiõi balneoq; ſe permiſerint, atq; optimũ quidẽ tempus hoc fuerit.Quòd ſi qua occupatione, qui puellũ alit, auocetur, modico pane præbito,ludere permittat quãtũ velit: dein quum rurſus cibũ petierit, tũ fricet lauetq;. Minimè tamẽ bibere ei permittẽdũ poſt cibũ eſt,quẽ balneum excipit: quando ita præcipitatior eorũ,quæ vẽtriculus cõtinet , diſtributio in corpus fiet. Id verò in corporibus prorſus ſanis cauere oportet. quippe quibus vtilius ſit ante balneũ cibũ dediſſe,horum planè improbandi tum affectus ſunt,tũ corporũ ſtatus. De his verò in ſequentibus dicemus, nunc premendũ nobis propoſitum eſt:nempe vt puellum, cui

opt

optimè affectum corpus ſit, ſic educemus, vt talis perpetuò ſeruetur: huic expedit, vt cibus balneum ſequatur. Quòd ſi, quo loco puellus alitur, balnei copia nō ſit (fortaſſe verò nec iſta vnquā legēt) qui ibi habitāt: in concha pueros lauant, donec alterū iam tertiúmve ætatis annū attigerint, qui verò hos annos exceſſerint: eos, ſi non quotidiè, at certè tertio quoq; die, quartóve vngunt, atq; infricant. Quòd ſi anni tēpus non prohibeat, ſtagna, amnesq́ue his balnei loco ſunt. Apud Germanos enim planè ne nutriri quidem infantes contenderim, verùm nos neque Germanis, neq; aliis agreſtibus, aut barbaris hominibus hæc prodimus, nō magis equidē quā vrſis, apris, leonibus, aut aliis id genus: ſed Græcis, & iis, qui tametſi genere ſunt barbari, Græcorū tamē æmulantur ſtudia. Nā quis (quæſo) noſtrū tulerit, modò editum infantulum etiā ab vtero calentē, ad flumē deferri, ibiq́; (ſicuti Germanos aiunt) ceu candens ſit ferrū, in frigidum humorem mergēdo, ſimul de naturæ vigore periculum facere, ſimul corpus ipſum roborare? Quippe ſi citra noxam id tolerauit, & quod propriæ naturæ robur oſtendit, & nouū prætereà robur ex frigidæ cōmercio cōparauit, nulli nō patet. Cæterùm ſi ab externo frigore naturalis calor

ſit victus: quòd protinus interire neceſſe ſit, id quoq; neminē latet. Quis igitur mentis cōpos, nec omnino ferus, Scytháve, propriū pignus in id agere diſcrimē ſuſtineat, in quo errorē mors ſequitur, potiſsimùm quū ex eo periculo non magnū ſit quod lucrifaciet? Aſino enim fortaſsis, aut id genus experti rationis animanti vtiliſsimum fuerit, denſum ita tergus durumq́; effici, vt citra dolorem frigus toleret: homini ratione prædito cuínam, quæſo, tam magno ſit vſui? Non enim ſi quis abſolutè, citraq́; exceptionē pronuntiet, cutē denſiſsimā, duriſsimāq́; vtilē ad ſanitatē eſſe, is rectè dicat. Quum nanq; animalis corpori duplex inſtet incommodū, alterū ab externis, alterum ab internis occaſionibus: quorum certè rara mollisq́ue cutis eſt, ii ab extrinſecus imminētibus malis facilè tentantur: quorū denſa ac dura, ab interius. Itaq; etiam Hippocra. vbi de iis præcipit, quæ in nobis ab alimento ad cōmodū, incommodúmve cedunt, poſt alia multa hæc ſcripſit: [Raritas corporis, ad tranſpiratū iis quibus plurimū aufertur, ſalubrius: quibus minus, inſalubrius. Præſtat ergo vtrunque declinaſſe exceſſum, nec adeò aut denſam reddidiſſe cutem, vt corporis tranſpiratū prohibeat: aut rarā vt facilè à qualibet extrinſecus incidē

ti

ti occaſione lædatur.] Tale porrò natura eſt propoſiti nobis hoc loco puelli corpus, quũ ſit mediũ omnis exceſſus. Eſt ergo id ea ratione alẽdum,vt ſtatus ſui gratiã perpetuò ſeruet: ſeruabit autẽ,ſi primis quidẽ annis ſolo lacte nutrias, ac balneo dulcis aquæ & calẽtis vtare: quo videlicet corpus eius molle quã diutiſsimè ſeruatũ, ad plurimũ augmẽti perueniat. Ab his annis quũ iã mitti in ludũ eſt habilis,non neceſſe erit aſsiduis prætereà balneis vti, ſed interim dum luctari cõdiſcit,mediocriter inibi ante cibum exercitari ſat erit, ac balneo plerunq; abſtinere. Modũ verò in labore exceſsiſſe, quod nonnulli pædotribæ pueros cogunt, prorſus alienũ eſt: ſiquidẽ intempeſtiua duritie corporis inhibetur auctio, etiam ſi naturâ ſit ad auctũ quàm maximè cõparatũ.Sanè vinũ quã diutiſsimè, qui ea natura puer eſt,ne guſtare quidẽ ſuaſerim: quippe quod hauſtũ,& humectat nimium, & calefacit corpus,tum caput halitu replet iis,qui humido calidoq́; tẽperamento ſunt, quale eſt eiuſmodi puerorũ. Atqui nec repleri his caput eſt vtile,nec ipſos ſupra quã par eſt humidos,calidosq́; fieri, quoniã eò iã caloris humorisq́; peruenerũt,vt ſi paululũ vtramuis qualitatẽ auxeris,iam modũ exceſſerint. Quũ autem ſit omnis exceſſus

fugiendus, maximè hunc fugere expedit, ex quo non corpori modò, verũetiã animo dãnũ accedit. Quare neq; iam adultis vinũ, niſi modicè ſumptum, exiſtimãdũ eſt vtile eſſe: quòd videlicet & ad iram, & libidinem præcipites facit, & partẽ animi rationalẽ, hebetẽ, turbidanq; reddit. Cæterũ his ipſis ad bilis excrementa vel mitiganda, vel expellenda eſt ſanè nõ inutile: non minimum verò ad eam ſiccitatẽ, quæ in ſolidis partibus, aut ex immodicis laboribus, aut ex proprio ætatis tẽperamento prouenit. Humectat nanq; ac nutrit quicquid immodicè ſiccatũ eſt: tum bilis amaræ acrimoniã mitigat, ac frãgit: præterea à per ſudores vrinasq; vacuat. Pueri verò, ceu qui talẽ ſuccum minimè colligunt, quiq; naturalẽ humiditatẽ plurimã obtinẽt, vt cõmodorum, quæ vini potio largitur, planè non egẽt, ita incõmoda, quæ affert, tantùm ſentiũt. Nemo itaque rationis compos, ea vti potione pueros ſinet, quã, præter quàm quòd nullũ affert cõmodũ, immenſum etiam ſequitur incommodũ. At frigidæ potione omnino prohibendos eos non cenſeo, quod tamen aliqui faciunt: verũ à cibo plerunq;, & per calores, quum ipſis cordi erit, vti nõ diſplicet, potiſsimùm verò (ſi copia eius ſit) fontanæ recentis, cui nulla qualitas vitioſa

aliunde ſit cõtracta:ea ſi non eſt, reliquarũ. Cauendæ verò ſunt quæ ex ſtagnis hauriũtur,& quæ turbidæ,& quæ malè olentes,& quæ ſalſæ, deniq; in quibus qualitas aliqua guſtu deprehenditur: quando quæ optima eſt,ea penitus nõ guſtui modò horũ, verũetiam olfactui omnis qualitatis expers videbitur , eadẽ quoq; tũ potui iucunda erit, tum planè pura. Quòd ſi præcordia quoq; celeriter tranſit,nihil eſt, quod magis idoneam requiras:quando ſi qua pura, lympidaq́; eſt,nec potu inſuauis,nihilo ſecius tamen circa præcordia hæret,hæc vitio non caret, atq; abſtinẽdũ ab ea cẽſeo, vtiq; quũ prorſus eſt frigida: cæterũ à calefacta non deterreo, ac tutiſsimũ quidẽ fit, experientia ipſa de eiuſmodi aqua iudicium fieri. Quòd ſi quis eſt, qui ex notis potius vim eius prænoſſe malit:cuius fons è petra ſcaturiẽs,cõtra ſeptẽtriones fluit, ſolẽq; auerſum habet,hanc ægrè concoctũ iri, tardiq́; trãſitus eſſe putandũ eſt:eadẽ nimirũ calefiet,frigefietq́; tardè.Cõtrà, cuius ad oriẽtẽ ſolẽ fons erũpit quæq́; per meatũ aliquẽ mundũ,aut purã colatur terrã,eadẽq; calefit,ac refrigeratur ocyſsimè:hanc omni ætati vtiliſsimã eſſe exiſtimandum eſt.Non enim ſicuti vino,eſcis, exercitatione, vigiliis,ſomno,ac venere, aliĳs aliâs vti pro ratio

tione ætatis expedit: ita de aqua quoq; ſtatuendũ eſt, ſed quã nunc optimã indicauimus, hac vti puero, iuueni, ſeni, conducet. Idem de aëre iudicãdũ, quẽ optimũ in pulmones trahere, omnibus iuxtà ſalubre eſt. Optimũ aërẽ cenſeo, qui prorſus ſit purus. Eiuſmodi verò fuerit, qui nec ſtagni, nec paludis halitu ſit infectus, nec ex profundo ſpecu peſtilentẽ aurã ſpiret, qualis circa Sardis, & Hierapolin, aliubiq́; terrarum viſitur: nec qui ex cloacis, quæ vrbem, aut numeroſum exercitum purgent, vitiũ contraxit: nec qui ex animaliũ, olerũ, aut leguminum putredine, aut fimo, coinquinatur: nec qui ob ſtagnum, vel flumen vicinum, nebuloſus eſt: nec qui editis vndiq; montibus, in cauo loco cluſus, nullũ recipit perflatũ: Suffocans enim putriſq́ue eſt, ſimilis ei, qui in domibus quibuſdam eſt incluſus, in quibus ob putredinem, & perflatus defectum, plurimus aceruatur ſitus. Huiuſmodi ergo aër omni planè ætati eſt noxius: ſicuti è diuerſo, qui purus omnino eſt, nulli nõ ætati eſt vtilis. At verò quæ ex calore, frigore, ſiccitate, humiditate, diuerſitas aëris cõtingit, nõ ꝓinde ſe ad oẽs homines habet, ſed corporibus, quæ optimo tẽperamẽto ſunt, etiam optimè temperatus aër eſt ſaluberrimus. In quibus verò aliqua exuperãs qualitas

tas dominatur,iis vtiliſsimus aër eſt, qui ei qualitati maximè eſt aduerſus,frigidus calidæ,calidus frigidæ, humidiori ſiccus, ſicciori quàm par eſt tantò humidior,quãtò ſiccitas ipſa modũ exceſsit, atq; hæc quidẽ hoc loco intellexiſſe ſat eſt.Quẽadmodum verò incõmoda, q̃ ex vitioſis aëre aquisq́; proueniunt,corrigas, alio volumine dicetur.Nũc enim optimũ corporis ſtatum, ſimul cum optima victus ratione, ceu ſcopũ ac regulã quandã tractare conſtitui. Quæ enim vitioſa in aliquo corpora ſunt, horũ varietates omnes, vnà cum idonei ipſis victus ratione in ſequẽtibus libris proſequemur. Quare rurſus ad optimi ſtatus puerũ reuerſi, ſecũdũ ſeptenniũ eius explicemus, & cuius tẽperamenti ſit,& quódnã poſtulet victus genus. Ergo tẽperamẽtũ eius (vt in libris,quos de tẽperamẽtis ſcripſimus, euidenter oſtendimus) calidũ eſt eodẽ gradu, quo prius, humidũ verò non eodẽ, quãdoquidem omne animãs ab ipſo ſtatim ortu, ſiccius in dies efficitur: minimè tamen per omnes ætates,aut calidius, aut frigidius euadit.Sed quorum optimè ſe habent corpora,iis calor ſimilis quodammodo vſque ad ſummum incremẽtũ manet:quorum verò humida, frigidaq́; ſupra optimæ conditionis corpus ſunt,horum calor augetur. Sed

† Mēdosè legitur in Græc. cod. impressis, ἀλλ' οὐγεοῦν λόγος pro ἀλλ' οὐκ νῦν λόγος.

† nõ eſt nũc de his ſermo. Cui verò optimi ſtatus corpus cõtigit, is ad quartũdecimum vſq; annũ, iam traditam victus rationẽ obſeruet: illo tamen in exercitatione ſeruato modo, vt neq; immodicè ſe, neq; violenter exercitet, ne corporis eius id incremẽto ſit in mora. Lauetur autẽ calida potius quàm gelida, vt qui nondum hãc citra noxã tolerauerit. Hoc ætatis animum quoq; finxiſſe aptiſsimũ eſt, idq́; potiſsimũ probis cõſuetudinibus, & grauibus diſciplinis, quæ animo modeſtiam pariant. Quippe ad ea, quæ ſequente ætate circa corpus eius moliri oportebit, maximo compẽdio ſit, animi modeſtia, & ad parendũ facilitas. A ſecũdo verò ſeptennio vſq; ad expletũ tertiũ, ſiquidẽ ad robuſtiſsimum corporis habitũ prouehere hominem cupis, aut militẽ eum ſtrenuum, aut luctatorem, aut aliâs viribus inſignem deſtinans: vtique de iis animi dotibus, quæ ad ſcientiã, ſapientiãq́; pertinent, minùs laborabis. Quæ enim ad mores ſpectant, hac maximè ætate perſici, abſoluiq́; conuenit: ſin corporis membra roborare hactenus cupis, dum ſanũ quendã habitũ, & incrementũ iis cõpares, animi verò rationalẽ partem ornare adoleſcẽtis ſtudes: nõ eſt vtrobiq; eadem victus ratio ex vſu. Quanquã etiã tertiã, quartãq; vitæ formu-

lam licet inuenire, aliis ſordidarũ cuilibet artium deditis:idq; vel ei quæ corpus exerceat, vel alienum ab exercitio id teneat, aliis ad agriculturã, vel mercaturã, vel tale quippiã ſe conferentibus. Quæ genera tot numero ſunt, vt difficile certè videatur omnes vitæ ſpecies certo numero cõplecti. At ars quidem quę ſanitatẽ tuendã profitetur, omnibus profectò hominibus ſanitatis tuendæ documẽta pollicetur, aut ſingulorũ propria, aut omniũ cõmunia, aut hæc quidem propria, illa verò cõmunia. Verũtamẽ fieri nequit, vt de omnibus ſimul diſſeratur. ſed vt primo loco, quemadmodum quis ad longiſsimũ prolata vita, etiam bona valetudine perpetuò vtatur. (Sanè hãc vitam ab omnibus quòd neceſsitate ſe ingerit negotio, liberam eſſe oportet, ac ſoli corpori vacare.) Secũdo loco, vt de iis, quæ cũ arte aliqua, aut opere, aut exercitio aut miniſterio priuato, publicóve: in ſumma, quæ cum premẽte aliquo negotio coniũctæ ſunt, ſic vtiq; fieri poteſt, vt de omnibus diſſeratur, neq; enim aliter aut dilucidus, aut memoratu facilis, aut certa methodo traditus ſermo noſter videatur, niſi hũc ordinẽ ſequatur. Sed ad id quod primo loco propoſitum eſt reuertendũ, docẽdũq; quẽadmodũ qui optimũ corporis habitũ eſt nactꝰ, ab omni

bus,

bus,quę ad publicũ in vita ſpectãt ſecedẽs, ac ſibi ſoli viuens, nec morbo vllo, quoad fieri poteſt, vnquã tẽtetur, nec ante longiſſimũ vitæ tẽpus morte occupetur. Immortale nãq; fieri quod genitũ eſt, planè non poteſt (tametſi noſtri tẽporis philoſophus quidã in egregio ſcilicet opere illo, in quo immortalitatis viam docet, id oſtẽdere ſit aggreſſus.) Vt verò in plurimũ perduret tẽpus, id verò fieri poſſe profectò conuenit, præſertim eius qui optima ſit natura. Sunt enim qui ab ipſo ortu adeò improſpero corporis ſint ſtatu, vt ne, ſi Aeſculapiũ quidem ipſum iis præfeceris, vel ſexageſimũ annum videãt, ſed non eſt nũc de his locus. Quare ad illũ potius qui optimo eſt habitu reuerſi, repetamus ea, quæ inter initia demonſtrauimus, nẽpe quòd comeſſe, bibereq; nobis neceſſe eſt, propterea quòd è corpore noſtro aliquid ſemper defluit. Quum verò edendũ nobis, bibendũq; ſit, neceſſe rurſus eſt excernẽdorum curã, rationemq; haberi. Horũ verò quum variæ ſint ſpecies, aliæ eorũ quæ in ventre perficiuntur, aliæ eorum quæ iecinore, arteriis, & venis, aliæ eius, quod per ſingula mẽbra diſtribuitur alimẽti: ſanè cuiuſq; ſuam eſſe vacãtionem oportet, ſicuti idipſum ab initio inſtituiſſe Natura videtur, quæ inſtru-

men

menta animalibus cõtulit , alia quæ excrementa ipſa expurgent ac ſeparent,alia quæ deducant,alia quæ in vnum colligant, alia quæ excernant.De quibus omnibus tractatũ nobis fuſiùs eſt in iis cõmentariis , quos de naturalibus facultatibus,& quos de particularum animalis vſu inſcripſimus, nunc hypotheſeos loco præſumenda erũt ad ea quæ paramus.Primùm nanque excrementum & à ſyncero ſeparatur,& paulatim impellitur per omnia inteſtina vſque ad ſatis capax ſpatium , quod in eo inteſtino viſitur , quod ab argumento rectum vocant. Ad cuius exitũ muſculi quidã ſunt inſerti, qui ipſum coërceãt,intusq; detineant,ac ne immaturè effluat,vetẽt.Poſteà verò quàm plurimũ congeſtũ iam graue animali fuerit,tum foras agi ſinunt,ad celeritatẽ emiſſionis etiã abdominis muſculis , vnà cum tranſuerſo ſepto , adiuuantibus. Iecinoris excrementorũ aliud eſt,quale quod florem in vino appellant:aliud,quale quod fæx dicitur.Attrahitur alterũ à veſicula . quæ iecinori ſubiicitur, alterũ à liene. In his collecta excernuntur,alterum in priorem tenuis inteſtini partem : [alterum in ventriculum:] ab hiſque iam per omnia inteſtina , vnaq; cum ſicciori alimenti excremẽto permeant. Quod autem in venis, & ar-

teriis excrementum aceruatur, eiusmodi planè est, quale in lacte cõcreto serum: hoc renes à sanguine secernẽtes, ad vesicã trãsmittunt. Ea porrò id colligit, seruatque ad eundem fermè modum, quem de sicco excremento suprà retulimus. Quippe adnascitur hîc quoque ad exitum ipsum musculus quidam trãsuersus, qui osculũ vesicæ ita ad vnguem cõprimit, vt inde nihil effluat. Postquàm verò huius quoque collecta iam copia animal vrget, illico se remittens, laxansque, statione cedit. Vesica verò omne excrementum excernit: rursus hic quoque ad celeritatem exitus auxiliantibus musculis iis, qui in abdomine sunt siti. Reliquum excrementorum genus, in singulis animalis nascitur particulis ex ipso, vnde aluntur, succo, aliud quidem ceu † semicoctæ quæpiã reliquiæ, quæ assimilari nutriẽdæ parti nequiuerunt: aliud quod trãsmittendi alimenti fuit vehiculũ. Nunc functum officio humidũ tenueq; superest, quale nimirum serosum illud iam dictum, quod ex vasis, id est venis, & arteriis, in vesicam defluit, huic excremẽto nullus certus à natura præscriptus meatus est. expellitur tamen partim actum per ipsa molliora corpora, quæ fluentis eius violentiæ cedunt, potissimùm quũ à spiritu, maiore impetu irruente, impel

† Mendosè legitur in Aldi. ἡ μίπτον, pro ἡ μιπέπτον.

pellitur: partim etiam per exiguos omnes corporeæ molis meatus, πόρους Græci vocant: quorum non modò reliquum corpus vniuersum, sed etiam tota cutis plena est. Dictum autem nobis de generatione horum est in libris, quos de Temperamentis edidimus. Ergo tenuissimum huius generis excrementum, facilè sanè eiicitur, partim in speciem halitus ab insito calore solutum, partim violēto motu confertim erumpens. Appellant verò quod ita excernitur, sudorem: alterum verò cui nullum publicè nomen est, quod videlicet nec vulgò est cognitum, vt quod conspectum præ tenuitate effugiat: ab iis qui id ratione contemplati sunt, ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοὴ Græcè, id est transpiratio, vel perflatus sensum latens, vocatur. In hoc insensibili perflatu etiam crassioris excrementi nonnihil excernitur: huic autem & vehementiore calore, & fluoris impetu maiore opus est: quum alioqui periculum sit, ne ante itineris finem, sistatur saltem ad cutem. Ab hoc excremento tum pilis originem esse ostensum nobis est, tum verò iis, quæ super omnium cutem semper aceruantur, sordibus. Ac dicta fermè nobis vniuersa sunt, tum generationis, tum etiam expulsionis excremen-

torum capita: quæ in aliis noſtris operibus, quorum proximè meminimus, euidẽti demõſtratione aſſerta, hypotheſes opportunæ ſunt iis, quæ nunc molimur. Nam quoniam eiici hæc oportet, vtpote quæ vitioſa qualitate ſint (tametſi Aſclepiades reclamet) conuenit, arbitror, primùm nouiſſe, quibus maximè cauſis remorẽtur: dein rationem iniri, qua nec in ipſas incidatur: ac ſi quando inciditur, quãprimùm error corrigatur. Atq; ne incidatur quidem, hinc licet aſſequamur, vtique ſi excreta abundè ſint nécne, cõpertum habuerimus: vt verò erratum iam corrigatur, certa methodo eſt opus. Dicamus itaque primùm à quibus maximè remorentur memoratorũ excrementorũ ſingula: mox quo pacto quod retentum eſt, † expediatur. Ergo iis, quæ in ventre continentur, excrementis mora cõtingit, aut ipſius cibi potionisq; culpa, aut ipſius ventriculi vnà cum inteſtinis. Et cibi quidem potionisq; vitio, aut propter qualitatem eorum, aut quãtitatem: ad hæc propter ordinem, vtendiq; modum. Et propter qualitatẽ quidem ſi acerba, auſtera, at ſiccæ naturæ fuerunt: propter quantitatem, ſi iuſto plura, aut pauciora ſunt aſsũpta. Ordinis culpa, ſi quæ ſicca aſtringẽtiáve ſunt, primò: quæ humida, pinguia, & dulcia, ſecun

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreßis προτρέψειν, pro προτρέψεσε.

cundo loco ſunt ſumpta. Modi vſus ratione, ſi quum bis fuit edēdũ, totũ ſemel ſumpſerit. Quæ verò vẽtris inteſtinorúmve vitium ſequitur excrementi mora, vel ob naturalem eorũ affectũ accidit, vel certè acquiſititium. Ac quæ quidẽ naturæ eorũ vitio cauſæ proueniũt, ex prauis corporis habitibus aliqui ſunt: ſicuti, vbi de iis agemus, dicetur. De acquiſititiis hoc loco agemus. Recentium ventris affectionum octo ſunt differentiæ, ſingulæ ipſo genere intẽperies: & quatuor quidem ſimplices, calor, frigiditas, ſiccitas, humiditas, quatuor conpoſitæ, calor vnà cũ ſiccitate, idẽ cũ humiditate, frigus adiũctum ſiccitati, idem cum humiditate. Sanè eo creuiſſe magnitudinis harũ quamlibet oportet, vt iam inualidam reddiderit impultricẽ vim, aut vẽtris tantum, aut gracilis inteſtini, aut plenioris, aut etiã omniũ ſimul, aut ex his quorundã. Creantur porrò eiuſmodi intẽperies, modò ab iis quæ intrò in corpus ſumũtur, modò ab iis quæ foris incidunt. Et ab iis quæ in corpus ſumũtur, quum in cibo, vel †potione vis quæpiã medicinalis eſt immiſta ex earum genere, quæ vel calefaciunt, vel refrigerant, vel ſiccant, vel humectant, vel vnà calefaciunt & ſiccant, aliáve quapiam cõnexione harum qualitatum afficiunt. Ab

† Mẽdosè legitur in græc. cod. impreßis σώμασι. i. corporibus, pro πόμασι. i. potiõibus.

iis quæ foris incidunt, vel ambientis nos aëris vitio, quũ is immodicè calefacit, aut refrigerat, aut ſiccat, aut humectat, aut copula quauis harum qualitatum afficit: vel aquę, qua lauerimus, vel vnctionis, qua vncti ſimus, vel denique alterius cuiuſquam, quod quum foris vẽtriculo adhæſerit, aut calefaciendi immodicè hunc, aut refrigerandi, aut ſiccãdi, aut humectandi vim habuit. His igitur de cauſis ſupprimitur excrementũ ventris. At flauæ bilis excrementũ moratur aut propter attrahentis, expellentíſve facultatis infirmitatẽ: aut propter vaſorum, quibus deducitur, atq; excernitur, anguſtiam. Porrò infirmitas, tum veſiculæ totius, quæ iecinori ſubiicitur, tum eorum meatuũ, qui ab ea in iecur ſubeunt, tum eorum, quibus in inteſtinũ bilis euomitur, ex recenti intemperantia, prouenire poteſt, tali vtiq; quali inteſtinorũ vẽtriſq; impultricẽ vim lædi diximus. Anguſtia verò vaſorũ, aut phlegmonis vitio fit, aut propter ſcirrhos (hi ſunt durities quædam non ſenſiles) aut obſtructionem, aut cicumiacentium partiũ innixum, aut oſcillorum conniuentiã. Iam ipſa proximarũ partiũ compreſsio, aut propter immodicam copiam eorũ quæ in ſe cõtinẽt, aut propter phlegmonẽ aut ſcirrhum accidit. Aequè & oſcil-

lor

lorum conniuentia, aut propter horũ quippiam, aut etiam ſiccitatem. Porrò ſiccitatem accidere faciunt & quæ valẽter aſtringunt, & quæ pariter calefaciunt, & ſiccant. Illa nanq; humorem exprimendo, & quæ patebant contrahendo, conſtringendoque, ac denſando: hæc eliciendo per halitum humore ſiccitatem inducũt. Phlegmone nanque, & ſcirrhus quoniam morbi planè ſunt, ad præſentem diſputationem non pertinent, & alioqui de ipſis commodius agetur in ſequentibus. Pari ratione atræ bilis excrementum aliquando ſiſtetur, ſi lienis ad amaræ bilis veſicam: vena verò quæ ad illum à porta iecinoris pertinet, ad vaſcula illa, quæ amarũ excrementũ attrahunt: quæ verò ex liene in ventriculum fertur, ad meatum illum qui amaram egerit, proportione ſit affecta. At excrementum quod per ſingulas animalis particulas congeritur, & copia ſui, & craſsitudine, & prætereà †lentore remoratur: ad hæc ob imbecillitatem caloris, [qui id diſſecet ſoluatque] præterea tranſitus anguſtiam. Ac copia quidem, craſsitudo, & lentor vel ex cibi potionísque natura prouenit, vel ex recenti quapiã alteratricis facultatis in eo, qui nutritur, infirmitate. Imbecillitas verò caloris, qui id excremẽtũ reſoluat, ac tenuet, ab

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreſsis, γλισχρότερον, pro γλισχρότητα.

[In Græc. codic. impreſsis legitur λύσουσι. Sed melius in veteri ἀλλοιώσουσι. id eſt, qui id alteret.

exercitandi defectu prouenit, Anguſtia tranſitus aut ob ſcirrhum, aut phlegmonem, aut obſtructionem, aut compreſſum alicuius, aut conniuentiam euenit, quorum cuiuſque originis rationem paulò antè retulimus. Sunt tamen partes, quæ præter latentes hos meatus alios quoſdam apertos, & conſpicuos obtinent: ſicuti cerebrum, & oculus. Id autem inſtitutum à natura eſt, aut propter eminẽtiam particulæ, aut propter actionem exquiſitiùs obeundam, aut propter continentium corporum ſpiſsitudinem. Eſt nanq; cerebrum rationalis animæ ceu domicilium: quod cùm oſſe ſolido vndiq; ſit ſeptum, plurimis, maximisq́; canalibus expurgatur: primùm per nares, & palatum: ſecũdò per vtranq; aurem: tertiò per caluę commiſſuras: nec abſimile eſt etiam aliquid ab eo, confluere ad oculos. Oculus verò ipſe non tanquam primatum aliquem inter partes obtinẽs, ſed velut qui purus eſſe omnino poſtulet, quò videlicet probè munus ſuũ obeat, per euidẽtes meatus eiicit quicquid in eo excrementi gignitur: nempe per nares, genasq́;. Ergo excrementorum tum cauſas, tum inſtrumenta iam diximus: quæ quemadmodum quis retenta expediat, atque euocet, deinceps docendum, initio rurſus à ventre ſumpto. Ergo

go illud commune omnium excrementorum documentum ſit, vt retentionis cauſæ cõtrariam cauſam ſemper admoueas. Speciale verò per ſingulas hoc, ſi comeſtorum paucitate, & ſiccitate reſtricta aluus ſit, vt tum plura, tũ humidiora exhibeas. Si ſiccitate, plura quidem non offeras, ſed humidiora. Si auſteritate, & acerbitate, dulcibus, & pinguibus cibes. Quòd ſi in ordine ſumptorũ erratum ſit, vt eum errorẽ corrigas, ſi quum bis edẽdum erat, ſemel comedit: vt non bis modò, ſed etiam ſæpius paſcas. Eodem planè modo, & recèns contractas intemperies, contrariis remediis ſarcias: nempè quod ſiccatum eſt humectans: quod refrigeratum eſt, calefaciens: ac reliquos affectus ſimili ratione corrigẽs. Quibus verò hæc fiant: in iis quæ de medicamentis ſcripſimus, proditæ materiæ ſunt. At flaua bile retenta, ſi quidẽ obſtructionis culpa id accidat, eo qui extenuet victu vtẽdum: cuius materia ſingulari volumine à nobis eſt tradita. Sin ex compreſſu id eueniat, qui nimirum fit ob immodicã repletionem eorum corporum, quæ veſicæ felleæ meatibus ſunt vicina: ſiquidem ex craſſitudine ſucci id incidit, extenuante victu eſt vtendum: ſin ex multitudine, præſidiis quæ vacuent. Quòd ſi ob phlegmonen,

ſcirrúmve id contingit, iā res ſanitatis tuēdæ profeſsionem exceſsit. Sin propter recèns contractam intemperiem, quæcunq; victa qualitas eſt, hāc reſtituere tentandū. Ad eandē formulā, & conniuentiam oſcillorum aperire conueniet. Si ab auſteris facta eſt, pinguibus, & dulcibus aſſumi iuſſis: ſin iis quæ calefaciunt, & ſiccant ſucceſſit, adhibitis quæ refrigerent & humectēt. Dicetur & taliū materia in ſequentibus libris. Idem expurgandi modus etiam tertio excrementorum genere retento, quod per ſingulas animalis partes colligi diximus, conueniat. Nā ſi cōtracta ſint, & tanquam conniueant meatuum ora, per aduerſa iis, quæ ſic affecerunt, ſuccurrendū eſt: nempe quæ ex frigidis cauſis ortæ coarctationes, conſtipationesq; carneæ molis ſunt, veluti quæ ex ambientis rigore corporibus noſtris inciderūt, eas calefaciēdo. Rurſus eas, quæ calori, ſiccitatiq; ſuperuenerunt, veluti quæ feruoribus euenerūt, refrigerando & humectādo. Pari modo & quæ aſtringentium vitio prouenêre (cuius generis ſunt aluminoſæ aquæ) has pingui ac molli frictione, vnà cum dulcis aquæ balneo reparando. Quòd ſi vel craſsitudinis, vel abundantiæ, vel lentoris excrementorum vitio obſtructi meatus ſunt: tenuatoria vi-

ctus ratio his apta erit: prætereà medicamenta quæ calfaciũt,ac diſſecant,quædam intrò deuorata,quædam foris admota:anteq; hæc omnia exercitatio. Nã eo quoq; tum ſoluere excrementa poteſt, tũ per ſudoris meatus eiicere, tantoque tam cibis quàm medicamentis tenuantibus præſtat, quanto ſatius eſt nullo corporis noſtris habitus incommodo exigi, quæ redundant, quàm pariter & carne liquanda, & ſolidis extenuandis. Hæc nanq; incommoda calidis, extenuantibusq́; medicamentis ſuccedunt. Exercitationibus verò adeò nihil tale ſuccedit, vt etiã firmitas quædam membris accedat,quũ & naturalis ipſe calor accenditur,& ex partiũ inter ſe attritu duritia quædã, indolẽtiaq́; comparatur. Quẽadmodum verò ſe aliquis debito tẽpore, menſuraq́; exercitet,ac ſingularum actionum ordine decẽti,qualitateq́; vtatur: nũc equidem exequi nõ ſtatui: ſicut nec de alimenti ipſius tẽpore,modo,ordine,qualitate : ſed nec de tenuãtibus cibis ac potionibus,nec de iis medicamentis quæ qualitatẽ immutãt. Nullius enim horũ hactenus particularẽ vſum diximus, cõtẽti ſummatim, & per capita tãtũ attigiſſe: verùm in ſequẽtibus libris de omnibus fuſiùs agetur. Nũc in cõpendiũ redigere totum opus placuit:

quæ

quatenus nulla materia latêret, cuius eſſe peritum deceat, qui omnẽ ſanitatis tuendæ artem profitetur, hũc ὑγιεινὸν græcè voces: ſicuti gymnaſten, qui tantùm, quæ ad exercitationes pertinent, callet: quin Eraſiſtratus quoque ita eum appelllauit. In ſequentibus verò voluminibus dictarũ iam materiarum cuiuſque tum tempus quo exhibebitur, tum qualitatem, tum vſus rationem trademus ita, vt non iam materia tantũ ſit, ſed ſanitatis cõſeruãdæ certa cauſa. Etenim in tribus hiſce primis generibus cõſiſtit ſanitatis tuendæ ſtudium, æquè ac medendi methodus: nẽpe corporibus, cauſis, ſignis. Corporibus quidẽ, iis quę & ſana iam ſunt, & eo ſtatu ſeruari debent. Signis verò corporũ accidentibus, ex quibus corpora ipſa dignoſcuntur. Cauſæ ſunt ex quibus cuſtodia ſanitatis perficitur. Harum materiam quatuor generibus iuniorum probatiſsimi ſunt complexi: admouendis, educendis, faciendis, extrinſecus incidentibus. Et admouendorum quidem nomine, cibus, potio, & ſi quid medicamentorum intrò ſumitur, etiam aër attractus intelligitur: faciendorum verò, frictio, ambulatio, vectio, equitatio, denique omnis motus. Quòd ſi non quiuis motus exercitatio eſt, ſed ſolùm qui valentior eſt, adiiciatur motui exercita-

tio, vt ſint facienda, tum motus, tum exercitatio. Referuntur ad hoc cauſæ genus, ſomnus, vigilia, & venus. Ex foris incidentibus, primus eſt circũdatus nobis aër: dein de quæcunq; lauantium vngentiúmve† cuti propinquant, etiam ſi quod medicamentum ſanitatis tuendæ fines non exceſsit: veluti ſal, myrta, nitrũ, aphronitrum, & aquarum aliquæ ſpontè natarum, & calentium. Educendorum verò materia prædicta paulò ſupra eſt. An verò quatuor illis generibus, rectè ex aduerſo diuiſio cauſarum generis ſit facta, non facilè dixerim. Quum melius fortaſſe ſit, admouendis, educendis, faciendis, & incidentibus alterari, immutarique corpus dicere. Mutationem verò aut in qualitate fieri: aut quantitate. In qualitate, dum aut incaleſcit, aut refrigeratur, aut ſicceſsit, aut humectũ redditur. In quantitate, dum alitur, aut inanitur. Iam inanitionem ipſam, duplicem quoque eſſe: alteram excrementorũ, de quibus mox diximus: alteram naturalis ſubſtantiæ noſtræ aſsiduè defluentis, quæ nutritioni ex aduerſo opponitur. Notaſſe hoc loco operæpretium fuerit homonymiam, quam Hippocrates in opuſculo de nutritione diſtinxit his verbis: [Alimentum aliud eſt quod nutrit, aliud quod quaſi eſt nutriens, aliud, quod

† In veteri. Græc. cod. addi. ἢ διαπαλαίουσι ἐν κόνει id eſt aut exercentium ſe in puluere.

quod nutriturum eſt. Quippe ei, quod prima ſignificatione alimentum, ſiue nutritio eſt, ſubſtantiæ ipſius fluorē rectè opponas. Ei verò quod in ſecūda ſignificatione accipitur, tum hæmorrhagiā, id eſt, ſanguinis profluuium, tum vno verbo omnē ſanguinis inanitionem. Ei verò quod tertio ſignificato dicitur, vomitum, & lienteriā, id eſt, inteſtinorum læuitatem. Verùm de talibus diuiſionibus ſtatuere, pro arbitrio cuiuis liceat. Quiſquis autem propoſitam artem ritè adminiſtrabit, hūc omnis materiæ, quæ ad ſalubrem victus rationē pertinet, vires habere compertas eſt neceſſe: quando hinc demum dexter eius oritur vſus. Contingit autem dexter eius vſus, vbi opportunum cuiuſque tempus, ac modum quis inuenerit. Quare huc potius cenſeo properandum, quàm prauis opinionibus refellendis immorandum. Sed quoniam ſatis verborum primum hoc volumen cōtinet, claudetur hoc loco: quod reliquum operis eſt, in cæteris exequemur.

*



CLAVDII GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER SECVNDVS, THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

Quæ in ſecundo libro de tuenda ſanitate habentur.

Eum qui optimam corporis conſtitutionem ſortitus ſit, & vitam liberam degat: quid agere oporteat.

Defrictionum differentia.

Quo in loco fricari opus ſit atque exerceri ſingulo quoque anni tempore.

Quæ ſint exercitationum differentiæ.

Florenti ætati venerem præcipuè conuenire, non eis quæ antè vel pòſt ſunt ætatibus.

Quid ſit id, quod Græci apotherapiā appellant.

Quid ſit durum, & molle in corporibus, & rarum ac denſum in meatibus.

Exercitationum ſpecies, & quæ exercitationes quibus partibus corporis vſui ſint.

ARTIS QVAE DE SAnitate tuenda inſtituitur: ſummas, ſcopoſq́; proximum volumen edocuit: nũc ſingula membratim diſtinguere tentandum, initio rurſus ab iis ſumpto, in quibus proximus liber eſt finitus. Proponatur itaque nobis in hoc libro ſaluberrimæ naturæ puer: qui iam tertium ætatis ſuæ ſeptennium ingreditur: cuius corpus effingere componeréque: quoad fieri poteſt quamoptimè, propoſitum ſit. Ac primum hoc ipſum definiendum, quid ſibi velit quod adiecimus, optimè: vult autem nimirum illud, Veluti corporum ipſorum numeroſa ſanè diuerſitas tradita eſt: ita vitæ rationum, quibus viuimus, ſpecies ſunt diuerſæ. Ergo fieri nequit, vt in qualibet propoſita vita, optimam corporis noſtri curam adminiſtres, ſed quæ cuique optima ſit, hanc vtique licet, quæ abſoluto ſermone optima ſit, in omni exequi vita non eſt. Nam maxima hominum pars implicitam negotiis vitam agit, quos etiam lædi ab iis, quæ tractant, eſt neceſſe: nec tamen mutare conditionem licet. Alii etiam per inopiam in eiuſmodi vitæ ſortem incidunt, alii ſeruitute, quam aut parentibus hæreditariam acceperunt, aut aliàs per vim aliquam

quam

quam capti, raptíve, quas solas esse seruitutes vulgus æstimat. Mihi verò & qui ambitionis, aut cuiusuis cupiditatis gratia, negotiis impeditã vitam delegerunt, quo minus corpori curando vacare queãt, hi quoque seruire vltrò dominis, & quidem pessimis videntur. Quare his optimam prorsus corporis curam scripsisse, superuacuum sit. Verùm si quis planè tum animo, tum verò optione sit liber, huic præcepisse fas est, quemadmodũ & sanitate plurimũ fruatur & morbis minimè tẽtetur, & cõmodissimè, citraq; molestiã senescat. Quin etiã sanitatis tuendæ methodus, sicut alia planè quælibet ratio, viaq;, eiusmodi docẽdi initiũ postulat. Siquidẽ quod simplex inculpatũq; est in omni genere, id cęteris omnibus quę nec simplicia sunt, nec culpa vacãt ceu regula quædã præponi postulat. Sanè simplex, inculpatunq; in corporibus quidẽ est, quod optimo est habitu: in vitę generibus, quod omnino liberũ est. Primũ igitur hoc libro duo hæc cõiuncta tractemus: deinde cuiq; vitioso corporis statui, vita libera sit adiũcta. Mox optimæ corporis cõstitutioni singulæ, seruilis vitę species copulentur. Postremò vitiosos corporũ habitus, cũ seruilibus viuendi generibus maritabimus, si quidẽ plenus nobis, absolutusq; sermo fu-

turus eſt. Quódnam igitur propoſitæ artis initiũ cœperimus, ad eius tutelã corporis, quod & optimæ ſit notæ, & tertiũ ætatis ſeptenniũ iã ingreſſum, & cæteris poſt habitis omnibus, vni corporis curæ vacet? Mihi ſanè videtur id quod ab Hippocrate traditũ eſt, tũ in aphoriſmis, quũ ait [Labor cibum præcedat] tũ in popularium morborum ſexto volumine, vbi ita ad verbũ præcipit [Labor cibus, potio, ſomnus, venus, omnia mediocria] Nam & modum ipſum ſingulorũ definiuit, addito ad finẽ dictionis epitheto, mediocria: & tempus æquè ſignauit, ipſo ſermonis ordine. Quippe ſanitaris tutelã à labore eſt auſpicandũ quem excipere debent cibus, potio, deinde ſomnus, mox venus, in iis videlicet, quibus venere eſt vtendũ. Nam reliqua certè omnia cuiuſq; ætatis ſunt cõmunia. Venus ætate tantũ florentiũ eſt, vtiq; quo tẽpore etiam eius vſus eſt. Quæ enim hãc vel præcedũt ætates, vel ſequũtur: aut planè ſemen† non effundunt, aut certè, infœcũdum, aut malè fœcundũ effundunt, verùm diſceptatio de venere in ſuum locũ differatur. A laboribus verò ordiendũ: illo ante omnia diſcuſſo, an idẽ ſint, labor, motus, & exercitatio: an labor & motus idem, aliud verò ab his exercitatio: an motus res diuerſa, labor, & exe

† *Mẽdoſè legitur in Aldi.* ἢ δ' ὅλως, *pro* ἢ οὐδ' ὅλως.

exercitatio neutiquam differant. At mihi quidem non quiuis motus, exercitatio videtur, ſed tantùm ſi quis vehementior eſt. Quoniam autẽ eorum, quæ ad aliquid dicuntur, eſt quod vehementius dicitur, fieri poteſt, vt idẽ modus alteri ſit exercitatio, alteri non ſit. Terminus igitur vehemẽtiæ eſto, anhelitus alteratio: quando in quibus nulla ſit anhelitus mutatio, hos nondum exercitationes vocamus. Quod ſi quis maius, celeriúsve, aut crebrius iã ex motu aliquo reſpitare cogitur, huic certè tãtus motus exercitatio fuerit. Ea igitur communiter exercitatio vocatur, propriè verò à loco Græcè denominatur, quem gymnaſion ipſi appellant. Is locus eſt in publica aliqua vrbis regione extructus, quo vngendi, fricandi, luctaturi, diſcum iacturi, aut tale quippiam facturi, confluũt. Laboris appellatio idẽ mihi ſignificare videtur, cũ priore ſignificatione nominis gymnaſii, ſiue exercitationis, nempe communi illo, quod prædiximus: quippe quum & qui fodiunt, & qui metunt, & qui equitant, non laborent modò, ſed etiam exercitentur, communi ſaltẽ exercitationis appellatione. Et de nominibus quidẽ ita nobis determinatum ſit, atq; ad hæc ſignificata, omnis mihi deinceps ſermo inaudiatur, nec tamen

si quis est, qui aliter vti velit, prohibeo: quando nõ huc de recto nominum vsu disputaturus accessi, sed quemadmodũ sanitas custodiri maximè possit. Ad id verò quũ percõmodũ erat de exercitatione, labore, omni deniq; motu distinguere, nominũ significatus definire sum coactus. Atq; exercitationis commoda, etsi in priore volumine tradita sunt, nõ inutile tamẽ fit hîc quoque paucis ea denuo repetere: quando ea non solùm scopus, sed etiam veluti iudices sunt, omnium, quę sigillatim in exercitationis arte geruntur. Fuêre autem, arbitror, genere duplicia: hæc quidem ad excrementorum [inanitionem: illa] ad euexian, id est commodam †corporis habitudinem efficacia. Nam quoniam vehementior motus exercitatio est, necesse quidem est, tria hæc ab ea perfici in corpore exercitando: membrorum duritiem ex mutuo ipsorum attritu genuini caloris augmentũ, & spiritu citatiorem motum. Sequi verò hæc reliqua omnia priuatim cõmoda: quæ corpus exercitiis accepta refert, vtiq; ex membrorum duritia, tum vt minus ex labore afficiantur, tum ad labores robur. Ex calore, tum deducendorum in corpus validum attractum, tum immutationem magis expeditam, tũ nutritionem magis felicem

† Solidarũ partium. nã græcus codex habet εἰς ἀυτὴν τῶν στερεῶν σομάτων τὴν ἐυεξίαν.

cem, tum*vt ſingulæ corporis partes ſint (vt ita dicam) perfuſæ. Cuius affectus beneficio, & ſolida molleſcere, & humida tenuari, & exiguos corporeæ molis meatus, laxiores fieri accidit. At ex ſpiritus valẽtiore impetu, & purgari hos omnes meatus neceſſe eſt, & excrementa expelli. Atqui ſi exercitatio hæc præſtat, haud difficilè ſanè ſit, tempus vtendæ eius ſtatuiſſe. Nã quoniã digeſtionẽ in corpus adiuuat, non debet quũ adminiſtratur, crudi incoctiq́; cibi, aut ſucci multitudo, vel in ventre, vel in vaſis contineri: vnde periculum ſit, ne prius, quàm per maturã concoctionẽ vtilis ſit, in omnes animalis partes †rapiatur. Quoniam verò & exiguos meatus expurgat, & excrementa expellit: vtilius eſt ante comedendũ eã adhiberi. Siquidẽ quæ impura corpora ſunt, atque ab excrementis parum purgata, hæc quò magis nutries, magis lædes. Ex his itaq; patére arbitror, tum eſſe ad exercitationẽ cõmodiſsimum tẽpus, quum heſternus cibus duplici cõcoctione iam prorſus ſit confectus, & ea, quæ in ventre, & ea, quæ in vaſis ſanguinis agitur, ac iã denuo cibandi tẽpus inſtet. Quòd ſi, aut prius, aut poſterius exercitatione vtere: aut crudis hominem impleueris, aut pallidæ bilis prouentum auxeris, ſanè hu-

*Græc. legitur, περὶ χύσιν ἁπάντων τῶν σωμάτων ἐφ᾽ ὑχύσις, id eſt tũc omniũ corporũ fuſionem. à qua fuſione.


† Mẽdosè legitur in codice Aldi. ἐλεγχθῆναι, pro ἑλχθῆναι.

iuſce temporis nota color eſt vrinæ. Quæ enim aquę ſpeciem pręfert,crudū adhuc in venis eſſe indicat ſuccū eū,qui à vētre ſubmittitur:quæ verò rufa,bilioſaq; eſt, iādudum,concoctū eſſe huiuſmodi ſuccū.Quæ modicè pallet,peractæ modo ſecūdę cōcoctionis eſt ſignum. Quū nanq; bili infecta vrina nondū eſt:aquæ ſpeciē,alborēq; prefert:quum verò plus iuſto eius bilis acceperit,rufa cernitur. Ergo quum mediocriter eſt rufa,mediocritérve pallens,tū eſt exercitatio adeūda:ſed expulſis prius excremētis,quę vel in veſica,vel in inferioribus inteſtinis continētur.Verendū enim ne quid ex his in habitum corporis rapiatur,correptum videlicet caloris vi,qui per exercitationem accenditur.Ergo ſi quis poſita iam veſte,protinus ad valentiores motus accedat prius,quàm totum corpus molliatur,& excrementa extenuentur , & exigui carnis meatus laxentur.timor eſt ſolidarū quampiam ruptum , aut conuulſum iri. Timendum præterea eſt , ne excrementa ſpiritus impetu impulſa prędictos meatus obturēt. Sin ſenſim priùs calefaciendo , & ſolidas ipſas præmollieris , & humores tenuaueris , & exiguos meatus laxaueris : nullum periculum nec rumpendi alicuius, nec obſtruendi exercitatio impendebit. Vt ergo

hæc fiant, oportet linteolo totum corpus mediocriter fricãdo priùs calefacere, mox oleo fricare. Neque enim protinus accedendum ad pingue censeo, antè videlicet quàm cutis incaluerit, & meatus laxentur, &(vt semel dicã) quã præparatũ, aptumq́; corpus sit ad oleum capiendum. Ei rei satis omnino sunt pauci manuum circumactus, qui nullo compressu sint graues, & modicè celeres, huc demum veluti ad metã directi, vt corpus citra cõpressum calefaciãt: si quidem peractis his, cernere licebit floridum ruborẽ per totam diffundi cutem. Tum igitur pingue inducendum, & nudis manibus, quæ medium inter molle, durũq́; modum feruẽt, infricandũ, quatenus neque coactum, constrictumq́; corpus sit, neque vltra quàm par est laxum remissumq́; fiat, sed legitimum naturæ modum seruet. Infricandum verò primo contrectatu blandiùs, inde sensim paulò fortius, eatenus aucta semper ad valẽtius frictione, quoad iam carnem manifestè premat, citra tamẽ læsionem: haudquaquam tamen tam valida frictione diu vtendum, sed semel, aut bis in quaque parte. Quandoquidẽ non eò ad hunc modum fricatur huius pueri corpus, vt iam duretur, quũ id iam ad exercitationem producimus: sed potiùs quò tum

promptitudo ad functiones excitetur, tum robur intrò reuocetur, ac raritas, laxitasq́; quæ mollem frictionē conſequuta eſt, conſtringatur ac cogatur. Quippe medio temperamēto ſeruari huius pueri corpus oportet nec vſquam durum† molléve effici, necubi naturale eius incrementum inhibeatur. At procedente tēpore, vbi iam adoleuit, tum verò duriore frictione vtemur; præterea frigida ab exercitando lauatione. Verū de his poſt agendū. In præparatoria verò antè exercēdū frictione, quæ huc ſpectat, vt corpus molliat, mollis duræq́; mediam qualitatem dominari oportet, ac, pro eiuſdē qualitatis ratione, quicquid reliquum eſt exigi. Variæ autē quàm maximè ex manuum iniectu, circumactuq́; frictiones eſſe debebunt: nec ſupernè modò deorſum, aut infernè, ſurſum adhibitæ, ſed etiā tum in ſubrectum: tum in obliquum, tum in tranſuerſum, tum in ſubtranſuerſum. Voco tranſuerſum, quod recto eſt contrariū, id græcè ἐγκάρσιον appello. Subtranſuerſum verò, quod paululum ab hoc in vtrāque partem declinat, quod σιμὸν dico. Rurſus ſubrectum, quod à recto paululum vtroq; rurſus recedit. Obliquū, quod recti, tranſuerſiq́; planè eſt medium, illud πλάγιον, hoc λόξον Græcè nomino.

† ξηρὸν. i. ſiccum legitur in Græc. codi. impreſſis.



Quinetiã τρῖψιν, aut ἀνάτριψιν Græcè dicere, nullum diſcrimen faciet, modò ne lateat ἀνατρίψεως nomen veteribus vſitatius, τρίψεως recentioribus magis vſurpari. [nos Latinè frictione, frictu, perfrictione, promiſcuè legẽtiũ venia vtamur.] Variũ autẽ fieri manuũ tum intectũ, tum circũactum velim, quò videlicet vniuerſæ, quoad fieri poteſt, muſculorum fibræ omni ex parte fricentur. Siquidem eius ſentẽtiæ eſſe, quaſi tranſuerſa frictio (quam etiã rotundã aliqui vocant) duret; denſet, contrahat & cõſtringat: recta contrà rarefaciat, laxet mol-

Non eſt in Græco.

liat,& reſoluat corpora: eiuſdem planè inſcitiæ eſt,cuius cætera,quæ pleriſque gymnaſtarum de frictione tradūtur. Nam qui plus de frictionum virtute afferat, quàm quæ Hippocrates in eo libro prodidit quē κατ' ἰητρεῖον inſcripſit, nemo planè eſt. Ait enim dura frictione ligari corpus, molli ſolui, multa extenuari, mediocri craſſeſcere. Habent verò ſe eius verba ad huc modum:[Frictio vim habet ſoluendi,ligandi, carnem augendi,minuēdi.Nempe dura ligandi,mollis ſoluendi,multa minuēdi,mediocris carnē augādi.] Quatuor enim hæ differentiæ, ex quadruplici omnis frictionis, tum virtute, tum vſu oriuntur. Quòd ſi medias quoq; harum, quæ vnà cū iis intelligendas ſe exhibent, annumeres, ſex in vniuerſum differentiæ exiſtent.Vndénam igitur plurimis neotericorū gymnaſtarū ſuccurrit, tam numeroſas frictionum differentias prodere, quas vel numero cōprehendere facilè nō eſt. Non aliunde certè, quàm quòd logicæ cōtēplationis planè expertes, cum propriis frictionum differentiis,externa, alienaq; imprudentes nonnūquam cōfundunt.Interim etiam illa quibus ſingulæ frictiones peraguntur, adiiciunt, interim tum iuſtas ipſas inter ſe frictionū differentias connectūt:tum verò

cum

cum his,etiã quas ipſi perperam excogitârunt. Quũ enim dicant frictiones inter ſe diſtare,quòd aliæ ſub dio fiant,aliæ ſub tecto,aliæ in admiſta vmbra : rurſus aliæ in perflato loco,aliæ in tranquillo : item aliæ in calido,aliæ in frigido, aliæ in ſole, aliæ in balneo, aliæ ante balneũ , aliæ in palæſtra, talemq; catalogum faciunt : ſanè non proprias frictionũ differẽtias afferunt,ſed ea,ſine quibus qui fricatur eſſe non poteſt, inculcant, quippe quẽ neceſſe omnino eſt, in aliquo terrarũ loco eſſe, præterq; locũ, vel ęſtate,vel hyeme,vel alio anni tẽpore. Quum verò ita diſsidere dicant inter ſe frictiones , quòd aliæ cum copioſo oleo, aliæ exiguo fiãt,aut prorſus ſine oleo, idq; vel manibus tantũ , vel etiam cũ puluere, vel per lintheum,atque hoc vel aſperũ,vel lene:cauſarum planè , quibus frictio dura, mollísve efficitur , enumerationẽ faciunt. Ex quo nimirum cauſarum eſt genere , & quòd ipſe fricantiũ manus duræ, aut molles ſint:item validè premant,blandéve ſint admotæ. Tertia ſpecies,quam afferunt hi, qui multas frictionũ differẽtias autumant, inde naſcitur, quòd omnia iam dicta inter ſe per coniugationes quaſdã copulant.Qui itaque ex his,aut externas rerum circunſtãtias , aut verarũ differentiarũ cauſas inter

ſe

ſe copulant, facilè deprehēduntur parū rectè ſentire. Qui verò ex propriis, & ſynceris differētiis coniugationes nectunt, horū non adeò facilè deprehenditur error, imò nonnulli ſapientiæ quoq; laudē retulerūt, Hippocrate ipſo plus aliquid inueniſſe crediti: quorum eſt Theon gymnaſtes, qui rectiùs quàm Hippocrates ſenſiſſe de frictione eſt viſus. Nā quū is in modo cōprehenſis verbis, in ea differētia quæ ex qualitate ſpectatur mollē, & duram: in ea verò quæ ex quantitate, multam, & mediocrem collocet. Theō qualitatis quātitatíſve minimè faciendā mentionē ſeorſum cenſet, ſcribens cū alibi, tum verò in tertio gymnaſticorum hunc in modū: [De frictione præcipientes, †placet quātitates ſemper cū qualitatibus coaptandas eſſe. Per ſe nanq; imperfectiores ſunt, quàm vt aliquis ſucceſſus ex ipſis proueniat, quippe mollis frictio pro quātitatis modo, triplex opus efficit. Pauca enim leuiter carnē remittit, ac facilè contrectabilē ſiue tactu mollē reddit: multa euaporat & liquat: mediocris laxa & fluida carne implet. Simili modo dura pro quantitatis ratione, totidem numero effectus reddit. Multa nanque adhibita, contrahit, conſtringitq; corpora, & phlegmone perſimile quippiā relinquit: medio-

† *Mēdoſè legitur in Græc. cod. impreſſis ἀρκέσκει ꝑ ἀρέσκει.*

cris implet imminuta, & euidenter circumſcripta expreſſaq; carne: exigua verò in ſumma cute ruborẽ ad tẽpus excitat.]Nõ cenſet autẽ de dura per ſe & ſeorſum quicquam gymnaſtæ præcipiendũ, ſed ei quãtitatẽ adiungi debere, ſi quis paulò commodior ex artis opere ſucceſſus ſit futurus. Pari modo nec de molli, per ſe ſeorſum quicquam nũc tradendũ exiſtimat. Neq; enim adhiberi vſquam poſſe mollẽ frictionem tãtũ, & quæ nec multa, nec exigua, nec mediocris ſit. Deinde memorat quæcũq; per coniugationem in corporibus noſtris naturaliter efficiũt: vtiq; paucam cum molli remittere leuiter, & mollẽ reddere pronũtians, vbi aliud planè nihil quàm quod Hippocrates verbo ſoluere ſignificauit, aliis verbis interpretatur. Quippe laxare carnem, & mollem reddere, quid aliud eſt, quàm ſoluere quæ colligata, & coacta fuêre? Adiecit verò ſermoni, leuiter, ſiue quodam modo, non genus actionis immutans, ſed quantitatẽ eius definiens. Mollit enim quum exiguè adhibetur eiuſmodi frictio, quandoquidẽ ſi ampliùs ſit adhibita, mollit quidem & tunc; cæterùm largiùs. Quod ergo nec magnopere nec mediocriter, ſed exiguè remittit, mollitque corpora, exigua ac mollis frictio, per verbũ illud leuiter

ter

ter, quod adiecit declarat. Ne hic quidem per hoc ſaltem, his quæ Hippocrates præcipit, quicquam tradens magis amplum, æquè nec quum mediocrẽ, & mollẽ addere corpori, inquit, laxam & fluidam carnẽ. Nam quoniam mediocris idcirco carnem augebit: quoniam mollis, ſoluet, hoc eſt planè molliet: id quod tantundem eſt, ac laxam & fluidam carnẽ efficere. Erat autẽ huius officium, ſicuti de his rectè præcipit, ſic & quum de multa ſimul & molli diſputat, non id modò dicere, quod halitu digerere, ac liquare poteſt, ſed qualem etiã carnem relinquit, apponere. Non enim ritu ignis vniuerſam ſubſtantiam exhaurit liquatq;, ſed aliquid omnino relinquit. Id igitur quod relictum eſt, qualénam demum ſpecie ſit, adiectum (arbitror) ſermoni oportuit, neque tantùm multæ frictionis proprio effectu poſito, mollis opus omiſſum. Quòd igitur multa euaporat, etiam ab Hippocrate priùs dictum eſt. Verùm non abſolutè de multa Theon ſermonem inſtituit, ſed per coniugationẽ docendum eſſe cenſuit, vtiq; à prima auſpicatus, nempe exigua & molli: pòſt ſecundam aggreſſus, mollem & multam: inde tertiam memorans, mollem ſcilicet & mediocrẽ. Sicuti igitur in prima coniugatione & ter-

tia

tia, proprium qualitatis effectũ non diſsimulauit, ita nec in ſecunda ſuppreſsiſſe eũ decuit, quin hic quoque docuiſſet, multam ſimul, & mollem frictionem, non modò euaporare, ſed etiam mollem carnẽ reddere. Niſi fortè id quod liquare dixit, pro mollire audiendũ eſt: atque ita quidem verum ſit, quod dicit. Cæterùm ſic non modò Hippocratis doctrinã nõ accuſat, ſed multò maximè confirmat. Etenim ſi mollis frictio ſemper molle, tenerumq́; corpus reddit, ſiue ea exigua, ſiue multa, ſiue mediocris ſit (tum illi ex quantitate aliquid accedit diuerſum) inſeparabilis planè à molli frictione erit molliendi facultas: ſicuti à dura certè vis durandi, coquẽdi, conſtringendi, ligandi, denſandi, aut tactu duram reddendi, aut quomodocunque aliter eandem rem interpretari malis. Quippe primum & proprium nomen, ita affectæ carnis eſt duritia, vt eius, quæ diuerſæ afficitur, mollities: quanquàm etiam reliquorum, quæ dixi nominũ, quolibet, vti licet. Et rationem quidem cur tam variis nominibus vnam interpretari rem liceat paulò pòſt apponemus. Nunc quoniam controuerſa res non eſt, cauſam eius ad præſens ſaltem differamus. Quòd autem mollem frictionem neceſſariò conſequitur, vt cor-

pora molliat, id planè clarũ ex iam dictis est. Nã si nec qui multa ea, nec qui exigua, nec qui mediocri vsus fuerit, durum vnquam corpus reddiderit, perspicuũ est molliendi vim nusquam ab ea seiungi, sicuti nec à dura, colligendi & durandi. Quippe quum hunc quoq; siue paucã, siue multam, siue mediocrẽ adhibeas, nunquã quantitatis illius ratione corpus mollias, sed semper duritati plus minúsve adiicies, scilicet vberius perfricãs plus, parcius verò minus. Quòd si paucis omnino, durisq; frictionibus cõtẽtus fueris, duritia quoque proportione respondebit. Sicuti enim qui igni seadmouit, semper calefit, siue exiguo tẽpore id facit, siue diu: sed magis, qui diutius appropinquat: minus, qui breui spatio: minimè verò, qui tãtũ accessit: ita in frictione quoq; corpus semper pro ratione afficitur: à molli, emollitũ: à dura, duratũ: nõ tamẽ pari semper mẽsura, sed à pluscula, magis: à parciore, minus: à plurima, maximè: à minima, minimè. Theon ergo quum de molli, simul & copiosa frictione disputans, euaporare, liquareq; eã dixit (siquidẽ ꝑ liquare verbũ †inanire intelligit) aliud planè nihil significauerit, q̃ euaporare: quare bis idẽ dixerit: prætermiserit autem quod necessariò fuerat addendũ, nẽpe eum affe-

† Μēdosē legitur in Græc. cod. impressis.

ctu.

ctum, qui ex molli frictione in corpore relinquitur: sin mollire, soluere, remittere, aut aliud quippiã eiusmodi dicere velit, sic sanè, reliquerit quidem nihil: cæterùm ea, quæ Hippo. sunt, minus idonea docẽdi ratione explicasse deprehenditur. Quòd itaque eiusmodi docendi modus deterior sit eo, quo vsus Hippocra. est, paulò pòst ostẽdã. Quòd verò siliquare pro eo, quod est mollire, accipit, nihil his quæ Hippocrates antè prædixit, amplius prodidit, planè manifestũ est. Nã quum ille præcipiat mollẽ soluere, multam extenuare, quis non facilè colligat, qui præsertim mentis sit compos, eam, quæ ex molli multaq; pariter cõposita sit, extenuare simul ac mollire? Verùm non videtur ita sensisse Theon: sed quod in primo gymnasticorum vnico verbo extenuare dixit, id in tertio duobus extulit, nẽpe euaporare, ac liquare. Habent verò se eius verba in primo ad hunc modũ: [Contrariarum verò, mollem, quidẽ si multa sit, extenuare corpora: sin mediocris, carne implere, vtiq; delicata & fluida.] Aptè enĩ hoc loco, mollẽ simul, & multã frictionem extenuare corpora confirmat. Quòd autem necesse fuerat, non solùm multæ frictionis proprium effectum, sed etiam mollis tradere, ipse quoque Theon per ea, quæ

κινεῖν, id est mouere, pro κενοῦν, hoc est euacuare.

ſubiecit, oſtendit: in quibus quum de dura præcipit, cōſtringere multam, coarctareq́;, & phlegmone ſimile quippiam parere ait. Quippe quod moderata quantitate adhibita poſſedit, id copioſius adaucta, magis obtinuit. Omnes ergo duram mediocriter adhibitam, dura carne implere fatētur: ita vt è diuerſo, mollem mediocriter adhibitã ipſam quoq; carne implere, ſed ea molli. Accidit verò Theoni, quum de molli ſimul, & multa frictione ſermonē faceret, nullum mollis effectum prodidiſſe, rurſus quum de multa ſimul & dura, nullũ† duræ expoſuiſſe. Nam ſi liquare, inanire, & digerere, pro eodem accipit: de multa quidē aliquid dixerit, de molli planè nihil: quē admodum etiam in eo, quod de dura, multaque ſcribit, duram quidem conſtringere, liquare, & phlegmone aliquid perſimile facere affirmat, quantitatis verò planè nihil meminit: tametſi par fuerat, de hac quoque aliquid dixiſſe: nam illud confeſſus eſt, ſi mediocriter ſit adhibita, obeſitatem facere. Quid igitur efficiet multa, ſi †ſupra mediocrem ſit adhibita? prorſus enim aut illius affectũ tuebitur, aut alterabit. Sed ſi q̄dē ſeruabit, certè multa frictio ſupra mediocritatem adhibita, nihil plus adiiciet: ſin plus aliq̄d efficiet, aut minuet

† Græci codi. habent μηδὲν τ̃ πολλῆς. id eſt, nulliꝰ multæ.

† In Græ. eſt μετὰ id eſt poſt.

car

carnẽ, aut adiiciet. verũ ſi minuet, extenuabit: ſi adiiciet, carne implebit: atq; non adiicit carnẽ: extenuet ergo neceſſe eſt. Verùm Theõ de hac differẽtia nihil meminit, ſed omnino ſubticuit: minimè planè definiẽs, extenuétne dura copiosè adhibita, an carnẽ augeat, an ſeruet eundẽ, quẽ ex mediocri accepit, carnis modũ: ſed tãtùm ꝙ conſtringit, coarctatq;, & plegmone ſimile qđ faciat, confirmans. Conueniebat autẽ non hoc modo dicere, ſed etiam quòd emaciat. Apparet ergo Theonem, aut Hippocratis artem hoc loco non intellexiſſe, aut hominem laudare noluiſſe: qui tã breui ſermone omnes nõ ſolùm differentias frictionũ dixerit, ſed etiam vniuſcuiuſque opus, & vires. Nã qui tranſeunter, veluti canis Nilum, verba eius delibat, quatuor cũ duntaxat meminiſſe arbitretur. Verùm nõ ita ſe res habet: imò alias duas neceſſariò in iis, quas dixit, ſubauditas inſinuauit: in qualitatis differentia, duræ molliſq; mediã, quę nimirum mediocris eſt: in ea verò, quæ à quantitate accipitur, exiguam: quando exiguam aliquã neceſſe eſt copioſæ eſſe contrariam. Porrò antiquę interpretatiõis formula, ita eſt breuis, vt non pauca ſæpe, ipſa ſaltẽ dictione, præterire videatur, quæ tamẽ neceſſariò dicta ipſa ſequũtur. Quam-

obrem (arbitror) etiam enarratiões ſcribimus, quæ veluti præeant iis, qui parũ exercitati antiquæ dictionis celeritatẽ aſſequi nõ valent: veluti in hoc ipſo loco facimus. Si nanq; dura ligandi, mollis ſoluendi vim habet: quæ ſupra modum† ſoluta corpora ſunt, ea duriter planè fricanda ſunt, contrà, quæ cõſtricta ſunt, molliter: [quæ modicè ſe habent, nec molliter,] nec duriter, ſed quatenus fieri poteſt, vtroq; declinato extremo. Egregius verò videlicet Theõ primùm in eo fallitur, ꝙ neq; mediocris qualitate frictionis vires tradidit, neq; vſum: ſed ſemper ita præterit, tãquã nulla ſit: verùm de hoc paulò pòſt agemus. Sicuti verò in iis differentiis, quæ in qualitate ſpectantur [ex quãtitate] nõ ſolùm dura, mollisq́; conſiſtũt, ſed etiã media: ita & in iis quæ ex quãtitate ducũtur, nõ ſolùm multa, & pauca, ſed etiam media noſcitur. Cur igitur in iis, quæ ex qualitate trahũtur, mediã omiſit Hippocra. in iis quæ ex quantitate exiguã? Temere id feciſſe videri fortaſſe cuipiam poteſt: oportere enim in iis, quæ compendio tradũtur, ſummis inter ſe cõtrariis res definire: quod horũ mediũ ſit, atq; mediocre, tranſire: vtpote quod ex ſummis ipſis vltrò ſit noſcẽdum. Ipſe igitur tum hoc docere, tum ſenis ſententiã clariorem red-

† Mēdosè legitur in Græc. cod. impreßis ἐκλύεται σώματος, pro ἐκλέλυται σώματα.

dere conabor,rem planè hoc loco non neceſſariam (quũ quęſtiões id genus in enarratoriis libris ſoluere ſoleam) ſed quoniã ſemel huc deſcẽdi , vt pro Hippocrate imperitis iſtis reſpondeam,in quibus ipſi falſi, rectè præcipientem calumniãtur,nõ pigebit hoc quoq; adieciſſe. Quum igitur duo ſint toto genere inter ſe diuerſa, atque diſiuncta , ſi modò id quod facit , ab eo quod fit genere diſpeſcitur : frictiones quidẽ ex eorum numero ſunt,quæ faciunt:qui verò ab his in corpore relinquũtur affectus , ex iis quæ fiunt. Quare contrarietates quoque alias in frictionũ genere ,alias in affectuum:qui ab iis proueniũt,neceſſe eſt ſtatui.In frictionũ genere, tum durã & mollem, tum multam & paucam.In affectibus verò , & eam quæ veluti colligatio , & ſolutio corporum eſt, & gracilitatem ac craſſitudinem. Ac prior quidem affectuũ contrarietas , ex priore frictionum contrarietate naſcitur : ſecunda non item. Euenit enim in hac , vt gracilitas proueniat ex multa , carnis incrementum ex mediocri: quippe pauca augendæ carni nondum ſufficit : quòd videlicet id quod carnis incrementum accipiet , & ſanguinis moderato acceſſu,& valida virtute eget: quorũ vtrũque mediocris frictio commodè præſtat,

pauca neutrũ,nec abundè,nec ſatis. Quoniam igitur non in idem coïbant frictionum,affectionúmq; cõtrarietates, coëgit verò eum compendiaria docendi ratio,per contrarietates poſitas ſermonem abſoluere: vtiliore contrarietate accepta, minus vtilem conſultò omiſit. Porrò vtilior ea eſt,quæ in affectibus,quàm quæ in frictionibus ſpectatur:idq́ue duplici ratione aſſeritur, vna quæ ab artis fine ſumitur,(quippe frictiones ad corporis affectum, ceu finem diriguntur.finis enim iis, quæ præ ſe, ſemper eſt præſtantior: quantò nimirum id cuius gratia,iis,quę ipſius gratia fiunt.) Altera quæ à claritatis ratione accipitur. Intellectis nanque multæ,& mediocris affectibus, facillimum eſt exiguæ opus contueri:nõ perinde tamẽ mediocris frictionis perſpicua vis eſt. Quinetiam tertium hoc ipſo de frictionibus ſermone belliſsimè docuiſſe Hippocratẽ inuenias: præcedere nanque eorum doctrinam oportet, quæ liquidò peragi cernuntur: ſequi verò eorum,quæ minus liquidò,& obſcurè:idq́; ſiue de iis expreſsis verbis ſcripſeris,ſiue lectoris ea intelligenda relinquas. Eſt verò euidens, atq; in aperto mediocris frictionis opus, ipſum ſcilicet carnis incrementum:obſcurũ verò paucæ: quippe quæ nec

au

auget, nec minuit carnē, nec omnino euidens aliquid videtur efficere, nisi quòd parum calefacit. at id omnis frictionis commune opus est. Quare quum neq; euidens aliquid efficit, & quod facere videtur, proprium eius nō est, sed omnis frictionis cōmune: nō sine causa est (vt arbitror) omissa. Quòd igitur omnis frictionis calorem accendere cōmune opus sit, non satis quod ab Hippocrate prodatur, dignū præceptū est. Quid verò quæq; frictio propriū efficiat, id vt Hippocr. necesse tradere, ita nobis certè vtile erat discere. Reductis enim veluti in elemēta simplicibus differentiis, vniuersam frictionum rationem absoluit, quēadmodū carnem adiicias, quemadmodum detrahas, quēadmodum corpus mollias, quē admodū cōstringas. Cum his vnà protinus se promūt, tū media earū opera, tum ea, quæ per coniugationē faciūt. Media, quum neq; ligare corpus, nec soluere, nec carnē augere, nec minuere studemus: quæ per cōiugationem, quū, verbi gratia, pariter colligare, & carnem addere. Quis enim non videat, quum durā carnem adiicere corpori volumus, frictionem duram vnà cum mediocri modo esse petendam: veluti quum mollem addere studemus, frictionem mollem, & quātitate mediocrem

adhibendam:& per alias coniugationes ad portionē?Quas nonnulli gymnaſtarū tanquã ſua ipſorū inuenta tradentes, dū Hippocratem accuſant,ipſi vehementer delinquũt: & quòd eum qui de his primùm præcepit,merita laude fraudant:& quòd quum eius inuenta ſibi tribuãt,etiam(quod atrocius multò eſt) calumniari hominē nō dubitant. Accedit quòd nec ſimplices differētias aptè inter ſe alternãt. Decuerat enim (arbitror) eũ,qui rectè ad particulares cōplexiones deſcendere voluit,nec vniuerſas ſenario numero comprehendere, veluti Theon facit:nec aliquod eorũ propriũ vel quantitatis, vel qualitatis opus omittere: quemadmodũ in mollis ſimul, & multæ, opus mollis: in duræ ſimul & multæ, effectũ multæ prætermiſiſſe eũ oſtēdimus: ſed has quoq; adieciſſe, & particulares coniugationes nouē feciſſe. Quippe tres, quæ à qualitate frictionũ ſumũtur differentiæ,ſi eas tribus,quæ à quãtitate ducũtur, iunxeris,nouē cōiugationes effeceris: ſex quæ à Theone ſunt poſitæ in iis quæ paulò ſupra memoraui verbis: & tres, quæ ab eo ſunt prætermiſſę dũ mediã mollis,duræq́; omiſit:quanquã ne intelligere quidē neq; molle frictionem,neq; durã fas eſt,vt nō ſimul intelligatur & mediocris.Cui ſi tres quan-

tit

titatis differentias iũxiſſet, nouem ita vniuerſas frictionũ differentias effeciſſet, nõ ſex. Eas ipſe nunc in deſcriptione exponã: in qua duorum verſuum, qui supernè deorſum pinguntur, priorem, qualitatum intelligi volo: ſecundum, quantitatum.

Qualitas.	Quantitas.
Dura	Pauca Multa Mediocris
Mollis	Pauca Multa Mediocris
Mediocris	Pauca Multa Mediocris
Quantitas.	Qualitas.

Paulus Aegineta.

Multa Multa Multa	&	Vehemens Leuis Mediocris
Pauca Pauca Pauca	&	Vehemens Leuis Mediocris
Mediocris Mediocris Mediocris	&	Vehemens Leuis Mediocris

Nouem harum, quas deſcriptio cõplectitur coniugationũ, quum Theon ſex primas tradidiſſet, reliquarum triũ certè non meminit, ipſe ſecũ manifeſtiſsimè pugnãs. Si enim exiguæ, ac multæ media quædam eſt, quam mediocrem vocamus: etiã mollis, duræq́; altera certè media erit, quã mediocrem, moderatamq́; appelles. Sanè meminiſſe per omnem ſermonẽ cõuenit, hæc omnia in reſpectu collationeq́; dici, quãdo, quæ huic dura eſt, alteri pro molli ſit: & quæ mediocris, immodica: & quæ pauca, multa: & quæ alii multa eſt, aliter quodammodo affecto ſit pauca, hoc verò & Theon fatetur. Nec fieri ſanè poteſt, vt qui mediocrẽ† in quantitate frictionem præterit, non longè aberret. Ac mihi quidẽ videtur Theon inde adeò in hunc errorẽ lapſus, quòd Hippocrates de ea frictiõe ſubticuit, adeò, vt hinc deprehendatur, nihil proprium & ſuũ de frictione Theon protuliſſe, ſed perperam Hippocratis inuenta tractaſſe. Non enim à pueris ſtatim orſus, & ſub præceptore ſenis ſcripta plegit: quũ fateatur ipſe primùm athleta fuiſſe, deinde hoc exercitio depoſito, ad gymnaſticẽ ſe cõtuliſſe. Atque hæc, mediusfidius, non quò hominem vituperem appoſui, quem alioqui inter primos gymnaſtas cẽſeo, ſed

† ἐν ποιότητι est in Græ. id est qualitate.

quò

quò iſta lecturos doceam, haud facile eſſe veterum libros intelligentia conſequi, ſi deſint qui ea curioſè enarrent. Nam quòd ex priſcæ breuitatis dignitate fuerit, duræ mollisq; frictionis mediam ſilentio præterire, id anteà nobis iam dictũ eſt. Quòd autem talia à nobis pręteriri non debeant, id quoq; & oſtenſum priùs eſt, & nunc nihilo ſecius oſtendetur. Si enim tam mollis frictio, quàm dura in reſpectu collationéq; non ſolùm ſubſiſtentiam, ſed etiam intelligentiam ſui habet: etiam mediocrem in ſimili reſpectu collationéq; cõſtitui neceſſe eſt. Finge ergo tale eſſe corpus, quale propoſiti nobis in hoc libro pueri eſſe pręſum pſimus, ſanum prorſus, & omnis exceſſus medium, ita vt neque molliorem hũc effectum velimus, neque duriorem, ſed nec carnis eius modo adiectum quicquam detractúmve. Num igitur ita ſe habenti corpori, aut duram, aut mollem frictionem admouebimus, aut etiam multã, aut mediocrem? Ego planè quamlibet harum inutilem cenſeo: quippe quum à dura durius, à molli mollius, à multa gracilius, à mediocri craſsius reddetur: quorum nullo illi eſt opus, imò priſtinã potius mediocritatẽ ad vnguem ſeruari. Quare neque duriter id, neque molliter, †neq; multis frictionibus,

† Græ. codex habet οὔτε πολλαῖς οὔτε ὀλίγαις, ἀλλὰ μετρίαις ἀνατρίψεσιν αὐτὸ τρίψομεν, *id eſt, neque multis, neque paucis, ſed mediocribus frictionibus ipſum infricabimus.*

ne

neque quantitate mediocribus, sed [paucis & qualitate] mediocribus, infricabimus:] nihil vltrà moliti, quàm vt ad exercitandum pręparemus: ac rursus quum iam satis exercitatũ sit, apotherapia curemus. Vocetur autem nobis, sicuti recentioribus gymnastarum, apotherapia, ea frictionum portio, quæ post exercitationem adhibetur. Sanè Theon nullam ex iis, quas protulit, coniugationib⁹, eiusmodi corporis naturæ accõmodare potest, quum sex in vniuersum nominauit: priores tres, mollis: reliquas, duræ: & neq; mollium cuiusquam eiusmodi corpus egeat, neque durarum, sed eius quæ harũ media sit, quam scilicet mediocrem in qualitate, †dixisse par est, liquidoq; patére iam arbitror, quãtopere lapsus Theõ sit, mediã duræ mollisq; præteriens. Siquidem ad optimum statum corporis nullam harũ, quas protulit, coniugationũ, accommodare fas est, nec quũ integra planè valetudine corpus fruitur, nec etiã sicubi corrigi postulat. Quippe vbi planè valet, sola pręparatoria frictione eget: quã exiguam, ac mollis duræq; mediam esse ostẽdimus. Vbi iustò gracilius crassius've effectũ est, non tamẽ in qualitate alterata caro quicquam est, sed planè mollis ac duræ mediũ modum seruat, siquidem emaciare studemus

† In veteri Græ. codic. addit. καὶ ποσότητα. i. & quãtitate.

mus, & multam, & qualitate mediocrem adhibebimus:*ſin reficere, tum qualitatis, tum quãtitatis ratione mediocré. Has tres coniugationes vltimo loco, poſt ſex in deſcriptione expoſui hoc conſilio, vt omnes eas à Theone prætermiſſas indicarẽ. Quoniam igitur nõ ſolùm prætermiſſas ab eo, ſed etiam vtiliſsimas eaſdem prætermiſſas diſputatio noſtra docuit: deinceps tẽpeſtiuum arbitror, ad ea, quæ paulò antè diſtulimus, reuerti: ac primũ illud, quòd doctrina ea, quæ per rerũ elementa traditur, cæteris ſit vtilior: quippe quæ & ſub compendium rem omnem cogit, & memoriæ affigit, & reminiſcentiæ facilè ſuggerit, ac omnium, quæ ſingulatim agentur, rectum vſum promptè † ſuppeditat, ceu ad pauca, & certa elementa referẽs. Quis enim non facilè membratim frictionũ differentias, vſum, ac vires inueniat, ſi ſemel intellecta ſenis ſentẽtia, poſteà dictionẽ eius memoriter teneat, qua videlicet docet cõſtringere quidem frictionẽ duram, ſoluere mollem, corpus adimere multam, augere mediocrem poſſe? Ex horum nanque notitia ac memoria, primùm ſanè, quæ omiſſæ in verborum contextu ſunt, differentias inuenias: mox omnibus inter ſe complicatis, nouem coniugationes efficias, quas paulò ſup

*In veteri Græ. codic. addit. σαρκῶν δὲ τὴν ὀλίγην τε ἅμα καὶ σύμμετρον κατὰ ποιότητα. id eſt, ſi verò carnem adgenerare, paucã, ſimul & qualitate mediocrẽ. Hæc autẽ neceſſariò eſſe adiĳciẽda oſtẽdimus in noſtris annotationib⁹.

† Mẽdoſè legitur in Græc. cod. impreſſis

δεομένων, pro λεχόμενων.

supra descriptione sumus complexi, quas neque inuenisse, queque memoria tenuisse, promptum sit, nisi quam Hippocrates tradidit, elementaris doctrina præcesserit, omnium frictionũ ratione in prima principia reducta. Ex quibus prorsus inuentis, non ea modò, quæ nũc sunt inuenta, nobis suppeterent, sed etiam omnẽ corruptam doctrinã iudicandi facultas superesset. Quippe id methodi, id est (sicut veteres interpretantur) viæ & rationis propriũ maximè est, vt ex paruo elementari principio ad singula membratim peruenire possis: tum quicquid perperàm est dictũ, scientificis id theorematis, veluti regula quapiã examinans iudices. Quòd igitur neq; alius quisquam rectè de frictione sensit, neque Theõ ipse gymnastes, tametsi eruditiùs cęteris, de ea locutus, sed Hippocrates, & qui eũ sunt secuti. Satis hæc sunto. Superest ex iis, quæ ad hũc locũ distulimus, vt de nominibus ipsis disseramus: ne quis eorũ numero deceptus, pares numero affectus cũ ipsis appellationibus, existimet. Duri enim vocabulũ de quadã corporis affectione propriè dicitur, quã nec interpretari quidem quale sit, pluribus est opus, nemine vel ex voce ipsa non ad rei notitiam perducto: ad eundem modum & mollis vocabulũm. At

rari

rari & denſi vocabula non perinde euidenter ipſos corporis affectus ſignificant: propterea quòd duplex eorum nominũ vſus obſeruatur: alter eorũ, qui propriè loquũtur, alter abutentium. Ac propriè quidem rarũ accipimus, quod meatus, quos Græci *πόρους* vocant, magnos per totum obtinet: ſicuti è diuerſo, denſum, quod eoſdem paruos. At per metaphoram, ſiue abuſum, ſiue quocũque alio genere appellaſſe libet, de laxo, coactoq; hæc ipſa vocabula dici audias. Hac enim ratione, & aërem, & ignem aliquãdo raros dicimus, aquam & terram denſas, ſcilicet ad elementa ipſa tranſlatis appellationibus, quæ tamen & vnita ſunt, & ex ſimilaribus natura partibus conſtant, nec vllos eiuſmodi meatus obtinent. Multò his longius à proprietate receſſerunt illa, quæ per metaphoram ambo ſunt dicta, nempe cõſtrictum & colligatum, illud de denſo & duro: modò vtroque ſeorſum, modò in eodem, ambobus repertis: hoc rurſus de iiſdem dicimus, non tamen eadem metaphora. Nam quoniam omnia, quæ colligata ſunt, eadem ad motum impedita ſunt, ita nimirum nominarunt & quæ ob ſiccitatẽ, frigus, phlegmonẽ, ſcirrhum, tenſionem, repletionem, aut pondus, ægrè mouentur. Eandem ob cau-

ſam

ſam, & contrariis horũ nominibus in contrariis affectibus vtuntur, remitti, aut reſolui, aut laxari, dicentes. Oportet autem non nominum inſpicere numerũ, ſed affectuum genera duplicia in totũ eſſe exiſtimare: alterũ, quod in ſimilaribus ipſis obſeruatur, de quo molle, durúmve dicitur: alterum, quod in inſtrumentalibus meatuum ratione conſiſtit, quod denſum eſſe, vel rarũ dicitur. Hi nanq; corporum ipſorum proprii affectus ſunt, accerſiti verò, & (vt ita dicã) temporarii, quòd aliàs meatus ipſi ſuperuacuo humore implentur, aliàs ſunt mundi, & modò patentes, modò cõniuentes. Verùm de his affectibus in ſequentibus libris agemus. Nunc ad propoſitum redeundũ, ac primùm clariùs adhuc de frictione ipſa diſſerendum: nempe quòd hæc ipſa interdũ per ſe corporibus noſtris cõmodum affert: interdum iis, quæ commodum afferunt, ad eum ſanè modum ſubminiſtrat, quem Hippocrates de deligando tradidit, his verbis: [Deligatio partim ipſa ſanat, partim ſanantibus ſubſeruit.] Ipſius igitur frictionis effectus ſunt, & quòd rara denſat, & mollia durat, dura verò hæc eſſe omnino poſtulat. prętereà quòd dura mollit, & denſa laxat: hæc contrà mollis ſit oportet. Pari modo & quæ carnis augen-

dæ, minuendæ've causa suscepta est, vtraq; per se vtile aliquid corpori confert: quæ tamen ad exercendũ corpora præparat, item quæ post exercitationẽ adhibetur, hæ exercitationibus subseruiunt. Illa modicè calefaciendo tenues meatus recludens, & simul excrementa, quæ caro continet, fluxilia reddens, & solidas emolliens: appellant autem huiusmodi frictionem præparatoriam. Altera ἀποθεραπευτική Græcè dicitur, Latinè recuratoriam ad verbũ appelles: hæc cum plusculo oleo administrata, simul pinguitudine humectat, & solidas emollit, † & quæ in corporis meatibus continẽtur, euaporat. Verùm de hac pòst dicemus, quũ de exercitatione egerimus. Sed præparatoria frictio in optimi status natura, calfaciendi corporis causa suscepta, prout suprà traditũ est, fiat mollis primùm: mox verò exercitationẽ aggressuro dura: ita nanq; maximè & mollire poterit, & ad exercitationes excitare, & corporis naturam, qualem ab initio accepit, seruare. Quòd si quid aberratum sit, ad durum id potius spectet: Nam qui breues à modo recessus sunt, hi cute tenus finientur, nullo interiorum alterato: minus verò lædetur ipsa cutis, si ad durũ simul & dẽsum recessus, à modo sint propẽsi, quippe ita iniuriæ minus opportuna fiet.

† *In veteri Græco cod. est καὶ τὶ διαφορεῖ τῶν ἐν τοῖς πόροις περιεχομένων. i. & aliquid eorũ quæ in meatibus cõtinentur euaporat. Mendosè alij hũc locũ legunt.*

Adeò ſi tranſpiratio per huiuſmodi cutim facilis eſſet, dẽſiſsimam eam duriſsimámque efficeremus. Nunc quoniam ad vtrũque munus probè eſſe comparatam oportet, & excrementa, quæ intus cõduntur, per halitum emittẽda, & foris propinquãtium violentiam tolerandam: vtiliſsimus ſanè fuerit medius inter vtrunq; exceſſum modus. Qui ſi quando fortaſſe non ſeruabitur, melior vtique fuerit, qui ad durius, denſiusque pertinebit, quàm qui ad mollius laxiusq;. Nam tranſpirandi defectum, exercitio ſarcire licebit: alterius verò affectus vitium, quod eſt ad externorum† iniuriam opportunitas, neq; aliàs corrigi facilè poteſt, affertq; prætereà coniunctum incommodum non paruum, euaporato ſubinde non excremento modò, verùm etiã ipſius corporis nutrimento. Ergo in iis differentiis, quæ à qualitate ſumuntur, aberrare ſatius eſt verſus eam, quæ durior eſt, quàm eam, quæ mollior. In iis, quæ à quantitate ducuntur, in propoſita ſaltem natura, & ætate, ſi quid delinquitur, verſus id, quod minus eſt, id eſto. Semper enim eius in præſenti diſputatione meminiſſe oportet, augendi eiuſmodi corpus, haudquaquam ſiccandi, ſtudium eſſe propoſitum. Quas verò corporum naturas, & quomo-

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreſſis μίαν, pro βίαν.

do

do affectas, ampliùs fricandum ſit, poſteà dicemus. Nunc ad propoſitam materiam reuerſi, de menſura ipſa frictionum agamus ad eundem modum quo paulò antè de qualitate egimus. Conuenit autem hoc loco, vt prius quàm menſuram definio, alterius cuiuſdam æſtimandi mentionem faciam, ſine cuius notitia, menſuram ipſam nec definiuiſſe rectè licet, nec nouiſſe. Eſt verò quod æſtimandum cenſeo, aëris qui fricandum corpus continebit, temperies, quam vtique in re ipſa monſtrare licet: explicare oratione apertè ita, vt interpretationis † euidentiæ nihil deſit, planè non licet, ſed eſt prorſus inexplicabilis. verùm ſi non adeò multùm orationi de rei euidentia deſit, abundè fuerit. Præcedit verò hanc & alia quædam conſideratio, nempe quo anni tempore, & in quónam orbis loco exercitandū ſtatuemus. Duo enim hactenus de eo tātum definita ſunt, corporis ſtatus, & ætas. Vbínam autem aut altus hactenus fuerit, aut exercitandus nunc ſit, aut quo anni, dieíve tempore, nihil ſanè conſtitutum eſt, quanquam † pro harum certè cuiuſque ratione, mediocritas frictionis eſt varianda. Ergo ad ea quæ hactenus ſtatuta ſunt, hæc quoque definienda ſunt, vtique poteſtate inter initia operis iā tradita, non

† Mendosè legitur in Græc. cod. impreſsis ἐν λείξεως pro δείξεως.

† In Græ. codic. impreßis legitur παρὰ ταῦτα τὸ μέσον τῆς τρίψεως. Sed in veteri, πάντα ταῦτα τὸ μέτρον τῆς τρίψεως.

tamen interpretationis luce clarè explicata. Dicens enim veluti regulam quandam omnium quæ pòſt dicenda erant, poſitorum me hominē eo corporis ſtatu, de quo queri non poſsit: obiter nimirum etiam regionem hominis poteſtate definiui, quum nec optimo temperamento, nec irreprehēſibili omnino membrorum modulo corpus vllum in his regionibus, quæ à tēperamenti modo receſſerunt, gigni poſsit: ſicuti tum ratio docet, tum experientia commonſtrat. Quippe ſicci, graciles, & veluti torrefacti, in æſtuoſis tractibus homines fiūt: rurſus frigidioris plagę incolę inæquali temperamento viſuntur, vt quibus exteriora frigeant, interiora atq; in his viſcera immodicè caleant. Sanè optimum corpus, de quo nunc ſermo proponitur, veluti Polycleti regula eſt: cui in noſtro ſitu, vtpote probè temperato, nō pauca ſimilia videas. Apud Gallos verò, Scythas, Aegyptios, Arabas, ne per ſomnium quidem tale vſquam eſt vidiſſe. Noſtræ autem regionis, quæ in latitudinem non paruam extenditur, id quod in medio habetur, optimè ſanè temperatum eſt, cuiuſmodi patria Hippocratis eſt. Etenim ea tum hyeme, tum æſtate, mediocrem temperiem exhibet: vere autem, & autumno multò magis. Eiuſmodi

igitur locum quum corpori propoſito dederis: anni quoque tempus, veris medium ipſum dabis. Eſto verò, & diei in qua nobis exercitãdus primum eſt, maximè quoad fieri poteſt, ipſe meridies: quò videlicet naturalis temperamẽti eius vis ab ambiente nullo pacto mutetur. Eadem exigit ratio, vt ne domus quidem in qua exercitandus eſt, ipſo præſertim die calidior frigidiórve ſit, quàm publicus totius vrbis aër. At æſtate atque hieme, talis rel arte præparandus eſt: nempe hyeme calidior, æſtate frigidior: quò videlicet exacta temperie corpus frictionis tempore fruatur, quando ſi iuſto calidior: frigidiórve domus fuerit, in calidiore illico ſudabit: in frigidiore neque calefiet prorſus nec mollietur vnquã, nec floridum ruborem oſtendet, nec in tumorem attolletur. Sunt nanque duo hæc rubor & tumor in aëris tẽperie, & corporis ſtatu temperato, mediæ frictionis notę. Veluti enim ſi calidam infundas, primùm quidem corpus intumeſcit: ſi largius infundas, decumbit: ideóque & Hippocrates de iis aiebat: Primùm quidem attollitur, deinde fit gracile: ita frictio quoq; attollit quidem primùm, poſteà contrahit, ac molem deponit. His ergo qui carnis augendæ cauſa fricantur, tunc planè finiẽda frictio eſt,

quum corpus† & intumuit, & ad summum ferè tumorẽ peruenit. Qui autẽ ad exercitandum iam præparantur, his minimè id tempus expectandũ, sed longè prius desistendum à frictione est: potissimum quum optimi temperamenti sunt, & ætate adhuc pueri: horum nãq; tum humidum corpus est, tũ tenerũ, ac paucis frictionibus mollescens. Præparatoriæ verò frictionis meta finisq̃; est, vt solidæ partes molliantur, humidæ soluãtur, corporis exigui meatus laxẽtur. Quis frictionum esse debeat numerus, definire sanè oratione non est: cæterũ qui his perficitur, harum rerum peritus: hic primò quidẽ die minus exacta exquisitáq; coniectura vtetur: sequenti verò die, vbi iam experientiã aliquam adolescẽtis est adeptus, magis exactam certámque habebit. Quinetiam de exercitatione ipsa, primo certè die mẽsuram ad vnguem definire non potest: sequentibus deinceps omnino potest. Sunto igitur hîc quoq; notæ: Primò quidem die quum adhortãti incitantiq; ad exercitandũ non perinde obsequitur, sed segniores, & minus tum frequentes, tum decentes, ac (vt semel dicam) minus valentes, tum colluctatoris sui apprehensus, tum motus obit. Porrò expedit neq; paulò animosiorem esse qui exerci-

† Hic locus ĩ Græ. codi. impressis est diminutus, deest enim hîc εἰς ὄγκον ἀρθὲν. & paulò pòst pro οὐχὶ legendum est ἄχρι, & addendum est ἀνατρίψεσι. vt legitur in veteri codic.

ta

tatur, vt laſsis iam viribus, etiam exercitari aueat: neque ignauum, qui integris adhuc viribus, laborem tamen detrectet. Eſt verò profectò talis non corpore modò, ſed etiam animo, quem nunc educandũ ſuſcepimus: quandoquidem quibus frigidus ſuccus in ventre, aut in toto corporis habitu collectus eſt, ii ſegniores ad motionẽ ſunt. Pari modo & qui plethorici, id eſt, qui ſuccis æquabiliter ſe habentibus nimiũ abundant: & quos recens frigus afflixit, hi & ignaui ſunt, & ad mouendũ pigri. Iã his etiam magis ita ſunt affecti, quicunq; natura frigidiores ſunt: ſicut etiam his ipſis longè magis, quorum frigiditati etiam humor eſt adiunctus. Hi nanque quantitatis exercitandi notas corrumpunt: ſicuti è diuerſo qui calidiori temperamẽto ſunt, ſiue id propriæ naturæ ſponte eueniat, ſiue ab accerſito quopiam affectu: hi & animoſi ſunt, & certaminis auidi, & ad actionem plus quàm expedit prompti. At quibus nec corpus calidius, frigidiúsve eſt, nec animus omnino iacens, ac demiſſus, ac contentionis, gloriǽ ve præcupidus, & ad actionem præceps: iis modi exercitationum indicia integra manent, illæſaq; ſeruantur, & primo ſtatim die, & multò magis procedente tempore. Si enim quid

inter initia ſuffugit: id experiētia ipſa edoctum, ad exactam notitiam perueniet. Nō aliter & cibi modus ad certā coniecturam perducitur: qui tamē ab initio definiri nullo pacto poteſt: verū quotidiana experientia, cum recordatione quātitatis, tum cibi, tum exercitationū, eo etiā qui huic præficitur, nihil non ſolicitè obſeruāte, ſed ſemper vt tantum ciborum poſt tantā exercitationem concoxit, recordante propemodū ad exactam ſciētiam intellectum tempore perducit. Hæc igitur omnia etiam deficiētibus ab optimo ſtatibus cōmunia ſunt: de quibus agere nondum ſtatuimus. Ceterum optima natura, quæ hîc nobis eſt propoſita, menſuras omnium manifeſtas obtinet: vt quæ nec animi moribus, nec corporis intemperie, dictorum quicquā obturbet, immutétve, ſed frictionis, exercitationis, ciborū, ac ſomni menſuras apertè indicet, ac tum primū quodlibet horū reſpuat, quū eius vltra nō egeat. Quare fuerit hoc quoque ei, qui tali corpori præficitur, non minus modi index: Dico autē ipſam ad ſingula quæ agi debent alacritatem, †ceu materia, ipſa nimirum in optimo corporis ſtatu modum ſibimet præſcribente. Etenim qui optima natura ſunt, & iam ad exercitationem frictione præparantur, tum demū ad

† αὐτῆς τῆς φύσεως id eſt, naturæ ipſius, legitur in Græco.

exer

exercitandũ prodibunt, quũ toto iã corpore abundè emolliti excalefactiq; ſunt. Exercitãdo quoq; tum primũ grauatiùs mouebuntur, quum ſatis [exercitati iam fuerint. Iam à cibo]tum primũ abſiſtent, quũ ſatis ſe impleuerint. Quare nullus in hoc homine metus eſt,ne quãdo aut iuſtò plus laboret,aut iuſtò plus cibis ſe ingurgitet,ſi naturæ ſuæ impetus ſequatur, quo fit, vt neq; prorſus peritiſsimũ ſibi præfici is poſtulet: ſicuti omnes (de quibus poſteà ſermo erit) deterioris notæ homines. Quippe ſanum corpus ipſum ſibi ipſi omnia inuenit proprio naturæ ſuæ impetu directum: maximè ſi in iis quæ ad animũ pertinent, rectè ſit educatũ. Nam multi in malis moribus à pueris educati in deſidia,& intẽperantia viuentes,bonitatem naturæ corrumpunt:ſicuti cõtrà, nõnulli vitioſam corporis naturã ſortiti,temperãtia vitæ,& appoſitis exercitiis, naturæ vitia mutarunt in melius. Sed de horũ quidem [ſiue exercitationibus,]ſiue etiam operibus, ſequens liber totus componitur. De iis qui optimo corporis ſtatu ſunt, & qui ſanitatis tutori auſcultabũt, in hoc libro agere ſtatuimus: ac præcedens quidem de his ſermo ad exercitationũ menſurã vſque eſt progreſſus: ſupereſt ergo, vt de generibus eius diſſe-

ramus. Genera exercitationũ voco, luctã, pancration, pugilatum, cursum, & alia id genus: quorũ alia tãtũ exercitationes sunt, alia non exercitationes solũ, sed etiam opera. Exercitationes sunt tum hæc ipsa quæ dicta modò sunt, tũ præter hæc, quæ Græcè dicũtur πιτυλίζειν, τὸ ἐκπλεθρίζειν, τὸ σκιομαχεῖν, τὸ ἀκροχειρίζεσθαι: [atq; hæc mox descriptione exponẽtur.] Prætereà saltus, disci iactus, tum coryco, folle, pila, vel parua, vel magna, vel per alteres corpus fatigare. Exercitia simul, & opera sunt quum fodit quis, quum remigat, quum arat, quum vites putat, quum onus gestat, quum metit, quũ equitat, quũ armatus pugnat, quum iter facit, quum venatur, quũ piscatur, quum alia quæcunque homines, vel opifices, vel non opifices, in vita vsus causa exercent, facit: seu domos ædificent, seu naues, seu ferrariam, ærariámve factitent, seu aratra pangant, seu tale aliquid pacis, bellíve instrumentum fabricẽt. Horũ autem plerisq; est quando veluti pro exercitatione tantũ vtare. Quippe triplex in vniuersum ipsorum vsus est, quum interim operis tantũ causa vsurpentur, interim meditationis, sed quæ ad vsum futuri sit operis, interim pro exercitatione tantum. Quippe ipse aliquãdo hyeme deprehẽsus in agro, tum ligna findere,

Hæc non sunt in Græco.

dere, tum hordeum in pila contundere, ac deglubere, exercendi corporis cauſa ſum coactus. Quæ nimirum agreſtes quotidie pro opere faciebant. De horum igitur ceu operum vſu, in ſequentibus, ceu exercitiorum, nunc tractabimus. Nullũ nãq; id genus exercitiũ aut perpetuũ diẽ obitur, aut alio tẽpore, quàm ante cibũ. Seruari verò tum modũ exercitationum in his oportet, tum vocatã apotherapian. Quòd ſi etiam idonea frictione vſus, ad ea quis accedet, iam omnes exercitationis numeros impleuerit. De iis igitur omnibus ſcientem eſſe conuenit eum, qui ſanitatis tuendæ officio vtetur, quem ὑγιεινὸν Græcè vocant. Licet enim eum (vt antè dictum eſt) aut ſic Græcè, aut gymnaſten, aut medicũ voces: prima tamen appellatio maximè propria eſt, reliquæ per abuſum. Nã ſi artifex quiſque, ab arte quã tractat deflexum ſortitur nomen, patet eũ qui ὑγίειαν, id eſt, ſanitatem tuendã profitetur, meritò ὑγιεινὸν, appellandum: ita nimirũ vt qui γυμνασίοις, id eſt exercitationi tantũ præeſt, gymnaſten: & qui morbis medetur, medicũ. Quòd ſi quis hunc ipſum vel gymnaſtẽ, vel medicũ pro ὑγιεινῷ appellaſſe volet, tum à parte totũ, tũ verò nec propriè nominabit, ſed abuſiuè, vel ambiguè, vel quomodocunq; aliter

dix

dixiſſe velis, appellationem faciet. Huius rei cauſa eſt, quòd quũ vna ſit ars, quæ corpori tuendo præſideat, vnicũ ei proprium nomen inditum non eſt. De quibus omnibus vberius ſingulari libro egimus, quem Thraſybulũ inſcripſimus. Ac genera quidem exercitationum ſunt ea quæ diximus: qualitas verò, ſeu differentia (nam & hanc quoq; vtroq; modo appellare licet) velocitasq́;, tarditasq́; mouendi ſunt: prætereà quòd aliud robuſtum, aliud (vt ita dicam) imbecillum eſt: adhæc vehemẽtia, & lenitas. Vtendi verò rationes, omnium prædictorum generũ, vnà cum differentiis propriis huiuſmodi ſunt. Nam aut perpetuus motus eſt, aut interciſus: & ſi perpetuus, æquabilis, aut inæquabilis: ſin interciſus, aut certo ordine, aut citra ordinem. Hæ igitur vtendi rationes ab ipſo negotio capiuntur. Quæ verò ab his, quæ extrinſecus ſunt poſita, ducuntur, eiuſmodi ſunt: quòd aut ſub dio exercitatio fit, aut ſub tecto, aut in miſta vmbra, quã ὑποσυμμιγῆ Græci vocant. Itemq́; quòd aut calens locus eſt, aut frigidus, aut media tẽperie: prætereà aut planè ſiccus, aut humidus, aut medio modo attẽperatus. Similiter illæ quoq; vtẽdarum exercitationum rationes quædam ſunt, quòd cum puluere exiguo, multóve

vſurpentur. Itẽ quòd cũ oleo exiguo, multóve, aut etiam ſine vtroq; adminiſtrẽtur. Quoniam ergo enumerata à nobis vniuerſa ſunt, quorum peritũ eſſe oportet qui ſanitatẽ tuendã profitetur: ad ipſa nunc exercitationũ genera non intempeſtiuè redibimus: ac primum docebimus, tum quid omnibus ſit cõmune, tum quid ſingulis proprium: hinc frictionis ipſius tempora definiemus. Ergo omnis exercitationis cõmune illud eſt, quòd animali ipſi ex ipſa caloris augmentum excitatur. Quippe calefiunt corpora noſtra & balneis, & calidarum aquarũ lauacris, & quum per calidiores tẽpeſtates inſolamur, & quum igni fouemur, & quũ calidis medicamentis perfricamur. Cæterũ ab externo eſt omnis eiuſmodi calor aſcitus, nec de proprio principio, ſed aliundè accenſus auctusq; : exercitando verò, inſiti caloris augmẽtũ animalibus ex ipſorũ corporibus excitatur. Atq; iis omniũ exercitationũ cõmunis effectus eſt, proprius tamẽ earum effectus non eſt. Si modò & iratis, & perturbatis, & pudore affectis, naturalis etiã calor augetur: quanquam ira† haudquaquam auctus, ſed veluti feruor eſt caloris in corde. Itaq; etiã eſſentiam eius, vel probatiſsimi philoſophorum talẽ eſſe affirmant: quippe acceſſorium iræ

† *In Græ. codic. impreſsis legitur* ὀδα

eſt,

μῶς αὔξη-σις, sed in veteri, οὐδ᾽ ἁπλῶς αὔξησις τοῦ simpliciter auctio.

est, nõ eius essentia, vltionis appetẽtia. Verecundis autẽ augetur insitus calor, dũ primũ intrò se recipit vniuersus: deinde postquàm in alto corporis est collectus, & ex ipso inibi congestu, & ex assiduo motu, incrementũ capit. Non enim quiescit pudore affectorum spiritus, sed tum ab interno, tum circa se, vnà cum toto sanguine variè circumagitur, ita planè, vt spiritus eorum, qui perturbantur. Dicetur autẽ in progressu latius de omnibus eiusmodi animi affectibus. Ad præsens enim propterea quòd commune symptωma, tum hos ipsos affectus, tum exercitationes excipit: dũ omnis exercitii cõmunẽ esse natiui caloris auctũ ostenderem, idque de interno & à se, non tamen solis exercitationibus inesse, sed pariter dictis modò affectibus: coactus sum obiter & de his meminisse. Iam singulas exercitationũ seorsum persequi tẽpestiuũ videtur, illo præsertim priùs significato, quòd in his quoque complures differentię inueniantur. Quippe interim aliã partem aliud alio magis exercitiũ fatigat: & quædã lentè motis fiunt, quædam ocyssimè agitatis, & quædam robore, ac nixu adhibitis, quædã sine his: ad hæc quædã cum robore pariter & celeritate, quædam languidé. Ac quod violenter quidem sine velocitate ex-

ercetur, εὔτονον, id eſt valens, voco: quod violenter & cum celeritate, σφοδρὸν, id eſt, vehemens. Violenter autē robuſtéve dicere, nihil referat. Fodere ergo, valens robuſtaq́; exercitatio eſt. Simili modo & ſi quis quatuor ſimul equos habenis coërceat, impensè robuſta exercitatio eſt, non tamen celeris. Tū ſi quis maximo onere ſublato, aut eodē loco maneat, aut paululum procedat. Iam accliuis inābulatio, huius quoque generis eſt. Attolluntur enim eo motus genere, & veluti onus ſuſtinentur ab iis, quæ primùm mouētur, reliqua corporis mēbra vniuerſa. Prætereà ſi quis per funem manibus apprehenſum ſcādat: ſicuti in palæſtra pueros exercēt, qui eos ad robur præparāt. Quinetiam ſi quis fune arrepto, aut etiam pertica, ſublimis ex ea pendeat, ac diu teneat, robuſtum is validumq́; laborē exercet, citra tamen celeritatem. Ita verò & ſi quis manibus in pugnum reductis, iiſdem prolatis, vel in altum ſublatis, diutiſsimè eodem habitu conſiſtat. Quòd ſi adhibitum quempiam deducere ſibi manus iubeat, nec tamen ipſe remittat, vel impēſius hic tum muſculos omnes, tum neruos ad robur cōparat, vt quorū maximè propria ſunt, omnia id genus exercitia. Idq́ue multo certè magis fiet, ſi qs ſummis manibus

† Locum hunc alij deprauarunt. in Græco est ἑκατέρα κατὰ μόνας.

**ἁλτῆρες.*

†vtraq; ſeorſum, apprehēſo pōdere (cuiuſmodi ſunt qui in palęſtra*alteres dicũtur) porrectis his, aut in ſublime erectis eodem habitu perſiſtat. Iã ſi etiã cuipiã iuſſeris vt te violenter detrahat inflectatq́;, dum ipſe nō manibus modò, verũetiam cruribus ſpinaq́; conſtans, inflexuſq́; reſiſtas, non leuẽ ad mẽbrorũ robur exercitationẽ obieris. Sanè hoc genere Milonẽ ipſum exercitaſſe ſe ferunt, dum aliâs conuellere ſe, mouereq́; de loco volẽti permitteret (verũ hæc crurum maximè exercitatio fuerit) aliâs, vtiq; ſi manus exercitandas curabat, pugnũ aperire iuberet. Idẽ (vt aiũt) malũ punicũ, aut tale quippiã manibus cõplexus, auferẽdũ cuiuis præbebat. Hæc igitur exercitia, maximi roboris tum oſtẽſtationẽ, tũ exercitationẽ cõtinẽt. Robur autẽ partiũ, tum exercet, tum verò firmat, & ſi quis alterum complexus mediũ, aut etiã ipſe medio cõprehenſus, manibus, digitiſque pectinatim iunctis, aut quẽ complectitur abſoluere ſe iubeat, aut ipſe ſe à complectẽte ſoluat. Ita etiã & ſi quis alterũ, qui verſus ipſum ſe inclinet, à latere aggreſſus, ilia manibus complexus, ceu onus aliquod ſublatum inuicẽ protendat, reducatq́;, ac magis ſi dum geſtat, ipſe nutu renutuque corporis vtatur: ſic nanq; ſpinam vniuerſam ad robur cõ-

par

parauerit. Aequè verò qui pectoribus ex aduerso innixi, magno se conatu inuicem retrudunt. Etiam qui à ceruicibus pendentes, deorsum trahunt, ad robur præparant. Cęterùm talia omnia exerceri citra palæstram, aut copiosum puluerẽ queunt, quocunque conculcato loco, erectis, ac stantibus. Quæ verò luctantes inter se moliuntur, quum robori augendo studẽt, hæc aut puluerem altũ, aut palæstram desiderant. Ea sunt eiusmodi, quum vterq; luctantium ambobus cruribus alterũ alterius crus cõplectitur, deinde manibus inter se collatis, altera ceruici violẽter incumbat, vtiq; quæ è regione impediti cruris est, altera brachio. Licebit & circa summũ caput manibus iniectis, violenter retrorsum se agat ac reuellat. Eiusmodi lucta vtriusq; luctatoris robur † exercet, quẽadmodũ & ea, quę altero alterum cruribus cingente, vel ambo per ambo mittẽte, fiunt: nã hæc quoq; vtrũq; ad robur præparant. *Infinitę aliæ eiusmodi robustæ exercitationes in palæstra sunt, quorũ nimirũ omnium peritiam vsumque pedotriba callet. Ipse sanè sic à gymnaste diuersus, vt à medico coquus: quod ipsum quoq; ad perpẽsionẽ æstimationenq; se offert. At dictũ quidẽ iã de hoc est in eo libro q Thrasybulus inscribitur:

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impressis, ἀρνεῖ, pro ἀσκεῖ sicuti & paullò infrà.
* Κυρίαι pro μυρίαι.

cęterùm dicemus & nūc quod satis ad præsentē sit disputationē: verùm si prius exercitationū varietates absoluero, quarū quæ robustæ sunt, quasq́; eutonus græci vocāt, dictæ iam sunt. Superest vt de iis dicamus, quæ celeritate peragūtur, citraq́; robur, & violentiā. Id genus sunt cursus, & †vmbratilis armorū meditatio, & quum duo summis manibus cōcertant ἀκροχειρισμὸς græci vocāt, tum quæ per corycū, & pilam exercitatio fit, vtiq; quū à distantibus, & currētibus administratur. Eius generis est & qđ ἐκπλεθρίζειν græci dicūt, & quod πιτυλίζειν. Est autē ἐκπλεθρίζειν quum in plethro, id est in sexta parte stadii quis prorsum retrorsumq́; vicissim, idq́; sæpe in vtranq; partē sine flexu cursitans, vnoquoque cursu breue quiddam de spatio demit, quoad denique in vnico gressu constiterit. πιτυλίζειν verò, si quis summis pedibus ingrediēs, tēsas in sublime manus, hanc antrorsum, illā retrorsum celerrimè moueat. Hoc verò exercitamento maximè ante parietē stantes vti solent: quò si quando aberrent, facilè pariete apprehenso erigātur: sed si exercitatorum, vt error magis latet, ita exercitiū ipsum fit imbecillius. Celeres verò motus sunt, citra tamen violentiam, & qui in palæstra eduntur circumuolutis humi nobis

†Σκιαμαχία.

bis,vel ſolis, vel cũ aliis. Licet autẽ & erectis,tũ circumactis,ac velociter propè aſtãtem mutantibus,celerẽ exercitationẽ peragere.Poteſt & ſolis cruribus,idq́; erectus, ac vno loco cõſiſtẽs celeriter exerceri:ſubinde quidẽ retro tantũ reſiliens,interim verò crurũ vtrunq; vicibus referẽs. Quin & per manus exercitatione celeri tantũdẽ valẽte, vti datur,idq́; citra vllos alteres, vtiq; ſi frequẽtię,celeritatiq́; motus earũ,impẽſe incũbas,ſiue has in pugnum ductas,ſiue explicatas mauis. At eiuſmodi q̃dẽ celeris exercitatio eſt, in quibus dixi ſpeciebus cõprehẽſa.Reliquũ eſt vt ad vehemẽtẽ veniamus.Ea verò ſicuti prædictũ iã eſt,ex robuſta celeriq; cõpoſita eſt, quãdo quas robuſtas diximus , iis omnibus vt vehemẽtibus vti licet,motus modò celeritatem adiicias. Nõ in poſtremis verò vehemẽtes hæ ſunt, fodere,diſcũ mittere,ſaltare, idq́; cõtinuato ſine intermiſsione opere. ſimiliter graue quoduis telum iaculari,continuatis ſibi quàm maximè iactibus,aut graui armatura tectũ,celeriter agitari:& qui aliquo quidẽ taliũ exercentur , intermittere paululũ ſolent. Atque hoc loco inter aſsiduam interpolatamq́ue exercitationem, differentiam noſcas licet. Quas enim modò retulimus, vniuerſæ morula interpoſita magis

vſurpari ſolẽt, ac potiſsimùm quæ labores operaq; ſunt,nedum exercitia,vt foſsio, & remigatio. Quæ verò remiſsiores exercitationes ſunt, eæ ſine interpoſita quiete magis fiunt,veluti continuatus diu curſus: quem Græci dolichon vocãt, & iter facere.Hæc igitur omnia exercitationũ genera ſunt,quæ & modò dictas differẽtias habent, & ſupra has quòd alia lũbos magis, quàm brachia curáve exercẽt, alia ſpinam totam,aut pulmonẽ tantùm,aut thoracem tãtùm. Quippe itatio curſusq;,crurũ exercitatiões ſunt:acrochiriſmi & ſciamachiæ, brachiorum ac manuũ propria. Lumborũ autem,aſsiduè ſe inclinare,ac rurſus reuocare,idq; aut pondus aliquod à terra tollẽtẽ,aut aſsiduè in manibus ſubſtinẽtẽ. Sunt & qui depoſitis ante ſe alteribus, vlnæ interuallo diſtãtibus,poſteà medii ipſi ſtãtes inclinant ſe atq; attollũt, dextera quidem eũ,qui ad ſiniſtrã, iacet:ſiniſtra,qui ad dextram : tũ rurſum vtrunq; in ſuũ locũ referũt,atq; hoc identidẽ deinceps faciãt, iiſdẽ veſtigiis inſiſtẽtes.Hic verò motus trãſuerſas ſpinæ partes magis exercet,ſicuti prior ille rectas.Thoracis verò & pulmonis,maximę reſpirationes proprię exercitationes ſunt. Maxima verò vox, ſupra iam dicta, vocis quoque inſtrumenta omnia permo-

uet

uet,quorũ,enumeratio in iis, quæ de voce edidimus,habetur. Quoniã autẽ huc producti ſumus,nõ alienũ ſit de omnibus animalis partibus tradere, & quæ motus euidẽtes, & quæ leues & obſcuros obtineant, quæ rurſus à ſe moueantur,quæq́; ab aliis. Quippe eiuſmodi diſcretio, non paruam cõmoditatem gymnaſtæ afferet ad omnia animalis mẽbra mouẽda,aliâs à ſe,& propria virtute,aliâs ab aliis, & per alienam. Quæcũq; enim volũtate ſuſcipiũtur actiones,eæ muſculorũ neruorũq́;, & quos aliqui tendones, Græci τένοντας vocant, propriæ ſunt. Eædẽ tamen ſi maiore vi, & celeritate fiunt, primùm quidem & maximè dictas iam partes,ex accidenti verò,etiam arterias exercent,cum prędictis verò oſſa, venæ,carnęs,ligamẽta, & cæteræ oẽs animalis partes vnà mouẽtur. Reliquorũ verò motuũ,qui in animaliũ corporibus noſcũtur, quicunq; nõ cõmuni voluntate ſuſcipiũtur,ſed vel naturales ſunt,vel ꝑ animi affectibus eduntur, duplices hi genere ſunt:alij enim cordis & arteriarũ,alij venarũ & iecinoris actiões ſunt:atq; horũ quidẽ primũ & maximè,ſecũdo loco reliquarũ omniũ partiũ, quãdoquidẽ quatuor naturalibus facultatibus, oẽs gubernãtur. Ac arteriarũ quidẽ,cordiſq́; motus nunquam

† In Græ. codi. anti. addit. καὶ ἀμυδρότητα id est, exilitatẽ.

* In Græ. codic. impressis deest αἰτία.

ſanè omnino intermittitur: cæterùm magnitudine, paruitate, velocitate, tarditate, & vehementia † variè intẽditur atq; remittitur: idq; multis ex cauſis, quas oẽs in opuſculo quod de pulſuũ cauſis cõſcripſimus, perconſui: nũc ſumma tantùm capita delibaſſe ſat erit. Vna igitur mutandi pulſus* cauſa eſt, naturalis caloris auctio, diminutióque: Altera cauſa eſt, quæ ex animalis ſpiritus mutata quãtitate ſpectatur. Tertia quæ ex firmitate infirmitatéq; naturalis virtutis accipitur. Quarta, quæ ex inſtrumenti ipſius malo affectu ęſtimatur. Verũ de hac diſſerere nõ eſt huius loci. Iam eñ ægrotet animal neceſſe eſt in eiuſmodi affectibus, quũ reliquę oẽs pulſus mutationes, etiã in ſanis ſpectẽtur. Quæ igitur ex aucto, diminutóq; naturali calore mutatio oritur, ea pro anni tpe, nutrimẽto, potione, balneo, frictiõe, ſomno, & vigilia, itẽq; animi affectibus, & actiõibus volũtate ſuſceptis, incidit. Quæ verò ex aĩalis ſpiritus alteratione naſcitur, ea pro motus q volũtate cõſilióq; initur (καθ᾽ ὁρμὴν Gręcè vocãt) differentiis variatur. Quæ ex viriũ firmitate, infirmitatéq; oritur, pro ſubſtãtiæ ipſius cordis, & arteriarũ bono cõtrarióve tẽperamẽto cõtingit. Porrò venarũ opus, vnà cũ aliis inſtrumẽtis vniuerſis, quæcũq; natura ad ali-

mẽti diſpenſationẽ excogitauit, pro cibo potioneq́;, tũ verò pro diſtributiõis in corpus, & cõcoctionis, & nutricationis ratiõe variatur: huius verò mutationis, arteriæ quoq; participes ſunt. Qui verò motus, actiones nõ ſunt, horũ triplex diuerſitas intelligitur. Alii nãq; animantibus ex ſeipſis inſunt, alii extrinſecus adueniũt: alios medicamẽta proritãt. Et ex ſe quidẽ animalibus inſunt ii quos antè memoraui: extrinſecus verò accedũt, ꝗ nauigando, equitãdo, aut geſtando, ſiue vehiculo ſiue lectulo pẽdẽte, ſiue cunis agitatis præſtãtur, ſiue per nutricum vlnas, vt infantibus: extrinſecus prętereà aduenientiũ, & frictio ſit. Nõnulli tamẽ motus miſti planè ſunt, veluti eꝗtatio. Non enim vt in vehiculis, præſertim in quibus ſtratus ꝗeſcas, ita etiã quũ equo inſideas accidit, vt à geſtãte tantùm agiteris, ipſe nihil agas, quin ſpinã erectã ſuſtinere, tum vtriſq; feminibus equi coſtis firmiter hærere, & crura extendere oportet, etiã antè ꝓſpicere, in quo nõ modò viſus, ſed etiã collũ laborat. Præcipuè tamẽ viſcera hoc genere agitãtur. porrò ea ſaliẽtibus quoq; æquè dimouẽtur: verũ iis ꝗ vehiculo geſtãtur nõ æqué. Quare ſi quis viſcera quæ ſub ſepto ſunt, mouere violẽtius velit: & prædictos labores adeat, & prætereà ad

frictionẽ,quæ per circũiectam faſciam adminiſtratur,accedat. Statuatur autẽ oportet,is qui fricat à tergo, qui modò in dextram, modò in ſiniſtrã manus iniiciat, acclinãte, apprimentéq; has ipſas partes ipſo qui fricatur.Sanè cõcutiũt nõnihil ea,quæ ſub ſepto viſcera ſunt,& maximæ tũ reſpirationes,tum voces,pari modo efflatus, & qui per ſe fiũt,& qui cũ cohibito,compreſſoq́; ſpiritu tum in tibiarum ſono, tũ voce adhibẽtur.Iam ipſa ſpiritus cohibitio , exercitatio quædam muſculorum eſt,nõ minus certè eorũ,qui in abdomine,quàm qui in thorace inſunt.Verùm de hac pòſt agetur vtpote quæ ſupra alia quæ modò retulimus cõmoda, etiã aliã gratiã non leuem præſtat: cuius nimirũ cauſa ad finẽ exercitationis eã adhibemus.Verùm ad propoſitum redeũdũ, nempe quòd nõ pauci ex iis motibus , qui partibus animaliũ accedunt, nec partium ipſarũ actiones ſunt,nec earũ actiones ſequuntur, ſed ab aliis, & per alia perficiũtur:veluti in vehẽtibus,nauigantibus,perfricãdis, purgãdisq́; per medicamẽta,tũ vomitoria,tũ aluũ ducẽtia,fit.Verùm eiuſmodi motus, huius de tuenda ſanitate artis nõ eſt.Reliqui oẽs,& potiſsimùm ii q ex frictiõe fiũt,in primis neceſſarij cognitu huius artis præſidi ſunt : quippe ad cuius

profeſsionẽ ſpectat omniũ motuum vires nouiſſe: ſicuti (reor) ad opifices ipſos ſpectat ſingulos particulares motus noſſe. Hi nãq; varietatẽ quæ in materia eſt, norunt: gymnaſtes virtutis ſingulorum ſciẽtiã habet. Etenim ſi quis me iubeat, vt hoplòmachicos, id eſt armorũ meditationis motus, vel aliũ doceã, vel ipſe concinnè peragã: ſanè vnum quemlibet eorũ obire commodè nequeã. At ſi cui me hoplomachicorũ quũ agit, adhibeas: non modò quã vim obtineat actionum quælibet, ſed etiã quã maximè partẽ exercitet, omnibus illis certius norim: imò verò (ſi verũ ingenuè fateri oportet) hoplomachicus nullius earũ vim reddat. Qui exercitationum artẽ probè callet, is omnes nouerit, ſingulas ad certos referẽs fines. Nãq; aut violentæ quædã ſunt, grauéſq; ac robuſtæ, aut leues, celeres, & cõcitatæ, aut pariter violentæ & celeres. Has igitur obiter dũ agi cõſpicit, ſtatim viſas facilè dignoſcit: atq; hoc ãplius, quæ'nã crura, brachia, vel thoracẽ actio exerceat: quæ lumbos, caput, ſpinam, vel ventrem, quæ demũ aliam quamuis partem egregiè præter cætera fatiget. Hoplomachicus eñ aptè numeroſeque motus peraget celeres fortaſſe, robuſtos, ac graues: cæterùm ꝗ denſent aut emaciẽt eiuſmodi motus, pa-

rum nouerit. pari modo nec quòd carnem augent, & rarefaciũt, motus tardi. Iam idẽ robuſtè ſimul & tardè, & grauiter mouebitur, nec tamen ꝙ iſtiuſmodi motibus corpori robur & grauitatẽ acquirit, intelligit. Aurigãdi quoq; peritus, omnes motus particulares numeroſè apteq́;, & ad vſum cõmodiſsimè explicabit: ſed qui horum corpus emacient, aut carne impleãt, robuſtũ, vegetum, molle, durum, denſum, rarúmve efficiant, omnino ignorat. Ita & qui pila exercere inſtituit (*σφαιριστικὴν* vocãt) omnẽ pilæ iactum, exceptumq́; callet: minimè tamen quẽ corpori affectum hi †comparẽt, nouit. Pædotriba quoq; quicquid in palæſtra motuũ geritur, pernouit: quid quiſque motus efficere queat, ignorat. Et (vt ſemel dicã) omnes homines, artifices iuxtà inertesq́;, quos corpore motus exercent, eorũ ignorant vires, ſaltatores, nautę, fabri tum materiarii, tũ ferrarii, piſcatores, agricolę, ædificatores, ſutores, omnes denique qui quiduis moliũtur. At gymnaſtes ex iis quę antè retuli principiis, cuiuſuis actionis, etiã eius quam nũc primùm, nec antè conſpexit, vim tenebit: veluti ſtatim ſaltantium præuegeti motus, in quibus nimirũ quàm maximè ſaliũt, ac celerrimè circũacti vertuntur, & genu prius poſito mox emicant,

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreßis περιπονεῖ pro περιποιεῖ.

&

&c crura tum attrahunt, tũ maximè diuaricãt,& ſummatim,in quibus ocyſsimè mouentur,gracile,muſculoſum,durũ,compactum, præterea vegetum corpus reddunt. At remiſsi,tardi, & languidi motus,nõ ſolùm nõ eiuſmodi corpus, quale nunc diximus,faciũt: ſed contrà,ſi natura muſculoſum & vegetũ ſit, diuerſam omnino affectionẽ inducunt. Quod igitur mox diximus pędotribã ita eſſe gymnaſtę miniſtrũ, vt medici coquũ:id nũc quoq; oſtẽſum eſt. Quippe coquus betã, lẽtẽ,aut ptiſanã alias alia ratione præparat, nec tamẽ quod præparauit, quam vim obtineat intelligit, aut quænam præparandi ratio cẽſenda ſit optima. At medicus nihil horum,ita vt coquus parare eſt potis: verũ quicquid præparatũ ſit,eius vires probè callet. Ergo gymnaſtes propoſiti nobis adoleſcentis,vtiq; qui optimũ corporis ſtatũ eſt ſortitus, omniũ quidẽ exercitationũ vires pernouit,deligit verò ex omni genere quod moderatũ mediũque inter vtrũq; exceſſum eſt. Nã neq; celeris,tardæ've exercitationis optimus ſtatus eget,ſed planè mediocris ac medię,nec rurſus violentę,& vehemẽtis, nec remiſſæ & languidæ:imò in his quoq; mediocre optimũ eſt:quando nõ alterare,ſed planè ſeruare optimũ corporis ſtatũ cõuenit. Siue

igi

igitur armis eiuſmodi adoleſcentē exercitare gymnaſtes velit, peritiſsimo † totius meditationis armorũ aſcito, eum omnes ſibi promere actiones iubebit, mox ipſe eliget, ac diſcernet imperabitq; quibus earũ ſæpe, quibus rarò, quibus mediocriter, quibus aut nunquã, aut ſemper exercitari eum velit. Quippe quem latére nõ poteſt, quæ quodq; mẽbrũ exercitatio magis agitet, qúæve cuiuſq; exercitationis qualitas, facultásve ſit. Siue folli, piláve exercitare ſtudet, hic quoq; rurſus tũ genus, tũ qualitatẽ, tũ modũ actionis inueniet, ipſo follis pílæve perito, pro miniſtro adhibito, quò illi omnẽ eius generis actionũ materiã indicet. Nã ipſius propriæ cuiuſq; artis materiæ gymnaſtes, quà gymnaſtes, omnino eſt ignarus, verũ vbi ſemel inſpexit, nõ ſolùm qualitatem, ſed etiã vim eius protinus intelligit. Quãplurimos eñ ipſi, ex iis quibus imbecilliores quædã corporis particulæ erãt, vnde crebris in his vrgebãtur morbis, vnius gymnaſticæ ope reſtituim⁹: *neque tamẽ oẽs propriis exercitatiõibus, ſed ſiue qs ſaltator erat, ſiue hoplomachicus, ſiue pancratiaſtes, ſiue luctator, ſiue alio quouis gñe exercitatus, iuſſo eo magiſterij ſui motus corã ꝓmere: mox appoſitiſsimis vnà cũ tpe, & modo delectis. Verùm de

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. Ald. ὑπομαχικῶν, pro ὁπλομαχικῶν.

*In Græ. codic. impreſ. legitur ὀυκ ἅπαντας, ſed in veteri habetur οὐκ ἀπαγαγόντες, id eſt, nõ eos abducẽtes à, & ita videtur omnino legẽdum.

de correctione id genus, procedēte tractatu agemus: ea scilicet operis parte, in qua de vitiosis corporū statibus disceptabitur. Nūc optimè cōparato corpori, suū statum tueri proposuimus. Porrò huic ex omni genere mediocritas adhibēda est, frictione, exercitatione, balneo, cibo, somno, ita vt nec durior illi, nec mollior habitus corporis reddatur. Quippe hic ab extrinsecus imminētibus facilè offenditur: ille corporis inhibet auctū. Prætereà nec densior, ne videlicet in carne excremētorū aliqd hæreat: nec rarior, ne quod est salubre, effluat. Simili modo, siquidē optimo habitu erat, nec solito gracilior, nec crassior: quū cōstat gracilitatē externis iniuriis, crassitudinē iis quę internè ab ipso corpore proueniunt, esse obnoxiā. Pari modo neq; calidius, frigidius, siccius, vel humidius efficere eiusmodi corpus expedit, siquidē inculpato tēperamēto erat. Vnū igitur est quod in ita se habēte corpore est spectādū, nēpe in omni tuēdæ sanitatis materia, quod cōueniens mediocreq; est, porrò id est inter vtrūq; excessum, planè mediū. Quēadmodū autē huius maximè sis cōpos, supra iam dictū est. Cæterùm de iis quæ maximè necessaria sunt, vel sæpius meminisse non sit profectò inutile. Prima ergo dies crassiorē

con

coniecturam præbebit:ſecũda verò,tertia, quarta,& reliquarũ quælibet, pro ratione magis exactã:quippe in prima die,omnia tibi pro dictis iam ſcopis ſunt peragenda. Exuat ſe,ſicut Aegimius pręcepit,vbi in lotio iã perfecta concoctio cernitur:mox frictionis ratio huc ſpectet, vt mebra molliãtur. Docebit id, tum floridus color,qui in ſumma cute reſidebit: tum artuũ flexibilitas,habilitasq; ad omnem motũ. Poſt hæc exercitetur,dũ & corpus intumeſcit, & color illi floridus apparet, & motus prõptè, æquabiliter,& concinnè edit.Inter hæc verò ſudorẽ cũ calido vapore miſtũ cernes. Inhibẽda verò exercitatio tum primũ eſt, quũ aliquod horũ fuerit mutatũ. Quippe ſi cõtractior paulò corporis moles videbitur,deſiſtendũ illico eſt: ſi enim vltrà quid pergat, etiã boni ſucci nonnihil educetur: atq; ita tũ gracilius corpus fiet,tũ aridius, atq; ad incrementũ minus habile. Non minus profecto etſi coloris gratia vaneſcat, ceſſandum eſt:quãdo ſi exercitationẽ continues frigidũ corpus efficies, & nimiùm exhauries.Iam motuũ alacritas,æquabilitas vel concinnitas, ſi remitti quippiã collabiq; cernitur, vtiq; ſtatim deſinere cõueniet.Itidem ſi in ſudore accidat vlla qualitatis eius,quãtitatíſve mutatio: quippe quẽ

&

& copiosum magis, & magis incalentẽ edi par est, prout motibus vehemẽtiæ plus accesserit. Quũ igitur is aut minor intelligitur, aut frigidior, tum scias digeri, exhauririq; corpus: preterea refrigerari†ac siccari plus iusto. Quo magis solicitè attendẽdum exercitãdo corpori est, vt quum dictarum iam notarũ quælibet apparet, protinus cesset. Nec lauatũ tamen protinus*ablegandum est, sed summã exercitationis intẽtionẽ, quã ἀκμὴν græcè vocãt, remittere, sistereq; iubebitur. Quod si illa cohibendo anhelitu implere velit, perfundi oleo, atque apotherapia vti, deinceps debebit. Porrò ea cuiusmodi res sit, simul qui sint in ea scopi & quæ mensura, preterea quibus absoluatur tum motibus, tũ frictionibus, sequenti libro monstrabitur. Præsentẽ enim vtpote satis verborum habentem, iam commodè videor finiturus, si modò illud vnum adiecero: lauacrum quod omnino medio tẽperamẽto sit, ad propositã ætatem naturámque esse eligendũ. Propositum nãq; est (si rectè meminimus) tertium à natiuitate septẽniũ, id est quod inter quartũdecimum ac vnũ & vigesimũ annos interuenit. Quo vtique frigida lauari adolescentem adhuc nolim, ne incremento eius, cui plurimùm est consulendum, sit in mora. Vbi verò iustam

†In veteri Græco cod. addi. καὶ ἐκλύεται. i. & resolui.

* In Græ. codic. impressis legitur ἀπολάβειν sed in veteri ἀπολύειν.

ſtam magnitudinẽ impleuit, etiã de frigida lauatione aliquid diſpiciemus. Simili ratione, & de exercitationibus, quæ in puluere obeũtur, exquiſitiùs in ſequẽti ſermone agemus. In pręſenti, illud nouiſſe ſatis erit, ne puluere quidẽ huic opus eſſe: modò illi in qua exercitabitur domus, ad eũ modũ, quẽ inter initia præcepimus, præparata ſit. Verũ ſi calidior ſit, tum puluere vtendũ, at eo ſi vtetur, omnino erit lauãdum, ſin non vtetur, liceat & illotũ dimittere, pręſertim hyeme. Poſt hęc verò, & quę ad cibum, potionẽ, ſomnũ, ambulationẽq; pertinẽt, cõiectanda huic ſunt, qui adoleſcẽti præficitur, & in ſequẽtibus à nobis dicẽtur. Verùm fieri non poteſt, vt modi horũ primo ſaltẽ die, ratio illi exacta cõſtet, ſecũdo, vbi exploratũ habuerit, quomodo, poſt, quot exercitationes nutritus adoleſcẽs ſit, ſi ꝓpriũ naturæ habitus prorſus ſeruare viderit, eodẽ ſeruato modo, tum nutriet adoleſcẽtẽ, tũ exercitabit. Sin non ſeruauerit: quacũq; ratione à priſtino habitu eſt lapſus, reducere eũ mutata mẽſura tentabit: itaq; facere † nõ deſiſtet, quoad in ſingulis peragendis exactũ modũ definierit. Quot verò, & qui ſint præter naturã lapſus, ac quẽadmodum quẽlibet tum agnoſcere, tum reparare cõueniat, in ſequenti opere docebitur.

† In Græ. codic. impreßis, nõ, negatiua non legitur, ſed in altero veteri cod. habetur, in altero legitur nõ τότε, id eſt, tunc, ſed τούτου. i. ab hoc.

CLAV



CLAVDII GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER TERTIVS, THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

Quæ in tertio libro de tuenda sanitate habentur.

De ea frictionis parte, quę post exercitationes adhibetur, à Græcis apotherapia appellata.

De balneis calidis.

De balneis frigidis.

De laßitudinibus quæ post exercitationes accidunt.

De constrictione.

De exercitationibus post venerem.

De vigiliis & tristitia.

De frictionibus quæ manè & vesperi administrantur.



EDICORVM, GYMNAstarumq́;, qui de sanitate tuenda prodiderunt, alii omnium hominum communia præcepta

tradiderunt, nihil vſquam cogitantes de corporum noſtrorum per ſpecies differentia: aliis diſsidere inter ſe corpora noſtra non paruo diſcrimine placuit: eorum tamen differentias, ceu comprehendi planè vniuerſæ nequeant, conſultò omiſerunt. Pauci omnino qui per ſpecies, & genera diſcernere ſunt aggreſsi, plura perperam quàm rectè ſcripſerunt. Nos primo ſtatim volumine, quot numero ſpecies humanorum corporum ſint indicauimus, promiſimusque ſingulis propria tuendæ ſanitatis præcepta ſeorſum tradituros. Orſi autem ſumus ab eo corporis ſtatu, in quo queri de vllo naturæ vitio non poſsit. Quoniam autem is homo negotiorum interdum occaſione, vel ſponte, vel inuitus, pro ſecundæ valetudinis præceptis viuere prohibetur: ſatius viſum eſt primùm eum liberum, ſuæque planè ſpontis, ac vni corporis valetudini vacantem proponere. Ac quemadmodum quidem educari eiuſmodi hominem conueniat, primo libro docuimus, ad quartumdecimum vſq; annum curam eius perſecuti. Secundo qua ratione ad virilem ætatem duci debeat, indicauimus: vbi longior ſermo incidit, poſtquàm in communia artis capita deuenit, ſine quibus ne de

pro

proposita quidem ætate, naturáque exactè differere licebit. Omnes enim tum frictionis, tum exercitationis differentias enumerauimus: non me herclè particulares (nisi sicubi has exempli causa, non necessitatis referre ex vsu fuit) sed quæ genere ac specie sunt distinctæ. Ergo in frictionibus quidem quam mollis duráque, & ante has mediocris facultatem obtineant, interpretati sumus. Adiecimus & differentias, quæ à quantitate sumuntur, numero tres: mox quæ ex coniugatione harum oriuntur, omnes in totum numero nouem, etiam potestate singularum exposita. In exercitationibus verò enarratis, quæ'nam acuta velóxque vocetur, quæ'nam hebes tardáque, ac quæ harum mediæ, primæque natura saltem sint: itemque quæ valens ac mollis, prætereà grauis leuísque, quæque harum sint †mediæ, simili modo tractatis: docuimus optimum corporis statum per omnia quæ mediocria conuenientiáque sunt, quæque eadem media planè excessuum sunt, agi debere: idq́; tum in frictione, tum exercitatione, tum balneo, tum alimento, omnibus deniq́, quæ salubrem victus rationem cõplent: pollicitiq; sumus sicuti de frictione exercitationéq; fecimus, vbi in genera

† Mèdosè legitur in Græc. cod. impressis ἄμεσα pro μέσα, vt est in veteri.

*In Græc. codicibus impreßis legitur δηλώσαντες γὰρ εἰς ὅσον ἐπιτείνειν τε καὶ παραύξειν χρὴ τὰ γυμνάσια καὶ τὸ τέλος, ὡς ἐν ὑγιείας λόγῳ, ἀπολυθεῖν ἔφαμεν αὐτοῖς τὴν καλουμένην ἀποθεραπείαν. id eſt, quum enim declaremus quouſq; intẽdere augereq́; exercitationem, & finẽ oporteat, quod ad ſanitatis rationem pertinet, diximus eam, quæ apotherapia appellatur, ſequi debere: ſed in veteri codice legitur non καὶ τὸ τέλος, ſed πρὸς τὸ τέλειον vt legatur nõ [exercitationem & finem] ſed [exercitationem ad ſummum & abſolutum] Et hæc omnino eſt melior lectio. Vide noſtras annotationes.

quædam cõmunia ſpeculationẽ reuocauimus, quò ſimul recordatu facilis, ſimul certa ratione, viáque tradita doctrina eſſet: ita & in reliquis omnibus facturos: ac primùm quidem de ea, quam apotherapiam vocant, acturos: quandoquidem ea proximo loco tractanda in ſuperioribus eſt propoſita. *Quippe vbi quouſque intendere, augeréque exercitationem oporteat, quod ad ſanitatis rationem pertinet, præcipimus: finem quoque ſequi debere diximus apotherapiam] de qua nunc agamus. Eſt igitur primùm ea genere duplex, altera quidem exercitationis, ceu pars, altera eius, ceu ſpecies, ac de ea quidem, quæ ceu ſpecies cenſetur, pòſt dicemus: de ea verò quæ vt pars habetur, nunc agendum. Omnis exercitationis probè peractæ poſtrema pars apotherapia dicitur.

†In Græc. codicibus impreßis legitur κοινὸς μὲν ὁ πρότερος λόγος τῷ γυμνασίῳ, *sed locus videtur cùm mendosus tum diminutus. Ita enim legitur in veteri:* κοινὸς μὲν ὢν ὁ πρότερος σκοπὸς ὅλῳ τῷ γυμνασίῳ τῶν ἀθλητῶν τε καὶ τῶν ὅσων ἔργον ἀναγκαῖον ἐν τῷ βίῳ διὰ πραττομένων οἷον ἤ τι σκαπτόντων. *hoc est, prior igitur scopus cõmunis est vniuersæ exercitationi, seu athletarũ seu eorum qui quodcunq; opus vitæ neceßariũ exercent, sicuti vel etiã fodientium.*

Ea duplici consilio suscipitur, & vt excrementa expurget, & vt corpus á lassitudine tutum reddat. †prior causa etiam exercitationi cõmunis est: si quidẽ & illius duplex quoque esse propositũ diximus, & vt solidas animalis partes firmet, & excrementa expurget. Proprius tamẽ apotherapiæ scopus est, vt lassitudinem quæ succedere immodico exercitio solet, submoueat atque prohibeat. At athletis quidem [& aliis qui opere corpus fatigant,] sicuti qui vel fodiunt, vel iter agunt, vel remigant, vel tale quippiam opus vitæ necessarium obeunt, præstò lassitudines adsunt, nisi apotherapia deuitentur. Verùm de quo hoc loco agimus, optimè cõparatum corpus, quod ab omni seruitute est liberum, & vni sanitati vacat, raró lassitudine tentatur. Sicuti enim athletæ, quos labor maximus exercet, nullo alio exercitandi genere obnoxij *lassitudini sunt, præterquam eò, quod ab ipsis † absolutum dicitur: ita nec qui vitam degunt liberam, & qui tantùm valetudinis

**Mẽdosè legitur in Aldi. codi.* τόπον *pro* κόπον.
† τέλειον.

tuendæ gratia exercitantur, vſquam laſſabuntur: propterea quòd huiuſmodi exercitium adire nulla neceſsitate coguntur. Athletis enim neceſſe eſt, quò videlicet ad immodicos in certaminibus labores, etiam totum diem aliquando continuatos præparato iam corpore ſint, abſolutiſsimum illum exercitiũ (ipſi κατασκευὴν vocant) aliquando obeãt. Verùm qui tantùm tuendæ bonæ valetudinis cauſa exercitãtur, iis nec neceſſum, nec vtile planè eſt immodicos labores adire. Itaque his nullus inſtat laſsitudinis metus: nihilo ſecius tamẽ iidẽ apotherapia vtentur, etſi nullo laſsitudinis timore, at certè excremẽtorũ purgandi cauſa, cui ex† pleniore (vt Græci loquũtur) mẽſura, etiam laſsitudinis ſecuritas accedit. Nam & ſi ipſe exercitationis modus his eſt à laſsitudine quã maximè alienus, actionisq; omnis ratio planè citra violentiã: fieri tamen aliquando poteſt, vt gymnaſten in vtroque paulum quid ſubterfugiat, quod neglectum, ſi non magnã, certè leuẽ exercitato laſsitudinem concitet. Cæterùm nõ conuenit qui ſibi viuat, & vni corporis ſanitati vacet, vt vel minimũ lædatur vſquã. Tutiſsimum itaq; ſit, apotherapia ſemper vti: quæ qualis adhibẽda ſit, ipſa finium ad quos tẽdimus, demonſtrabit natura. Nam

† ἐπιμέτρου.

quo

quoniam id petimus, vt ſolidarũ animalis partium excrementa, quæcunq; excalefacta, extenuataq; per exercitationem in corpore adhuc manent, prorſus eiiciantur: & frictiones quæ per alios adminiſtrentur, adhiberi oportebit, & cum his vnà, tum ipſarum quæ fricãtur partiũ tentionẽ, tum etiam ſpiritus cohibitionẽ. At quoniã nec frictionum vnica ratio eſt, nec ſpiritus cohibendi: deligendum ex vtroq; genere eſt, quod vtiliſsimum eſt. Atq; ex frictionibus quidẽ quæ dura eſt, cogere corpora, hoc eſt dẽſiora ſimul durioraq; reddere traditum iam eſt. Itaq; hæc ad res propoſitas parum eſt accõmoda, ſiquidem quod denſatur, intra ſe cludit: quod laxũ fit, liberũ excremẽtis exitũ præbet. Ad eundẽ modũ quod durat: iis quæ tenſa ſunt maximè eſt aduerſum, vt quod eorũ affectũ magis adauget: cõtrà quod mollit, id eſt vtiliſsimũ. Si igitur ſimul & excremẽta digeri, & quæ tenſa ſunt molliri cõuenit, duræ certè frictiones omnino ſunt fugiendæ, nec his minus à lẽtis cauẽdũ arbitror. Nã poſtquã à ſe corpus nõ amplius dimouetur, periculũ eſt ne frigeſcat ac denſeſcat, dum nulla ope externa calefit. Hac igitur de cauſa, nõ ſolũ cũ celeritate eſt fricandũ, ſed etiã quoad fieri põt, plurium manibus, quò nulla corporis pars

nuda maneat. At ſi nec tardam eſſe frictionem oportet, nec durã: oleum nimirum fricãdo corpori largiter circũfundi debebit: id enim ad velocitatem ſimul & mollitiẽ frictionis multũ conducet: & alioqui aliud ſecum non mediocre cõmodũ affert: quando & quæ tenſa ſunt remittit, & quæ inter vehementius laborãdũ fatigata ſunt, emollit. Atq; his quidẽ de cauſis dura vitãda eſt frictio, ob alias verò mollis: quippe ea nec altè demittitur, ſed circa cutem ipſam, & ei vicinas carnes deficit: nec ea, quæ in anguſtis meatibus contenta excrementa ſunt, elidit. Cuius profectò cauſa, tum ipſam fricandarum partium tentionẽ, tum ſpiritus cohibitionẽ iniũgimus. Media igitur mollis, duræque, quæ eadem mediocris eſt, ab vtriuſque incommodo abeſſe videtur, & mollis inefficacia, & duræ violẽta noxiaq;. Ea verò perficietur fricãtis quidem manibus valenter iniectis, ita vt earum impreſſio ad duram frictionem proximè accedat: cæterùm pinguitudinis copia, & velocitate mouendi eatenus remiſsis, vt planè euadat mediocris. Nã & pinguitudo ipſa valentioris*contractionis non leue præſidium eſt, & breuitas ipſa contactus tantũ demit de violentia, quantum etiam de tẽpore. Porrò tendendas obiter, dum fricãtur, partes cen-

* ἐπιβωλῆς legitur ĩ Græco, id eſt, manuum iniectionis, quod paulò ſuprà dixit χειρῶν ἐρρωμένως ἐπιβαλλομένων, id

ſe

ſemus, quò quicquid inter cutẽ & ſubiectã carnem excremẽtorum reſidet, per cutem expellatur: quippe ambabus his laxis, non magis foras, quàm intrò ferri excrementa continget. Diſtentis verò iis quæ ſub cute ſunt, omnia foras eliduntur, ceu gemina manu expreſſa: vna foris, eius vtiq; qui fricat: altera intus, ipſis ſcilicet, quæ tenduntur particulis, manus vicem ſupplentibus. Ac propter hæc quidẽ, non exigua portio apotherapiæ eſt ſpiritus cohibitio. Appellant verò ita, vbi omnibus thoracis muſculis, qui circa coſtas habẽtur, intentis coactisq́; expirationẽ cõtinemus. Accidit nãq; obiter, vt ſpiritus qui à coſtis premitur, dum efflari per exitum arteriæ (λάρυγγα Græci vocant) prohibetur, vniuerſus peſſum ad trãſuerſum ſeptũ (quod Græcè dicitur διάφραγμα) detur, atq; vt cũ hoc quæ ipſi ſubſunt omnia ſimul attollantur, iecur, lienis, ventriculus, & quædam alia. Oportebit autem interim muſculos quoq; qui in abdomine ſunt (ἐπιγάστριον Græci appellãt) leuiter contrahi, vt ab his vnà cum ſcepto, ceu gemina manu preſsis quæ interſunt partibus, excrementum, ſi quod intra ſe habent, foras elidant. Porrò mediæ inter hæc partes continentur, iecur, lienis, ventriculus, craſsi ac tenuis inteſtini partes, quæ promi-

eſt, manibus valenter iniectis: fuit autem, vt puto, typographi lapſus, qui pro contrectationis ita deſcripſerit, quod alij non animaduerterunt, ſicuti neque alio in loco in fine huius libri, vbi in Græc. legitur βλάβαις pro λάβαις.

 nent.

nent. Loca verò ad excipienda quæ expelluntur excrementa patēt, tum ventris tota capacitas, tum iſthic conſiſtentiū inteſtinorum cōcauitas. Si verò feriari planè abdominis muſculos patieris, nullius prædictorum excremēta vacuabis: quæ verò in thorace ac pulmonibus habentur, ea deorſum transferes. Expedit verò huc potius tranſferantur, quàm in illis maneāt: tanto profectò magis quanto etiā eorū quæ in ventre, quàm quæ in pulmonibus, & pectore continentur, promptior exitus patet. Hæc enim (nempe quæ in ventre & inteſtinis ſunt) vel euomuntur facilè, vel excernuntur: illa, cū conatu & vi per tuſſes, eiiciuntur. Verū ſi quis perinde vt ſeptū, ita abdominis quoque muſculos, anhelitus cohibitione intendat, exquiſitiùs planè expurgabit ea, quæ ſub ſepto ſunt viſcera: non trāſferetur tamen quicquā à ſpiritus inſtrumētis ad ea, quæ nutrimento ſunt delegata: ſed totū in ipſo thorace, & pulmonibus excrementū manebit. Quare cohibitionem anhelitus id genus nunc non probo: multoq; minus ſi quis omnino non diſtēto ſepto, validè ac vehementer cōtrahat muſculos abdominis: quando ita neceſſe eſt venas omnes, parteſq;, quę circa collum ſunt, flatu ac ſanguine impleri: excremēta verò

ſurſum atq; ad caput, non deorſum, & ad vẽtrẽ ferri. Intueri enim id tũ in iis qui tibias inflant licet, tum qui maxim ã acutiſsimamq́; vocẽ edũt: ſiquidẽ his collũ omne dilatari, faciẽ verò intumeſcere, & caput validiſsimè impleri videas: propterea quòd in hoc opere, qui in abdomine muſculi ſunt, tẽduntur, diaphragmate his cedente. Eſt enim quicquid eiuſmodi operis eſt (veluti in iis demõſtratũ eſt quæ de voce edidimus) miſtũ ac compoſitũ eſt maxima reſpiratione & ſpiritus cohibitione: vtique quũ ſimul omnis ſpiritus efflatur, maximo nimirũ facto expiratu, idq́; quum validiſsima muſculorũ, tum qui coſtis inſidẽt, tum qui in abdomine ſunt, tenſione. Quũ ſpiritus cohibetur, eadẽ vtrorũq; muſculorũ facta tenſione, nullo tamẽ ſpiritu elabi permiſſo. In iis qui tibia ſonãt, aut acutã vocẽ edunt muſculis pari modo tẽſis: ſpiritu tamen nec penitus cohibito, nec toto ſimul emiſſo, ſed mediã rationẽ ſeruante. Ita nimirũ fit, vt triũ operũ cõmunis ſit muſculorũ tẽſio: propria verò in totius ſimul ſpiritus efflatu, velox eius foras expulſio: in anhelitu cohibendo, ipſa eius retentio: in tibiarũ opere & voce, mediocris emiſsio. Cauſa verò triplicis † huiuſce operis, * in exitu arteriæ eſt] quippe q in totius ſimul ſpir

† *In veteri additur* διαφορᾶς *id eſt, differentiæ.*

* *In Græco eſt ὁ φάρυγξ, id eſt pharynx eſt, ſeu ipſius arteriæ caput.*

ſpiritus efflatu, latiſsimè ſe pandit: in ſpiritus cohibitione prorſus clauditur: in iis qui tibia ſonant, aut qui voce acuta ſimul & magna vtũtur, mediũ quẽdã habitũ ſeruat. Ac de his quidẽ poſthac aliquãdo agere neceſſe erit, in iis quibus de vociferatione agemus. Cæterũ ſpiritus cohibitio quæ ad apotherapian eſt [maximè] idonea, [iecur, lienem] & ventriculum, attollit: tenſis qui in thorace ſunt muſculis vniuerſis, remiſsis qui ſunt in ſepto & abdomine: ita nanq; deorſum ferentur excrementa. Secundo autẽ loco habenda eſt, quæ mediocriter eos qui in abdomine ſunt, muſculos tendit, quò videlicet ea quæ ſub ſepto ſunt viſcera, apotherapiæ fructum ſentiãt. His ipſis de cauſis etiam faſciarũ, quæ ἅμματα Græci vocant, circumactus fieri cõueniet: quos fricantes ipſi quũ à tergo fricandorũ cõſtiterint, circa totum ventrem adhibent: [quum ex aduerſo ſe collocarint, ceruicibus:] alias verò coſtis, & ſpinæ, & pectori accõmodãt: idq; conuerſo pariter cum his quodãmodo eo, qui fricatur. Circa lumbos verò ſimilis faſciarum circũiectio circumactióq; fiet, tendẽte ſe ad ſingulas eo, qui fricatur, non tamẽ cum omnibus pariter ſe reuertẽte: quum neq; continuos motus, nec vehemẽtes cõtingere ei ex apothe

Locus ex Græco ſic erat vertendus. Alias verò quũ ex aduerſo ſe collocarint ceruicibus circa dorſum circũuolutiones efficiunt, duabus manibus circunducentes.

rapia conueniat, ſed certè aliquos, & quibus ex interuallo frictiones ſint interpoſitæ. Quæ nanque & continuæ & vehementes ſunt illæ, exercitationis, quam præparatoriam vocant, ſunt propriæ: quæ verò nec continuæ, nec vehementes, apotherapiæ. Itaq; cõcertatatorẽ ſubinde [cõplectatur,] ſubinde repellat, ſæpe etiam hoc ipſo tempore mutet, ſæpe ipſe à tergo gymnaſtæ incumbens, ac crurũ vtrunq; per vices ipſi circumplectens, idq́ue cum tẽſione aliqua haudquaquam vrgente, ab aliis qui cõmodò contrectent, fricetur. Hac enim vel maximè ratione, & calorem, qui exercitando eſt adauctus, ſeruauerit: & ſimul excrementa propriis ipſis, tum tenſionibus, tum motibus eiecerit. Ad quòd ſanè opus ſpiritus quoq; cohibitio, non parum mihi conducere videtur: quippe qui vndique*compulſus, in anguſtos ſe recipere meatus cogitur, eoſq́; ſi amplius truſus propulſusq́; fuerit, etiam penitus tranſire, atq; extenuati iam excremẽti ſecũ nonnihil arripere. Ad hunc ſanè modũ exilia inſtrumẽtorum foramina, vehementiore ſpiritus inflatu expurgantis opifices videas. Nam quãtũ is vltrà per vim coactus impellitur, tãtum ab ipſo quædam impelluntur, quædam trahuntur, totamq́; viam peregiſſe properant. Et trudun

[*In Græco legitur* ἐν᾽ἀνειλέσθω, *id eſt, reuoluatur, & ita vertit vetus interpres.*

* *Mendosè legitur in Græc. cod. impreßis* ἐνθούμενοι, *pro* ὠθούμενον.

duntur quidem, quæ antè occurrunt: attrahũtur quæ ad latus ſunt poſita, impetu ipſo motus vtraq; acta. Quinetiam inter ipſam exercitationem, ſpiritus cohibitionẽ interponunt optimi gymnaſtæ atq; etia quam ſupra cõprehendimus, ipſam, quæ apotherapiæ debetur frictionẽ ſimul hominem, quũ laſsitudo incipit, recreantes, ſimul cutis meatus paulatim expurgãtes, quò videlicet perſpicabile ſimul, purũq; corpus ad ſubſequentes labores ſit: quum alioqui verendum ſit, ne, ſi nihil tale gymnaſta prouiderit, obſtruat potius prædictos meatus, quàm expurget: propterea quòd vehemẽtiſsimi materiæ impetus, diuerſis temporibus, ac rationibus cõtrarios edere effectus poſſunt. obſtruere quidem, quũ craſſum ſimul, ac multum fuerit, quod confertim ac præceps agitur. purgare, cũ exiguũ tenueq; eſt, nec præpropere, nec violenter cogitur ſimul omne expelli. Apparet enim ita accidere in omnibus, tũ externis inſtrumentis, tum verò calathorũ plexibus, quippe eluitur, extergeturq; ex his omne ſuperuacuũ, non quum egredientibus adhuc paulatim prioribus, alia violenter à tergo irruũt (verendũ enim interim eſt, ne quæ in tranſitu ſunt impacta innixaq; inuicẽ viã obſtruãt) ſed cum prioribus, [vel iam exeuntibus,]

vel

vel planè vacuatis, alia postmodum vacuãtur. Et quid de exiguis meatibus miremur, quum etiã è theatris multitudo quæ cõfertim egredi conatur, in exitu hæret? Ob hæc itaq; qui etiã in mediis laboribus apotherapia vtuntur, gymnastas laudo, potissimumq; in his quos † grauia (quę vocãt) certamina exercent: verùm de his posteá. Qui autem nũc nobis propositus iuuenis est, in hoc nõ athleticum habitũ, sed ad sanitatem tuendã consilia diriguntur, quo minus aut multis exercitationibus, aut coacta comestione est opus, aut etiam suillæ carnis copia aut pane id genus, quo graues athletæ vtuntur. Atq; his omnibus de causis timẽdum huic non est, ne exiles eius meatus obstruantur, si modò probè est præparatus, scilicet idonea frictione ac laboribus, qui ex paruis paulatim crescant. Graui verò athletæ nisi omnia probè administrentur, ob ciborũ tum qualitatẽ, tum quantitatem, verendũ in exercitationibus est, ne obstruantur potius, quàm expurgentur meatus. At de apotherapia quidem abundè mihi dictũ iam est, deinceps ad balnea veniamus, illud † modò de propositis præfati, quòd si quis hæc paucioribus interpretabitur, is meritò prolixitatẽ sermonis nostri accuset: verùm si quis aut necessarium

† Mendosè legitur in codi. Ald. καρεῖς pro βαρεῖς.

† Mendosè legitur in cod. Ald. οὔ pro ἔτι id est, adhuc, vt legitur in veteri.

aliq

aliquod theorema, aut quæ id confirment euidentes demonſtrationes præteriẽs breuitate ſe vſum putat, hunc non tam de tali breuitate ſibi placere, quàm certè pudore affici par eſt. Ego verò etſi iuſtũ volumen ſcribere de apotherapia potuiſſem, tamen id faciendum non cenſui, vt qui longitudinem huius operis contrahere maximè ſtudui. Si enim ad ea refellenda, quæ perperã à pleriſque ſunt ſcripta, me conuertere voluiſſem, nec paruã, nec certè leuem materiam longioris ſermonis habuiſſem: verũ arbitror, ex iis quæ demõſtraui, ſatis me ſeminum dediſſe iis, qui ſaltẽ non planè hebetes ſunt, eiuſmodi omnia refellẽdi. Quũ enim dicat Aſclepiades ſpiritus cohibitionẽ caput opplere, ex iis, quæ ipſe paulò antè definiui, quũ differentias eius traderem, poteſt qui volet hominis ſententiã refellere. Similiter in ſecundo quoque volumine, licuit etiam mihi omnibus exercitationibus ſingulatim percenſitis, librũ producere: ſicuti quum alii nonnulli fecerunt, tum qui belliſsimè totam materiã eſt executus Theon Alexandrinus: is enim quatuor libros nõ alia de re, quàm de particularibus exercitiis ſcripſit. Quæ & mihi dixiſſe licuit, vt qui tũ melius quàm ille interpretari potuerim, tum verò aliorum meminiſſe

non

non paucorũ, quæ sunt operis exercitationum cõmunia. Is enim quũ illud sibi proposuisset, vt quemadmodũ athletæ maximè exercitarẽtur, doceret, in his multũ verborum absumpsit. Potest autem qui volet, & de iis, quas singulæ artes præstant, exercitationibus disserere: atque hæc quidem iis, qui longitudinem operis parum æquo animo ferunt, dicta sint. Nunc de balneis agere tẽpestiuum videtur. ac primùm quidem de aquis dulcibus calefactis, vt quorum crebrior sit vsus: mox de frigidis, postremò de iis quas spontè natas appellant: quarum aliæ media temperiæ, aliæ feruentes, aliæ tepidæ, aliæ omnino frigidæ sunt. Dulcium calefactarum aquarum si media temperie sint, vis calida & humida est: sin tepidiores sint, humida & frigida: quòd si iustò calidiores fiant, calida quidẽ sed non perinde humida. Quippe horrere corpora, cõtrahiq; exiles eorũ meatus subigunt, ita vt nec madescere ab extrinsecus accedẽte humore possint, nec excremẽti, quod intus latet, quicquam emittere. Cæterùm ab iis incipiendum, quæ medium temperamentum obtinent, quæ per se semper calefaciunt: & humectãt. Euenit tamen ex accidẽte, vt aut per halitum digerant humores, aut superuacua fluxione (ῥεῦμα Græci

vocant) corporis particulas impleant, aut molliant, aut cõcoquant, aut vires firment vel infirment: ſiquidem ad hæc, quantitas quoque earum, nõ minimũ confert. Quin alios quoque multos lauationis aquæ tẽpe ratę & potabilis effectus, qui iam comprehenſis ſuperueniant, enumerare licet: quorũ qui propoſito nũc operi ſunt accõmodi, dicẽtur quàm fieri poteſt paucisſimis, dilato videlicet in aliud tẽpus eo, quẽ in morbis præſtat, vſu. Sed quod ad ſanitatis tuendæ ſpectat vſum iuuenis in ſermone propoſitus iam exercitatus redeat, vt prius eſt cõprehẽſum. Huic igitur prædicti balnei perexiguus eſt vſus, vt qui omnia iam ex mediocri exercitatione, & iam dicta apotherapia eſt cõſecutus. Nihilo ſecius tamẽ ſi probè balneũ adhibebas, †ipſum quoq; apotherapiæ pars aliqua ſit: ſi quidem duras tenſasq; partes emollit, excrementum, * putréque, ſi quod intus ad cutim hæret, euocat: verùm neutrius horum egere videtur propoſitus iuuenis: nec vllum aut mollioris carnis, aut adipis† liquamentum, credibile eſt illi inter exercitandum euenire, quum & immodicos & vehemẽtes motus talia ſequebãtur, huic verò non ſolùm expulſa omnia excrementa, ſed etiã emollitæ ſolidæ partes ſunt, obiter dũ apotherapia eſt

† In veteri Græ. codi. legitur μέρος ἂν γένοιτο καὶ αὐτὰ, τοῦ μέρος ἂν γεγένοιτο καὶ ἂν τὸ vt in impreſsis.

** Σύντηγμα eſt in Græc. hoc eſt, colliquamentum.*

† Σύντηγμα.

est vsus. Quare elui sibi in balneo sudorē & puluerē, si quando hoc vtitur, magis postulat quàm calefieri. Ergo transire tãtùm ad solium vsque, nō† in laconico immorari is debebit, sicuti qui citra exercitationē seipsos elixant. Sed nec morari in piscina huic est opus: imò lotus, vt comprehensum est, ad frigidam festinet: atque ipsa quoq; medio temperamento esto, vtpote ad medii temperamēti corpus. Quibus enim aut vehementer frigida opus sit, aut molli, & veluti insolata, pòst dicemus. Cæterùm optimum corpus quoad augescit, dictū suprà est, nō esse frigida lauandum, ne eius incrementum moretur. Vbi verò abundè est auctus, iam frigidæ quoq; assuefaciendus, vt quæ tum corpus vniuersum roboret, tū cutē densam duramq; efficiat: quod sanè tutissimum est, aduersus noxas quæ extrinsecus imminent. Quemadmodum verò quispiā frigida lauari primùm incipiet, sic vt nullā ex subitaria mutatiōe noxam sentiat id vtiq; ante omnia sciri conuenit. Multi enim, quū parū rectè incœpissent, adeò in frigidā lauationē malè fuere affecti, vt nec iis, qui tutissimè eā administrare potuissent, se ꝑmitterēt. Esto igitur anni tēpus, æstatis initiū, quo videlicet antè hyemem in toto interposito tēpore, nō

† Τῷ βαλανείῳ, id est in balneo.

ſpernenda conſuetudo pariatur. Eſto præterea dies quo auſpicabimur, quàm maximè trãquillus, & quoad id tẽpus feret, calidiſsimus: cuius etiam calidiſsimã deligendam eſſe partẽ, nemo dubitet ſicuti etiam gymnaſteriũ, quod mediocri maximè ſit tẽperamento: & externa quidẽ præparatio talis eſt. Corpus ipſum quod vti frigida debebit, ad hunc modum præparabitur: Eſto illi ætas quarti maximè ſeptẽnij medium, nulla nec ipſo die, nec quæ eã pręceſsit nocte, noua realterato, ſed priſtinam ſalubritatẽ ad vnguem ſeruanti. Eſto verò qui frigida vtetur iuuenis, *& animo tũ præſente, tum planè hilari: ſi quando alias etiã tũc pręcipuè, ac primùm quidẽ fricetur linteis vberius. Sunto autẽ frictiones magis nunc quàm antè vehemẽtes, atq; etiã linteis, durioribus adminiſtratæ. Quòd ſi manicas cõſutas manibus progymnaſta circundabit, atq; ita fricabit, quò fiat opus æquabilius, nõ minimè ad rẽ pertinebit. Dehinc oleo, prout aſſueuit fricetur: inde exercitetur exercitationibus multitudine quidem paribus, ſed citatioribus quàm antè. Ab his in frigida deſcendat, nõ tamen cunctanter, ſed celeriter, vel etiã ſemel totus inſiliat: huc vtrobique ſpectans, vt vno maximè tẽpore omnibus corporis partibus humor

*Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreſsis ἄθυμος, id eſt triſtis, pro ἔνθυμος. i. alacris.

circ

circū ſundatur : quippe quum ſi ſenſim his accedet, horrorē concitaturus ſit. Eſto verò & aqua ipſa nec tepida, nec planè cruda, & glacialis, altera nāq; repercuſſum caloris † non efficit : altera ferit inſuetos ac refrigerat. Siquidē procedente tēpore, tali quoque aqua vtatur iuuenis, ſi neceſsitas exigat : verùm primo ſaltem die omnino cauenda eſt admodū frigida. Exeunti verò ab aqua fricari oleo, idq; à pluribus expedit, quoad cutis ipſa incaleat: poſt hæc cibū plus quàm cōſuetū, potionē intra conſuetudinem capiat : quæ ipſemet vel iniuſſus faciet, ritè modò omnia ſunt peracta: Nam à frigida lauatione & plus appetunt, & melius concoquunt, ac minùs ſitiūt, veniuntq; ad exercitationes poſtridie planè meliore habitu: corporis quidē mole pari ei quæ antè, cæterùm cōpacta & muſculoſiore, ac vegetiore: cute verò duriore ac dēſiore. In hoc ergo, ſecūdo prætereà die ſimiliter omnia ſunt peragenda, etiā tertio & quarto. Poſteà verò procedente tempore, ad eundem modum frigidā iterum ingredi iubebimus, videlicet poſt eam quæ priori ingreſſui ſucceſsit frictionem, vt prius eſt cōprehenſum: verùm tertio eam ingredi, quod nonnullis placuit, nō laudo. Nam & iterum id feciſſe, abundè ſatis mi-

† In Græ. codic. impreſsis, deeſt οὐ id eſt non, quod habetur in veteri.

hi eſſe videtur, præſertim quum pro arbitrio noſtro immorari hominem iubere liceat. Ipſum verò immorandi tempus, hîc quoque à quotidiana ipſius experientia eſt coniectandum. † Nam ſi egreſſus frigidã, coloratior ex frictione citò redditur, mediocriter moratum indicat: ſin & tardius ei calor redeat, & decolor diutius maneat, plus æquo moratum docet. Si ergo cutis notis intentus ſis, facil intelliges, an par tẽpus poſteà in frigida ſit habendum, an potius ad maius minúſve aliquid ſit mutandum. Et de frigida lauatione quod ad optimam naturam ſpectet, abundè dictũ arbitror. Supereſt quemadmodum peccata, ſi qua inciderint, commodiſsimè corrigas, diſſerere. Vt enim quàm maximè ſtatum corporis irreprehẽſibilẽ ſortitus quiſpiam ſit, ac ab omnibus, quæ in vita contingunt, negotiis liber ſit, & ſibi vni viuẽs, fieri tamen nequit, vt non aliquando vel ipſe, vel is, qui ei præficitur, aberret. Primùm igitur nõ abſimile eſt in id maximè & frequẽtiſsimè peccatum incidere iuuenem exercitationibus deditum, quæ laſsitudo appellatur: de qua multis iam nõ ſolùm medicis, aut gymnaſtis, ſed etiam philoſophis eſt proditum, veluti Theophraſto; qui integrum de ea volumen ſcripſit.

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreſsis μή. id eſt non, pro μὲν, id eſt quidem.

Ego

Ego verò hîc quoq; longitudini parcens, quæ nõnullis parum rectè sunt tradita, ea transire statui: quæ verò maximè sunt necessaria iis, qui sanitatẽ tuendam profitentur, hæc vnà cum accommodatis demonstrationibus explicare, ac primum de notione eius agere. Quippe rectè se habet ab hac orsos, sic ad essentiam eius explicandam accedere. Ergo lassitudinis notionem intelligentiamq; sunt qui accipiant, *dum vsti, extentique sibi esse] videntur, idque aut omnibus corporis partibus, aut iis tantùm quibus laborarint: quidam dum tristi, molestoq; sensu inter mouendum afficiuntur, quem alii indicibilem dixere, alii vlcerosum appellauere: nonnulli quũ mẽbra ceu contusa, & phlegmone obsessa sentiũt. Non desunt & qui simplices hos affectus inter se miscent, & qui tensionis est, & qui vlcerosus, & qui phlegmones speciem præfert. Alii duos ex his miscent, aut eum qui vlceris emphasim exhibet, ei qui tensioni assimilatur, aut eũ qui phlegmones sensum affert, seorsum cum vtroque: ita vt sint in vniuersum sententię de lassitudinis notione septem. Quæ sanè omnes vt veræ ex parte sunt, ita in totũ simplici absolutoq; sermone non sunt. Nam siue vlceris sensus quum mouentur se exhibet, siue

*In Græc. co. impres. legitur πεπρῆσθαι τε καὶ τετρῶσθαι. i. secari, & pertundi, seu vulnerari, sed in veteri legitur ἐμπίπρασθαι καὶ τείνεσθαι. quã lectionẽ est secutus interpres, & sic legitur etiã paulò infrà in impressis, & paulò pòst vt annotauimus, sic ex veteri alius locus est castigãdus.

phlegmones, ſiue incendi, tendiq; videntur: ſiue duo quilibet horum, ſiue etiam omnes coëant, κόπος Græcè dicitur, id eſt laſsitudo, eorum affectuũ vnuſquiſq;. Quò fit vt ſeptem eius in vniuerſum differẽtiæ ſint ſimplices tres, cõpoſitæ quatuor. Corporis verò quod his ſit affectum remedia, quædam, propria cuiuſq; laſsitudinis ſunt, quædam omnibus communia. De his mox dicetur, ſi prius de affectu quodam, qui laſſitudines comitatur dixero, quem decepti nonnulli laſsitudinem nominant, is qualis ſit, & quas notas habeat, illuſtrius apparebit, ſi cuiuſq; laſsitudinis eſſentiam prius diſquiſiuerimus. Hactenus enim ipſa ſymptomata dicta ſunt. Illa enim, quòd † incendi] tendiq; corpus videatur, & ꝙ mouenti ſe, vel vlceris, vel phlegmones ſenſus oboriatur, affectiones non ſunt, ſed ſymptomata: Affectiones verò corporum, quibus hæc ſuperuenire ſolẽt, tres ſimplices ſunt, quatuor cõpoſitæ. Et vlceroſus quidẽ affectus oritur ab excrementorũ copia tenuiũ ſimul, & acrium: quæ nimirũ inter exercitandum proueniũt, duplici ex cauſa: aut eo excremẽto quod craſsius erat fuſo, & attenuato, non tamen toto expulſo, aut adipe mollíve carne liquata. Neceſſe eſt enim abs tali humore ceu tenui, atq; acri, pũgi & quaſi

† In impreßis legitur πεπρῆσθαι i. ſecuri: ſed in veteri πίμπρασθαι. i. vri

quaſi vulnerari tum cutem, tum ipſam carnem ſic, vt etiã horror interim oboriatur: imò etiã quadãtenus concuſsio cõmotioq́; totius corporis inęqualis, quod Gręci ῥῖγος vocãt, ſi modo admodũ tum copioſius humoris, tũ acer ſit: ac talis quidem eſt vlceroſa laſsitudo. Vbi autẽ tendi ſolùm membra videntur, vlceris verò ſenſus nõ eſt, in hac certè laſsitudine nullũ excrementum, de quo ratio vlla ſit habenda, in corpore continetur: ſed reſidet in muſculis & neruis, ex nimia tenſione quam exercitando admiſerunt, affectus quidã, effectricis cauſæ poteſtatem teſtificans. Accidit nanque in vehementi tenſione omnes muſculorũ fibras tendi, non tamen ſimiliter omnes laſſari, ſed eas maximè, quæ per longitudinem tẽſionis porrigũtur: quippe quæ obliquiores quodammodo iacẽt, minùs in directum aguntur, quare his nullũ inſtat periculum. In his verò quæ immoderatius ſunt extenſæ, ita vt parum à rumpẽdo abſint, relinquitur affectio quædam ſimilis ei, quæ inter agendum fiebat: quippe tendi adhuc videntur, quũ tamen nulla iam tenſione vrgeantur. Tertia verò laſsitudinum differentia, qua nimirum ceu contuſas, aut phlegmone obſeſſas partes ſentimus, tum maximè ſolet incidere, quum muſculi ni-

mium excalfacti attraxere quippiã ex circunfusis sibi excrementis. Quòd si etiam tum tẽdonibus, tum neruis idem affectus incidit, ὀστόκοπον Grecè, quasi osſium dolorem eum affectum nominant: ob penitiorẽ scilicet sensum, partibus quæ in alto maximè corpore sunt positæ, nomen tribuẽtes: quippe summum locum cutis occupat, secundum ab ea musculi habent, vtiq; circum ossa positi: at tendones ipsis osſibus adhærent. Quo magis rationabile est, quũ hi quicquam prædictorum patiũtur, videri in imo, ac circa ipsa ossa affectionẽ hærere. Atque hæ quidem solæ tres simplices lasſitudinum differentiæ sunt, compositæ verò ex his (vt iam dictum est) quatuor sunt, de quibus mox agendum, si tamen prius simplices vniuersas absoluero. Est nanque affectio alia quoque, quæ ceu lasſitudo fit, nonnullis imponit. Hæc incidit, quũ supra iustum musculi siccantur, sic vt squalens cõtractũq; corpus appareat; atque ad motus quodã modo pigrũ: nõ tamen ei quicquã eorum quæ modò diximus inest, neq; is qui veluti vlceris, aut tensionis est, multoq; minus qui veluti phlegmone est sensus. Quippe diuersisſimus aspectus eiusmodi affectiõis est, & eius quã vltimo loco retulimus. Hæc nãq; [squalens & contra-

[In Græcis cod. impresſis legitur ἀυχμῶδες καὶ χροοι

ctius

ctiuscorpus efficit] at quę phlegmones sensum prępfert, molle etiam quàm pro natura ampliore. Quare quatuor in vniuersũ simplices affectiões sunt, quarum singulis sua sunt remedia. Ordiendum verò ab ea, quæ vlceris sensum inuehit, quam etiam ab excrementorũ acrimonia ortã diximus: hæc maximè in ea incidit corpora, quæ & mali succi sunt, & excrementis abundãt. Succedit verò recentibus cruditatibus, quum aut exercitãtur immoderatius, aut in sole sunt morati. Cæterùm nihil obstat, quin in corpore boni succi citra cruditatẽ proueniãt, vtiq; ob exercitationis nimium excessum: sanè excitare eam solent, celeres ac multi motus. In hac verò lassitudine etiam densa esse, horrereq; cutis videtur. Fatenturq; qui ea sunt affecti, inter mouendum dolere sibi vlceris ritu, alii cutim tantùm, alii subiectã etiam carnem. Remediũ huius, ex iis, quæ affectioni sunt contraria, cõparatur: quippe si quæ redundãt euapores, malum cessabit. Sanè euaporabũtur frictione multa, molliq; cum oleo* à quo oĩs astringendi vis abest: quod genus maximè Sabinum est. Aduersissimũ verò huic affectioni est, quod ex Hispania portatur, & ex Iberia. Vocant autem Hispanum, tum quod omphacinũ vocãt, vel ὠμοτριβὲς, id est, crudum

σταλμένον ἀπεργάζεται τὸ σῶμα, quã lectionẽ sequitur interpres: locus aũt in Aldi. tã quam mẽdosus notatur duplici asterisco. in veteri legitur, ἀυχμώδεις καὶ προεσταλμένους ἀπεργάζεται τοὺς μῦς, id est squalidos & cõtractos efficit musculos.

*In Græ. est legẽdũ,

μὴ δὲ μίαν ἔχοντι στύψιν, nō ἔχοντα, vt mēdosè in impressis.

dum. Et, vt semel dicā, quod austerum est, omne id alienum est. Adeò gustu ipso vim eorū discernere licet, etiam si de ipsis antè periculum non feceris. Sic nanque & nos quondam in Macedonia degustato oleo, quod fit circa Aulonem, qui est super Strymonē, deprehendimus eandē cum Hispano vim habere. Quin & reliquorū omniū olei generum ita deprehēdas vires, etiam quæcunque per abusionem nominant, ex sale, ex radicibus, ex herbis, ex germinibus, ex foliis, vel fructibus: propterea videlicet quòd hæc habent. Dictū verò abūdè de iis omnibus est, in operibus his quæ de medicamentis inscripsimus: nihilo tamen minus etiam in proposito opere dicetur suo loco. Illud tantùm in præsentia dixisse satis sit, quod planè dulcissimum oleum est, id esse ad propositam affectionē maximè accommodatum. Hoc igitur copioso cum multa frictione vtendum, primo quidem die, quo suspectam fore lassitudinem omnino declines: secundo verò, vt si qua incidit, discutiatur. Discutit porrò eā exercitatio, quæ apotherapia dicitur, in qua scilicet motus adhibeas quantitate mediocres, qualitate tardiores: idq; cum frequēti interposita his quiete: qua vtique fricare hominē oportet pluribus cōtrectantibus.

quò

quò nec refrigeſcat pars vlla, & ocyſsimè excrementa digerantur. Porrò frictionum plus adhibebitur, in iis qui in cute & ſub cute excrementorũ collectam vim habẽt. Motuũ verò quos ipſemet edat, in altera laſsitudine, ſcilicet in qua plus eſt in ipſis muſculis cõgeſtũ. Quæ enim in his coacta excrementa ſunt, ſola frictio educere non poteſt: his enim opus eſt non ſolùm ab aliquo foris attrahi, verùm etiam ab altero quopiam intrinſecus impelli. Impellit ea partim calor ipſe, qui per motũ accẽditur, partim ſpiritus qui vnà emittitur, partim ipſa muſculorũ tentio, ſuper hæc verò, ipſa ſingularum partium excretoria alieni vis. Altera verò laſsitudo in qua tẽſio ſentitur, illud pro remedio poſtulat, quod Hippocrati Græcè χάλασις, id eſt relaxatio dicitur. Ea nanq; tenſioni cõtraria eſt, ad eum modũ quo duritati mollities. ait enim ita: [Cutis duræ mollitio diſtentæ remiſsio.] Ceu duro molle, diſtẽto remiſsum laxũq; cõtrarium ſit. Sanè remittitur quod diſtentum eſt in aliis quidem affectibus, quos in quinto de ſimpliciũ medicamentorũ viribus diximus, alia ratione. Quod verò per exercitationẽ incidit, tum pauca mollíq; frictione, eaq; ex oleo dulci, atq; † egelido, tum intermiſsione omnino, aut etiã quie- † ἀλκαθε-ρὸς.

te:

te: præterea lauatione medii temperamẽti atq; in calida pluſcula mora, adeò ſi bis tér ve lauabis, plus proderis. Hi verò & poſt balneũ vngi deſiderant priuſquã veſtiantur. Quòd ſi propter ſudorẽ fortè aliquẽ, pingue deterſerint, rurſus vngi deſiderãt. Quinetiam poſtero die, quum è cubili ſurgunt, vngi his expedit: nũquam tamẽ oleo vltimè frigido, nec dura frictione. Incidit certè huiuſmodi laſsitudo iis, quibus ſalubris ſuccus eſt, poſt robuſtas potius quàm celeres exercitationes : redditq; laſſatos ipſos pigros admodum, ægreq; flexibiles. Nõ tamẽ hi denſi horrẽteſq; apparẽt, quẽadmodũ quos paulò antè cõprehendimus: cæterùm contracti, aridiq; nõ minus ipſis apparẽt: tactu vero calidiores vidẽtur, nõ ſolùm iis, quos vlceroſa laſsitudo vrget, ſed etiã quàm ipſimet quũ ſani eſſent. Tertia laſsitudo ex vehementiſsimis naſcitur motibus, ſolaq; ſupra naturalẽ habitũ muſculos attollit ſic, vt phlegmone perſimilis affectio ſit: itaq; & leui tactu offenduntur, & calidiores apparent: dolẽt verò etiã ſi ipſi per ſe moueri conentur. Incidit hæc laſsitudo his plurimùm, qui aſſueti exercitationibus nõ ſunt: nam exercitari aſſuetis raro incidit, vtiq; ex vehemẽtiſsimis plurimiſq; motibus. Sanationis verò eius cõſi-

lium

lium ad tria dirigitur, eadem ferè ad quæ omnium phlegmone obſeſſorū, nempe ſuperuacanei vacuationē, extēti requiem, & inflammationis refrigerationem. Ergo & oleum copioſum ac tepidum cū frictione mollißima, & longißima in medii tēperamenti aquis mora, huiuſmodi laſsitudines emendat: quòd ſi paulò tepidior aqua ſit, plus proderit. Ad eūdē modū multa quies, & vnctio aßidua, denique omnia quæ id quod laſſatum eſt, quiete, lenimentoq; recreēt, ac quod ſuperuacuū eſt per halitū digerunt. Sed putet fortaſſe quiſpiā laſsitudinē hāc nec ſimplicē eſſe, nec à duabus iam traditis tertiam, ſed ex his compoſitā: nec aliūde cōſtantem, quàm ex neruoſarū partiū tenſione, & vlceris ſenſu. Calorē nanq; qui in huiuſmodi laſsitudine ſentitur, in aliis quoq; naturaliter ineſſe, veluti in memoratarū vtraq; : nec tamē cōplendæ notionis, ſubſtantiæ've partem eſſe vllam. Verùm illud huic vni egregiè præter cæteras ineſt, nēpe maior, quàm pro naturali habitū, tumor: tū quòd nec grauitas ſenſus ſimilis in hac, & tenſionis laſsitudine habetur. Quippe in illa tēdi, in hac cōtuſos eſſe vſq; ad oſſa neruos putāt, qui ipſa laborāt. Quare in his ſaltem propriū à reliquis duabus diſcrimen habet: nec eſt cōpoſita tantùm.

Tres

Tres igitur ſiue corporis ſtatus, ſiue affectus, ſiue quid aliud dixiſſe velis, hi ſunt. Eſt alia quædam ſuper has quarta, ſimilis quidē laſsitudini, non tamē laſsitudo, quòd neq; vlceris, neq; tenſionis, neq; phlegmones affectū præ ſe ferat: ſed nec horrorem vllum doloremve, nec pigritiā ad motus, queadmodū laſsitudines, infert: ſed † gracilitatem tantùm ariditatéq; facit. Incidit quidē hæc in corporibus boni ſucci, & exercitationi aſſuetis, vbi immodicè exercitata, parū ritè apotherapia ſunt vſa. Quippe ita & digerūtur excremēta, & quæ tenſa fuerāt, laxantur, nec aliud in corpore relinquitur præter ſiccitatē, quā ex immodico motu cōtraxerunt. Poſtulat autē primo die nihil ſanè diuerſum ab iis, quæ prius dicta ſunt, præter calidiorem aquam, quæ ſenſim contrahat, & calefaciat, & roboret cutē. Secūdo die apotherapiæ exercitationem, quæ tum in motu, tum frictione, & pauca: & mollis, & tarda ſit: prætereà ſoliū ſimiliter calidū, verùm protinus in frigidam exiliant, quò videlicet ipſis robur in cute vnà cū calore conſtet. Nam & minus in ſequēti tempore per halitū amittunt, & facilè in carnē, cutemq; nutrimentum reſumunt: quo maius his cōmodum nullum profectò inuenias, vt qui nullum notabilem

† *Mendosè legitur in Græc. cod. impreſsis, ἰσχνοτάτην δὲ μόνην ἅμα ξηροτάτην pro ἰσχνότητα δὲ μόνην ἅμα καὶ ξηρότητα, vt legitur in veteri.*

lem affectum, præter carnis gracilitatem ariditatéq; habeant. Quippe poſtulat (arbitror) tale ſaltem corpus, nutriri ſimul ac madefieri, quorum vtrunq; ex humido nutrimento optimè aſſequetur. Quoniã verò facta ſemel mẽtio de victu poſt balneũ eſt non alienũ fuerit, & de eo, qui ad laſsitudines pertinet, præcipere. Vlceroſa igitur laſſitudo poſt legitimã apotherapiã, cõſuetũ nutrimentũ deſiderat, aut etiã parcius, prętereà humidius. Quòd ſi in ipſa apotherapia, in quartũ migrauerit affectum (aſſolet enim ita plerunq; fieri) pro ipſius ratione, tum lauetur, tum nutriatur. At quæ tẽſionẽ laſsitudo præfert, ea etiã magis quàm vlceroſa parcè nutriri poſtulat: quæ verò phlegmones ſenſum affert, ea ſupra reliquas omnes, tum humidiſsimum, tum minimum, tum verò, quòd refrigerans quippiam habeat, requirit. Boni ſucci tamẽ nutrimentũ, omnes qui laſsitudine grauantur iuxtà poſtulant, quali nimirũ propoſitus nobis iuuenis adhuc integer vtebatur. Cauẽdus tamẽ in vlceroſa, & ea quæ phlegmones ſenſum exhibet, glutinoſus cibus eſt, ceu qui excrementorũ digeſtionem moretur. At in tenſionis laſsitudine, etiam exhibẽdũ eiuſmodi nutrimentũ eſt, ſed minuto eius modo. Quo minus mirum eſt, ſi multiplex pu-

gna nõ plebeis modò inter ſe, ſed etiã doctis, & inter ſe & cum plebeis oritur, dum neque de exercitationibus neq; frictionibus, neque balneis, neque victu laſſatorum conſentiunt. Quippe alios affirmare audias, laſsitudinem laſsitudine eſſe abolendam: alios laborem quiete ſanari, alios parcius nutriendos, qui laſsitudine premũtur: alios contrà, non modò de conſueto nutrimento non demendum quicquam, ſed etiã tantò plus adiiciendum, quãtò plus ſe fatigauerint: ad portionem enim laborum, nutrimentum exhibendum: alios rurſus nec adiiciendum quicquam nutrimenti modo, nec etiam demẽdum. Ad eundem modum balneo quoque vtuntur, alii ex aquis medii temperamenti, alii calidioribus, alii tepidioribus. Nam & experientia ad id tantùm probandum quod viſu ſæpe vſurpauit, quẽ libet impellit: † & præterea ratio, vtpote quam quiſq; abſolutam ſe habere putauit, vt ſuprà dictum eſt. Verùm quum vnũ tantùm laſsitudinis ſenſum traderet, reliquis (ceu non ſint) pręteritis, eius tantummodo quam nouit, remediũ docuit. Ergo verum eſt, & quod laſsitudine laſsitudo ſoluitur, quum videlicet heſternis exercitationibus, pares poſtridie adhibendas videtur expediens. Et laſsitudinis medelam eſſe quie-

† Hic locus in græcis cod. impreſsis eſt deprauatus, habẽt enim ὅτι λόγος ὡς ἄν καὶ τί λοιπὸς ὑπάρχειν ἑκάστῳ pro ὅ, τε λόγος ὡς ἂν μὴ τέλεος

tem

tem quippe id consilii, partim in iis quæ ex congestis excrementis lassitudines consistunt, ac præcipuè vbi in musculis excremēta hæserunt, partim in iis, quæ tensionis & phlegmones emphasin præbēt, vtile videtur. Iam illud quoque verum est qui lassitudine grauantur eos parcius esse nutriēdos: id enim cōducere videtur ei, qui phlegmones sensum præfert. Verum prætereà est, & consuetudine esse nutriendum: id nanq; in vlcerosa lassitudine, vbi rectè apotherapia sunt vsi, fieri obseruatū est: sicut etiam vberius cibādum in affectu, quem similem lassitudinibus diximus, in quem ex vlcerosa quoq; nonnulli transeunt. Simili ratione & medii temperamenti aquis esse lauandum in his quæ ex redundantia superuacuorum natæ sunt, verum fateor: sed nec illud verum negem, eiusmodi aquis non esse viendū, nec in ea quæ phlegmones sensum præfert, quum tepidiores hæc desideret: nec in his qui similem lassitudini affectum sentiunt, hi nanque calidiores volunt. Sunt & qui eum affectum lassitudinem esse putēt: alii quīnā affectus sit, non dixerunt. In quibuscunq; verò suspicio futuræ lassitudinis subest, suadent calidiore aqua in balneo vti, causamq; assignāt, sicut ipsi suprà retulimus. Alii distributioni in corpus, alii nu-

ὑπάρχον ἑκάστῳ, vt vertendū sit, & prætereà ratio vpote quæ quū cuiq; absoluta non insit, vnū tātū lassitudinis affectū ostendens, atque reliquos, tanquam nō sint, præteriens, illius tantū quē nouit, curationē edocet.

tritioni id genus balnei conducere dicẽtes. Non tamen rationẽ vllã afferũt, cuius gratia eiuſmodi diſtributione, & nutrimento prohiberi laſsitudo poſsit. Sed nec omnino qualis ſit ipſe laſsitudinis affectus, ſcribunt; nam maior eorũ pars nihil dixit. Qui verò dicere auſi ſunt, ſiccitatẽ eſſe definiuerunt. Ac quòd nutrimentũ ſiccitati medetur, præſertimq́; humectans: quã tamen conditionẽ maior eorũ pars nõ adiecit, eſt ſanè veriſsimũ: cæterùm nec remedium id nec cautio laſsitudinum eſt. Sed quum (vti dictum eſt) mẽbra ſicciora ſunt facta, nulla tamen nec tẽſio ſubeſt, nec tenue, acreq́; excrementum, nec phlegmone ſimilis affectus, reficere nutrimento humectante expedit, quæ exhauſto humore ſunt ſiccata: quando niſi abundè nutrias, & gracilius, & aridius quàm fuerat, poſtero die corpus cernes. Atq; hũc affectum nõnulli laſsitudinẽ rati, eum exiſtimant calidiore balneo, & pleniore cibo, ne incidat, prohiberi. Illud tamen quorundam, ſicuti etiã Theonis, demiror, ſi iam factam laſsitudinẽ ſimiliter ſanari non putant. Nam ſiue, quẽ modò memorauimus affectũ, velit quis eſſe laſsitudinẽ nutrimento illum & ſoluere debet, & ne fiat prohibere: ſiue reliquorũ quẽuis eorũ, qui veræ laſsitudines ſunt, vtiq; parciu

cius in omnibus hominẽ nutrire, & quum adhuc inſtant, & quum iam occupârunt. Illud enim dici non poteſt, talẽ ſaltem affectum, qui laſsitudinibus ſuccedit, niſi primo die per nutrimentum plenius corrigatur, in trium aliquã migrare ſolere. Nam ſi ipſa ſolum ſiccitas in eo viſitur, præter gracilitatem nihil ſequetur amplius: ſi verò caloris quoque quippiam ſimul adſit, iam febricitare metus eſt: verũ non idem ſunt laſſitudo, & febris, tametſi maximè eorũ, qui laſsitudinem ſenſerunt, nonnullos febris malè habuit. Sanè Theonem mirari ſubit, hæc in quarto de particularibus exercitiis, vbi de abſoluto exercitio agit, ſcribentem. Quum laſsitudo aliqua eos qui ita exercitati ſunt, poſtero deinceps die ferè ſequatur, ζεστολουσία, id eſt, feruentis aquæ lauatio, minus laſsitudini obnoxios reddit, ſumma corporis accendens, deinde ſic Græcè ſubiicit: ἵνα αὐτὴ σικύας τρόπον τὴν λαμβανομένην τροφὴν ἐπισπωμένη τοῖς κεκμηκόσιν ἀντιδιέληπται νεύροις. s enim, præter alia, veluti ænigma quoddã, verbum ἀντιδιέληπται in conte tu appoſuit: poſsis enim ita intelligere, quaſi ſumma corporis cucurbitæ more nutrimentum trahentia, partem aliquam eius neruis quoq; diſpenſet: poſsis & contrà, quaſi ſumma corporis cucurbitæ

modo, id quod ad neruos ferebatur, alimẽtũ ad se trahentia impertiant. Ita nimirũ vt priore intellectu ad eutrophiã, id est nutritionem, refectionemq́; neruorũ conducat excalfacta cutis. Quippe hãc arbitror eum per ἐπιφανείαν, id est summa corporis significare, posteriore verò ad ὀλιγοτροφίαν, id est parciorem nutritionem. Quantum itaque ex ipsis verbis licet accipere, mentem Theonis non comperias. Ex his verò quæ tum alibi, tum in † sextodecimo gymnasticõn scribit, minus nutrimenti post absolutum illud exercitium dari censet: quãquam ne id quidem qua ratione inductus suadet, vsquam docuit. Datur enim minus quàm ex consuetudine nutrimentũ, aut propterea quòd pari opus non est, aut quòd concoqui id non posit. At prius quidem in his qui plurimum se exercitarunt, verum non est: posterius alibi verum, alibi certè falsum est. Si cui enim imbecillior concoquẽdi vis est, verum: sin secus, falsum. Inaudiẽda verò concoquendi facultas est, † non ea modò quæ in ventriculo, aut venis, aut iecinore agitur, sed etiam quæ in singulis particulis, veluti in iis, de quibus sermo habetur, musculis, in quibus vtique vel maximè affectus is, de quo disputo, cõtinetur. Quippe largius inter exercitandum exhaustis &

† *In veteri Græco cod. legitur ἐν τῷ τρίτῳ, id est in tertio.*

† *Mẽdosè legitur in Græco codi. Aldino ἀυτὴν pro οὐ τὴν.*

imbecilliores,] & graciliores redduntur. Ergo ſi hæc leuiter his contingãt, vtiq; cõficere cuius indigent, nutrimentũ poterũt: ſin multum à natura receſſerint, non poterunt: quorũ Theon nullũ omnino neque intellexit, neque diſtinxit. Omnino enim non ratione aliqua, ſed experientia, ſicut ipſe fatetur, poſt abſolutũ illud exercitium calidiorem aquã vtilẽ eſſe obſeruauit. ſic enim deinceps ſcribit: [Illud verò ſiquidẽ rationem habet in promptu, fortunæ id beneficio ferendũ acceptum eſt: ſin minùs quod effecta teſtantur, id non admittendũ, licet quis †certã rationẽ ſimul ſe ſubiicientem non habeat.] Ergo ſi planè explorato affectu, in quo calidam laudat, cauſam fateretur ignorare, meritò dignus venia eſſet: verũ quum citra exceptionẽ, vtilem eſſe abſoluto exercitio ἱεροπλουσίαν pronuntiat, ita enim hanc appellat: poſſunt autem alii quoque complures affectus id genus exercitationis excipere, accuſandus meritò eſt, quòd deinceps ſingulos nõ diſcreuerit. Ipſe nanq; nouit etiam quæ phlegmones ſenſum exhibet, huic exercitationi ſuperuenire: ſub qua nimirum in maiorem, quàm pro natura molẽ, attolluntur fatigatæ partes: etiam alteram, quam vnã ſcribit vtiq; generali ſymptomati attentus, quod

† In Græ. codi. impreßis legitur ἐξ ἄκρου. Sed in veteri εὐκαίρου, id eſt opportunam.

incremento, non naturali eſt contrarium. Quippe graciliores, in reliquis duabus laſſitudinibus reddũtur, atq; etiã in eo † affectu de quo agitur. Cæterũ non quẽadmodum trium affectuũ vnum ſymptωma cõmune eſt, ita & affectus vnus eſt. Ac in eo quidem qui ex neruoſarũ partiũ tentione conſiſtit, calidiore quàm ex conſuetudine lauari non oportet: ſimili ratione nec in iis quos excrementa excitârunt. In gracilitate verò quæ citra hæc conſiſtit, expedit calidiore aqua, quàm quæ mediocriter ſe habeat, lauari. Cõtrahitur nanq; hic affectus exhauſto vehemẽtius inter exercitãdũ corpore, eo modo quo in diutina fame accidere ſolet. Itaq; etiam ſic affectorũ refectio, in appoſitione, & quod detractũ eſt reponendo, cõſiſtit: id quod certè accidere, cute adhuc laxa, nequit. Cogere ergo hãc, dẽſareq; ac aſtringere prius oportebit, ſi qua plenioris nutrimenti expectanda eſt vtilitas. Sanè cogit clauditq; tũ frigida, tum feruens aqua. Verũ à frigida lædi hominem metus eſt, vtpote qui iã ex multa exercitatione, & laxior eſt redditus, & vacuus. Ex feruenti, vt noxa certè nulla, ita ſecura in cute dẽſitas paritur, ipſo, qui in ea derelinquitur, calore nonnihil etiam conferente. Vnde nec immorari in frigida nimiũ debet,

† In veteri Græco codic. pro δὲ legitur τετάρτη, i. est quarto: fuit autẽ facilis lapsus vt pro δ' nota numeri quaternarij exscriberetur δὲ.

bet qui ita eſt lauatus:ſed,veluti id ſaltem rectè a Theone obſeruatum eſt, cauere in frigida moram, vt quæ feru tis lauationis cõmoda† ruſtretur.Sanè ita errare Theonem, vt quod vni affectioni conueniebat, omnibus quadrare præciperet, in cauſa erat corporum quę exercitabat habitus:ſiquidem athletas exercuit, qui ex abſoluto illo exercitio, ad quartũ erant affectũ opportuni,in tertium rarò incidebant.Itaque quod ſæpe obſeruauerat,ceu perpetuũ prodidit. Quòd ſi aut vitioſi ſucci homines, aut mali habitus, aut laborũ inſuetos, aut imbecillos, aut minimè iuuenes exercuiſſet, in eiuſmodi quidem rarò, in reliquos* verò affectus ſæpiſsimè incidere vidiſſet. An & hoc quoq; dicere fortaſſe eſt ſuper uacuũ, quũ ipſe quoque fateatur poſt præparatoriũ exercitiũ, feruenti eſſe balneo vtendum: id verò exercitationis genus ſolis athletis in vſu eſt. Atqui dicat aliquis illos ſpontè, & quodã circuitu, alios verò multos vel neceſsitate, vel vincẽdi ſtudio, vel propter alia id genus, eiuſmodi exercitationem ſuſcipere. Verũ hi ſaltem poſt immodicos labores,neceſſe eſt vel vnum, vel plures laſsitudinũ affectus prius contrahãt.Itaq; his duntaxat corporibus, qui bona habitudine ſunt,quartus affectus incidit

† *In Græc. co. impreſſis legitur ἀναλούσαν, id eſt reſoluat, ſed in veteri legitur, ἀμβλύνουσαν id eſt retardet.*

* *Mẽdosè legitur in Græc.cod. Ald μηδὲν, pro μὲν δὴ.*

cidit: cuiusmodi sunt tū athletarū, qui bene sunt curati, tum propositi nūc in disputatione iuuenis. Et quisquis absolutè pronuntiabit, post vehementissimas exercitationes, calidioris solii vsum esse idoneum: is vt in vno certè statu verū affirmabit, ita in tribus planè falletur. Sunt verò per vniuersam tuendæ valetudinis artem, & alia non pauca, quæ tum medici tū gymnastæ falsò prodiderunt. Quorū vnū omnium caput est, confusa, indiscretaq; obseruatio: dū quod in vnico quisque notauit affectu, id multis tribuit. Quinetiā affectio quædam †est prædictis proxima, quam ipse Græcè στέγνωσιν appello: de qua quum de lassitudinibus disputationē absoluero, mox dicam. Simplices enim earū differentiæ tres sunt, de quibus iam egimus: post has ex binis copulatis, aliæ fiunt tres: ab iis verò septima est, vbi in vnū coëunt tres notæ. Remedii verò cōmune in omnibus consiliū est, vt ei, quod superat, sis intentus: nec tamen quod reliquū est, planè cōtēnas: proprium verò ab ipsis mēbratim affectibus accipiēdum est. Ac vniuersas quidem coniugationes percurrere, longū sit: sed quod ad claritatem sit satis, vnico exēplo res peragetur. Si igitur & intumuisse musculi cernūtur, & cōtusi putantur: prætereà vel vlceris

*In Græ. codi. anti. pro ἔτι legitur πέμπτη id est quinta, facilis autē fuit lapsus vt pro ε nota quinarij numeri exscriberetur ἔτι. ita autem esse legendum cōfirmat locus, paulò suprà castigatus, vbi pro δ, legebatur δὲ.

sen

sensus, vel † tẽsionis] lassitudo, vnà cum excrementosa hominẽ malè habet, apotherapia vtendum, quæ vtrunq; respiciat, magis tamen id quod est maius. Non est autẽ in omnibus rebus vnius rationis ipsius maioris natura, sed alibi pro viribus, & quasi dignitate rei, alibi pro ipsius propria essentia spectãda. Ac dignitate quidẽ & viribus maior lassitudo est, quæ phlegmones sensum præfert, quàm excrementosa: vtraque tamen ipsarũ, sic propriæ ratione essentiæ, magna paruáq; esse potest, vt si sola seorsum consisteret. Si igitur vtraq; pari interuallo à naturali habitu recessit, quę phlegmone similis est, præcipuam curationis solicitudinem ad se conuertet, vtpote dignitate pollens: sin exiguè quæ phlegmonem, plurimúmq; vlceris sensum repræsentat à naturali habitu recessit: æstimandũ num tantũ superet magnitudine vlcerosa, quantum quæ phlegmone similis est viribus, an minùs, an magis, atque ita quod pollet explorare. Quòd si æqualiter pollẽtes videris, pari studio est vtriq; cõsulendũ. Atque hæc ratio perpetua sit omniũ coniugatorũ affectuum. Sicuti verò lassitudines ipsæ numero tres, si inuicem coniungas, quatuor cõiugationes efficiunt: ita sanè, si quartum his affectũ adiungas, multò plures existent.

† In veteri Græco di. legitur φλεγμονώδης, id est phlegmoni similis, non τονώδης, vt in impressis.

Quod

Quod dicimus, ex descriptione licet clarius intelligas. In ea primũ locũ vlcerosũs habeto: secundũ, in quo tensio est molesta: tertiũ, qui phlegmone similis est: quartum, gracilitatis, id est, in quo corpus emacuit. Ex his igitur, aut primus cum secundo coniungetur, aut cum tertio, aut cũ quarto, aut rursus, secundus cum tertio, vel quarto, aut deniq; tertius cum quarto: ita nimirum vt ex binis cõiunctis affectibus, sex in vniuersum complexiones oriantur. Rursus quum tres vnà miscueris, quatuor aliæ fiunt. Nã aut primũ iunxeris cum secundo & tertio, aut cum secundo & quarto, aut cũ tertio & quarto: aut rursus, secundum cum tertio & quarto Postrema omnium complexionum erit, vbi quatuor simul coïerint, ita vt vndecim numero in totũ fiant. Erant verò & simplices quatuor, efficiuntur itaq; in vniuersum quindecim. Simplices affectus. Vlcerosus

A. Tensionis B. In quo plegmones sensus est, C. Gracilitatis D. Compositi. AB. AC. AD. BC. BD. CD. ABC. ABD. ACD. BCD. ABCD.

Quod si præterea occlusæ cutis (ςέγνωσιν Græcè voco) differẽtias, tum secũ tum verò cũ his quindecim cõplicueris, alias rursus cõplexiones effeceris plurimas. Si ve-

rò

rò eos quoq; corporis status, qui aut à cruditate aut venere, aut deustione, aut vigilia, aut †dolore incidunt, adiunxeris, ne numero quidē vniuersas facilè complectare. Prætereà nūc, quæ vel plethoras, id est succorum æquabiliter se habētium redundātiā, vel cacochymias, id est vitiosi succi copiam, vel astricti, vel lubrici vētris, vel vomitus, vel grauati capitis, vel partis cuiusquā alterius, vel in summa quicūq; in symptomate aliquo affectus consistunt, dicetur enim pòst de eiusmodi omnibus. Nunc verò idcirco eorū maximè memini, vt cōplexionū multitudinē, quanta esset indicarē. Mirari enim licet eos, qui de syndrome, id est concursu horum vel curationē, vel euētorum prædictionem, obseruasse se prędicant. Vnica nanque ratione & præsagire, & cōmodè mederi fas est: vtiq; sicut Hippocrates docuit, vbi simplicis cuiusque negotii sciendam vim esse censebat, veluti ipse nunc in quatuor affectibus præmonstraui. Vnusquisq; enim si per se consistat simplex remediū exiget: sin alteri sit coniūctus, pro ea methodo, quā paulò suprà de omnibus coniunctis affectibus præscripsimus. [corrigetur.] Ergo quum hæc sita se habeant, redeundū rursus ad simplices affectus est: quorum à iam dictis proximi erant quos

† λύπαις, id est, tristitia.

† Mendosè legitur in Græc. cod. impressis. τοῦ τ' ἐστιν pro τοῦ τ' ἔχειν.

steg

ſtegnoſis excitabat : voco ita meatuũ cutis vitiũ, quo tranſmittere ſuperuacua prohibetur. Incidit is affectus, aut obſtructis meatibus, aut denſatis. Sanè denſationem eiuſmodi μύσιν Græci, id eſt conniuentiam appellant. Ac obſtructio quidem ex lentis, craſsisq; excrementis oritur, quũ cõfertim ad cutim ruunt: denſitas, tum ab iis quæ aſtringunt, tũ quę refrigerant. Verũ obſtrui propoſiti nobis corporis cutis, ſi ad pręſcriptam rationẽ ritè agatur, non poteſt: denſari certè aliquando poteſt, tum ex valido frigore, tum aluminoſo balneo. Fieri autẽ poteſt, vt & poſt balneũ, ſudorémve, atque aliã alioqui ob cauſam, laxata prius cute, auræ flatus incidens obſtructionem quampiam, denſationemq; efficiat. Ac deprehenditur quidem iam dictus affectus, protinus vbi ſe exuerint, ex colore albo, & cutis tum duritie, tũ denſitate. In ipſa verò exercitatione, ex eo quòd ægrè incaleſcant: quando nec, vt prius, æquè ſudant, nec bonũ colorẽ in ſumma cute oſtendunt. Imò ſi quis eos valentiore exercitatione iniuncta, ſudoris quippiam emittere cogat, & minor hic quàm ex conſuetudine, & frigidior exit, minusq; halitui ſimilis. Remediũ huius affectus calefactio eſt, quippe ea frigiditati cõtraria eſt. Valentiore ergo exercitatione,

ac balneo calidiore vtendum. Magis quoq; ad rem pertinebit, si in prima domo pinguiter in oleo volutetur. Esto verò oleum ex eo genere, quod relaxet, cuiusmodi est in Italia Sabinum: quod vtiq; ad eiusmodi affectus etiam est vtilius, si bimum, trimúmve sit, id nanq; tum tenuius, tum calidius fuerit. Mora verò in frigido solio diuturna ne sit, sed nec aqua ipsa frigida. Induendi verò vngantur aliquo quod mediocriter calefaciat. Oleis quidem, ex iis quæ in Aegypto habentur, cicino & raphanino: in reliquo verò orbe dulci, tenui, ac modicè antiquo. Vnguentis verò, susino, gleucino, irino, amaricino, & † cõmacino, atq; ex his gleucinum quidẽ prorsus acopum est, ac relaxans: itaq; etiã iis quos vehemens lassitudo infestat, est vtile: paulò hoc calidius, magisq́; relaxans, susinum est. Irinum verò & amaracinum, & commacinum, etiã susino calefacere potentiora iis affectibus, qui propriè frigiditates dicuntur, sunt idonea. Cutis tamen densitati sanandæ etiã anethinum est satis: maximè si ex viridi anetho fiat. Facit autem & ad tales affectus, sicuti etiã ad vehemẽtes lassitudines, & acopum quod ex abietis semine componitur: id quemadmodum præparandum sit, pòst dicetur. Nunc enim vel hæc

† In veteri cod. legitur κομμαγινῶ, id est, cõmagino, & ita omnino est legẽdum.

mihi ſupra iuſtum appoſuiſſe videor: ſiquidem qui optimo eſt corporis ſtatu, & liberam delegit vitam, nec in ea quicquam delinquit, & cui peritiſsimus tuendæ ſanitatis artifex præficitur, in hunc veriſimile eſt morboſos affectus non admodũ incidere. Redeamus itaque ad penſum denuo; relictisq́ue vſtione, refrigeratione, cruditate, ventris profluuio, reliquis id genus: ſatius enim eſt in vnũ ea volumẽ coniicere, quod de morboſis ſymptomatis inſcribemus: in præſenti de iis, quæ poſt venerem adhibentur exercitiis, diſſeramus: quippe quum de his parum conueniat, aliis ita exercitandũ ab hac putantibus, vt in exercitatione quæ apotherapia dicitur, aliis vt in præparatoria. Eſto verò præparatoria exercitatio, nec in quantitate laborum intra modum, & in qualitate ipſa incitatior, ac celerior. Atqui apotherapeutica quidẽ vtendũ cẽſent, hi ſicuti in fatigatis, tũ vires diminutas, tũ corporis ſiccitatẽ ſuſpectas habẽt: quorũ vtrũque & à concubitu, & ab immodica exercitatione ſentimus. Qui verò præparatoriam adhibendã volunt, hi raritatem, atq; ad ſudores promptitudinẽ præcauent, quæ apotherapeutica intendi, è diuerſo præparatoria emendari putant, ipſe laudatis vtriſq;, propterea quòd veritatẽ ex parte viderũt,

ſent

ſententias eorũ in idem conferã. Nam & inſtaurãdas vires eſſe,& laxitatẽ cogendã, nec ſiccitatem adaugẽdam fatẽtur vtriq;. Vna diſcretio deſideratur in vtriſq;, veluti & in cõpoſitis omnibus affectibus ſuprà à nobis eſt dictum,& nunc nihilominus dicetur. Quũ enim in idẽ varii affectus coïerunt, hi ſi vnam medendi rationẽ indicẽt, vtiq; intendi magis rationẽ eã conueniet, quàm ſi ſinguli ſeorſum cõſiſterẽt:ſin contrarii ſint ,is qui vincit affectus prius eſt corrigẽdus , ita tamen ne reliquũ omnino negligas.At qui vel proptèr ætatẽ, vel etiã alia ratione imbecilles concubuere, in his virium infirmitas neceſſe eſt ſuperet. Qui verò firmiores, & iuuenes (veluti qui nũc eſt propoſitus) horũ habitus corporis in raritatẽ magis;quàm vires in imbecillitatem mutatur.Itaq; etiã corrigũtur hi,nõ per ea quæ corpus relaxant: qualis eſt exercitatio quæ apotherapia dicitur:ſed per ea quæ cogunt,ac cõtrahũt, qualis eſt præparatoria, †proindeq; hac vtendũ,]quãdoquidem ea nõ ſolùm motus tum celeritate, tũ robore calorẽ excitat,ſed etiã habitũ cogit, ac cõſtringit. Illud quoque fatentur gymnaſtæ oẽs,ipſa profectò experientia edocti,hanc vnam exercitationẽ mederi raritati poſſe: itaque nulla planè ad propoſitum affectũ

†In Græ. codi. impreſsis deſunt hæc, εἰ δὲ δὴ καὶ ψύξις εἰς τοῖς ἀφροδισίοις ἐγγίνεται σώμασι. vt locus ita ſit vertẽdus: Si verò ad huc & refrigeratio in re venerea corporibus accidat, et tũc vtiq; præparatoria exercitatione, ari tereſt vtẽdum.

vtilior eſt. Si verò anni tempus non diſſuadeat, nec à frigido balneo abſtinendũ eſſe cenſeo. Cibus in modo quidẽ dabitur minor, in qualitate verò humidior, vt tũ probè cõcoquatur, tum ſiccitas, quæ ex venere cõtracta eſt, corrigatur. Debet verò nec frigido tẽperamento eſſe, ſed vel medio, vel calidiore. Nam quoniã corpus à venere & laxius, & frigidius, & imbecillius, & ſiccius eſt effectũ: debẽt planæ quæ denſent, & calefaciãt, & vires reparent, adhiberi, atq; ad hæc ſtudiũ omne impendi. Cęterùm quòd efficere hæc venus poſsit, id docere ad præſentem diſputationem nõ pertinet, in qua propoſitũ eſt, quẽadmodũ optimũ corpus quàm cõmodiſsimè poſt veneris vſum exercitetur, oſtendere. Quod ſanè commodè fieri nõ potuit, niſi prius tradito, cuiuſmodi affectus ſit, qui ſuccedere in corpore à venere ſolet. Verũ nũc id cõcedi nobis poſtulamus. In ſequẽtibus cũ euidẽti demonſtratione dicetur, tũ quæ veneris facultas ſit, tũ prorſus vtẽda ſit, nec ne: tũ quæ'nã ex ea cõmoda incõmodaq; pro corporum ſtatu, & temporis anni ratione & loco, & aliis id genus, quæ vtiq; determinare præterea oportebit, eueniunt. Poſt venerẽ ergo ſpecies exercitationis ea eſto, quã præparatoriam vocant. Poſt vigilias autem & triſti-

tiam

tiam, vel ambas, quæ apotherapia dicitur, exercitatio idonea est, si tamen cruditas absit. Nam si qua cruditas subest, omnino exercitandũ nõ est. Quòd autẽ post tristitiam, & vigilias, iam dicta exercitatio ad rem pertineat, etiã vsus ipse ostẽdit: quum ab alia qualibet, non solùm lædi cernũtur, sed etiam imperantes si fortè dolor adhuc angit, parũ æquo animo ferre. Idem ratio ipsa cõfirmat, nõ minus quàm vsus: nã quoniam à vigiliis, & tristitia, magisq; aridi, ac minus dicto audientes planè cernũtur, siccius existimãdũ est, his redditũ esse corpus. Eiusmodi verò affectus, partim molli frictione cu multo oleo, partim tẽperato balneo sanãtur, partim agitatione, sed quæ & tarda sit & citra valẽtiorẽ nixũ, ac quæ subinde quietẽ interponat: Is verò apotherapeutici exercitii modus erat. Ad eũdẽ modũ eæ quæ ab ira, †vel potiõis penuria sicci tates fiũt,]corrigẽdæ sunt. Contraria prorsus à iã dictis ratione humiditates* emẽdare cõueniet: siue hæ nimię potiõis, siue alia quauis occasiõe inciderint: q̃ppe studiũ in his ad siccationẽ dirigitur. Verùm ea cõis omniũ ratio est: mẽbratim enim vnicuiq; differẽtiæ sua est. Igitur si ex lõgiore desidia, & humectãtis alimẽti ĩmodico intẽpestiuoq; vsu, cõtracta humiditas est, lõgiore

† In veteri Græ. codi. legitur ἢ δι᾽ ἔνδειαν ποτὲ γιγνομένας ξηρότητας. i. ob inediam quandoq; fiunt siccitates.

** Medicè legitur in Græc. cod. impressis, κατὰ ταύτην, pro κατὰ τὴν ἕξιν. i. habitus corporis.*

remedio est opus:sin ex liberaliore potiõe quæ pridie sit hausta, citra vllũ capitis, aut oris vẽtris affectũ constiterit, eã vel vnico die persanes licet: si sicca frictiõe largius, & exercitatiõe veloci,& parciori potione, & ficciore cibo vtare. Quippe quæ immodicæ ex vini potiõe humiditates cõsistũt, si ex ea re noxa capiti,aut ori vẽtris cõicata est, de iis agi hoc loco opus nõ est:dicetur em̃ de ipsis quũ de morbosis symptomatis tractabitur. Quæ verò humiditas ex diutina admodũ desidia nascit̃,hęc in propositũ corpis statũ oĩno nõ cadat ęquè: vt nec ea,quæ ex humectãtis natura cibi copia gignitur,quales fructuũ autũnaliũ plurimi sunt, itẽq; olerũ, quæ vtiq; acria non sunt: siquãdo tamẽ acciderint,semel & cõfertim corrigi nõ possunt. Nã si eatenus se fatigabit homo dũ habitũ abũdè siccet, in lassitudinem incidet , ac febricabit omnino diaria febri. Quòd si vitiosæ prætereà humiditates fuerint,etiã febri,quæ in plures extẽdatur dies. Tẽpore verò sanari possunt, vt pòst dicemus, vbi vitiosas intemperies vertere in melius docebimus: qppe similis prouidẽtia acquisititii affectus est, & naturalis intemperamẽti: quare † nunc] de ipsis differere non oportet. Reliquum igitur est, vt de matutina, vespertinaq; frictione

† *Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreßis τὸ εἶναι, pro τὸ νῦν*

ne agamus,non ad eum tamen modũ quo Quintũ reſpondiſſe dicunt,quũ percontanti gymnaſtæ, quã vnctio vim haberet, reſpondit, veſtis ſubmouẽdæ. Iiſdẽ enim quibus nunc vſus ſum verbis,tũ gymnaſtẽ rogaſſe,tum Quintum reſpondiſſe ferunt. Simile Quinti apophthegma eſt, & quod de vrinis circũfertur,nempe eas noſſe,ad*pictorẽ pertinere. Etiã illud quod de calido, frigido, humido, & ſicco aiunt, vtiq;†balnearum ea eſſe noĩa,quæ ipſe ſanè nemini vel Theſſali aſſectatorum impunè dicere, nedũ Quinto permiſerim : ꝗppe ſcurrarũ eiuſmodi facetiæ ſunt, haudquaquã hominis tã grauẽ artẽ profitẽtis.Satius igitur ſit in propoſito iuuene, ad hũc modũ de matutina frictiõe diſſerere. Is nãq; aut ex ſomno aliqd de quo q̃ri poſsit non ſentit,aut laſsitudine grauatur aliqua,aut alia quapiã affectione offenditur earũ,de quibus pauloantè, ac ſtatim poſt laſsitudinis affectus hactenus diſſerui.Ac ſi de nulla qdẽ re cõqueritur, ſuperuacuũ eſt eũ aut fricare, aut vngere: niſi ſi qñ ingẽti frigori occurrẽdũ videtur:tũ nãq; veluti q frigida ſunt vſuri, ſic eos quoq; frictiõe præparabimus.Si verò † laſsitudinis ſenſus vllus appareat, iam dictũ eſt hominẽ tũ & vngẽdũ eſſe,& molliter fricandũ.Simili ratione ſi ſiccior iuſtò

*Mẽdosè legitur in Græc.cod. impreßis γϱάφεως, pro γνάφεως, id eſt, fullonis, vt legitur in veteri.

†In veteri legitur non βαλανεῖον, ſed βαλανέων i. balneatorum.

† Mẽdoſè legitur in Græc.cod. impreßis, ἐκκόπος pro ἐκκοπώδης.

ſit, vngendus dulci oleo eſt: nã id ſicca corpora humectat, fricãdusq; vt omnino parciſsimè, ita nec duriter nec molliter eſt. Quippe ſuccurrere digeſtioni in corpus oportet, non cutis carnísve habitũ mutare, neq; etiã, quod in his cõtinetur, quicquam educere: quorũ mollis vtrũque dura alterũ facit. Si quidẽ hæc cutẽ dẽſat, duratq;: mollis per halitũ euocat, ac corpus laxũ molleq; efficit. Verũ cutis dẽſitatẽ corrigere ſi ſtudes, vtiq; ei quæ ex duris, tũ frictione, tũ *pertractatione, prętereà vehemẽti exercitatione, & multo puluere orta eſt, mollis frictio cũ copioſo & dulci oleo medetur. Quæ verò contracta ex frigore eſt, eã primũ frictione ſicca ac celeri, deinde cũ oleo adhibito calefaciẽtes, naturæ ſuæ reſtituemus. Laxitatẽ verò, quæ frequens balneũ, & mollẽ frictionẽ, & veneris vſum conſecuta eſt, paucula frictione, primùm quidẽ ſicca, deinde cũ oleo quopiã eorũ quę aſtringãt, ſanaueris. Humiditatẽ verò, quæ nimię potioni ſucceſsit, ſicca frictio, & cũ linteo adminiſtrata, vel cũ manica, quã χειρίδα græcè vocant, interdũ etiã ſolis manibus, idq; vel citra oẽ pingue, vel †cum eo planè exiguo] corrigit. Sit autẽ, & quo per halitum euocet, oleũ ipſum dulce, omniſq; aſtringẽtis facultatis expers: atq; ita quidẽ ſe habet

*Quidam hoc in loco mẽdosè legũt pertractione, in Græ. enim legitur βλάβαις pro λάβαις. vide quæ annotauimus ſuprà in pagin. 398.

†In Græco veteri codi. legitur σὺν ἐλαχίστῳ γινὶ ἐλαίῳ id eſt cum oleo quopiam exiguo.

bet matutina frictio. Veſptina verò iis vtilis eſt quos vel laſsitudo valida premit, vel ſiccitas male habet, vel atrophia macerat: ita vocant Græci, quũ corpus ex alimento fructũ non ſentit. Verũ atrophias ſymptoma nũc præſertim ſeponatur, vnà cũ reliquis morboſis ſymptomatis, quæ pòſt tractabũtur. In propoſita verò natura, quum vel valida laſsitudo, vel immodica ſiccitas corpus afficit, prãdiũ minus eſto, tũ ab eo ad cœnã lõgius interponatur tẽpus. Plurimũ quieſcat, exiguũ tamẽ quippiã inambulet, quo cibus per erectã agitationẽ concuſſus ſubſidat. Vtilius etiã ſit, ſi & aluum exonerare poſsit: his etenim probè peractis, ſecurus oleo dulci frices, vẽtrẽ tamen omnino nõ cõtinges, quũ alioqui periculum ſit, ne & cibũ deterius cõcoquat, & ſuccus quiſpiã ex eo ſemicrudus in corpus digeratur, & caput turbetur, & ſtomachus ſubuertatur. Optimũ igitur fuerit omnino ventrẽ nõ attingere. Quòd ſi in muſculis ei vicinis, vel laſsitudinis ſenſus aliquis, vel ſiccitas appareat maior, vngi debebũt mediocriter, & blãdè, & ſuſpẽſa manu. Ac ſi cauſas quiſpiam eorũ quæ diximus reddi ſibi cupit, proximũ librũ legat, in quo de morboſis ſymptomatis agemus: nam hũc mihi videor ſatis hactenus extendiſſe.



CLAVDII GALENI DE SANITATE TVENDA LIB. QVARTVS, THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

Quæ in quarto libro de tuenda sanitate habentur.

Eandem esse rationem vitandæ laßitudinis, & summouendæ.

Vnde singulatriū laßitudinis specierū proueniat.

De vlceroso sensu falsam quorundam opinionem impugnat.

Vlcerosæ laßitudinis curatio ex prauorum humorum redundantia.

Dignoscendi mali succi notæ.

Quæ ex sudore, quæ ex ipsa vrina liceat dignoscere.

Regula mittendo sanguini obseruanda, ex ipsa exuperantia humoris cognitione.

De cibis & medicamentis quæ hisce laßitudinibus conueniant plura differit.

Curatio vlcerosæ laßitudinis, si adsit crudorum humo

humorum redundantia.
Curatio mista duarum laßitudinum.
De laßitudinis tensiuæ curatione.
De laßitudinis phlegmonosæ curatione.

QVOD plerique omnes recentiũ medicorum faciunt, qui dũ tempus sophistarum cauillationibus terunt, quod maximè necessariũ est, aut leuiter tantùm attingunt, aut prorsus omittunt, id ipse non faciam: sed (quod ab initio institui) ei quod necessariũ duxi insistens, quæ logicam magis speculationem habent, in aliud tempus differã. Statim enim de morbosis symptomatis, de quibus hoc libro differere statui, non leuis quæstio oritur, eáne ad valetudinis tuendæ artem spectent, an ad eam quæ medendi rationem præscribit, an harum neutrã, sed tertiam quandam, quam nonnulli †mediam] statuunt, neutramq; appellant. Ego haud ignarus, siue quis in sanitatis tuendæ, siue etiam medendi arte, eorum meminerit, fore vt æquè à cauillatoribus suggilletur, illud quoque intelligens, etiã si quis tertiam tractationem his dicet, de neutris eam affectionibus inscribens, vel magis irrisuros, cõtumeliososq; futuros, prætereà quæsituros de maribus & fœminis in quónam opere præcipiam, in hoc volumi-

† *Μέσην ὑγιείας τε καὶ νόσου. id est mediam sanitatis, & morbi.*

ne de iis agere potiſsimùm elegi. Si enim fieri nequit vt ſophiſtarum nugamēta deuitem, atqui hac ratione minus erunt importuni, vtique ſic faciens, melius conſuluiſſe videbor. Huc accedit, quòd ex ſpeculatione ipſa, magis intelligetur ipſa doctrinæ communio, ſi quis illa, quæ dicentur, attētius leget: ea hinc ingrediar. Artis quæ valetudinem tuetur, non leuis portio eſt ea, quæ de exercitatiōe præcipit: huius rurſus non exigua pars eſt, quæ laſsitudines præcauet: porrò monſtratum in ſuperioribus eſt, ſimilem rationem eſſe inſtantis laſſitudinis cauendæ, & eius, quæ iam occupauit, ſubmouendæ. Ergo nō alibi quemadmodum hāc futuram vites, alibi quemadmodū iam vrgentem corrigas, tractandū eſt. Atq; hac quidē de cauſa in proximo libro, qui totius operis tertius eſt, de laſsitudine quæ exercitationi ſuperuenit, diſputatum erat, ſimul habita mētione de ſimilibus affectibus, quorum alioqui exercitationes maximè ſequebātur. Nunc primum quidem de his, prout citra exercitationem incidunt, agemus: ſecūdo loco de illis, quæ ſimilitudinem quandam cum his habent. Ac quæ immodicas quidem exercitatiōes laſsitudo excipit, ſanorum ſymptoma eſt: quę verò ſine his cōſiſtit, morboſum. Itaq;

&

& ab Hippocrate dictum cõmodiſsimè videtur, [Laſsitudines ſpõte natę morbos nũtiant.] Atq; vlceroſus quidem ſenſus ſymptoma laſsitudinis eſt. Cauſa verò vnde ea naſcitur, affectus laſsitudinis eſt. Porrò huius rurſum ipſius cauſa bifariam ſcinditur: Aut enim intra ipſum animalis continetur corpus, vocantque græcè προηγουμένην: aut omnino nõ ineſt, vocantq; προκαταρκτικήν. [Nos illam internam, hãc externam, non incommodè vocemus.] Itaque tria in vniuerſum genera ſunt, de quibus habẽdus ſermo eſt, ipſius laſsitudinis ſymptoma affectus vnde hoc oritur, & affectus ipſius cauſa. Cuiuſque verò horum ſpecies quædam differentes ſunt: cauſarum (vt modò diximus) externa & interna: affectus, vt in præcedẽte libro docuimus, is qui vlceris, & qui tenſionis, & qui phlegmones ſenſum inuehit: ſymptomatis verò, ipſi tres ſenſus [neq; pauciores verò:] neq; plures his differẽtias veras ſaltem nominare poſsis. Qui igitur vlceris ſenſum facit (incipiendum enim ab hoc eſt) motis quidẽ grauẽ excitat ſenſum, ceu corpus vlceretur: idq; vel circa cutim tantũ, vtiq; quum eſt moderatior: vel circa ſubiectam illi carnẽ, quũ eſt valentior: vel circa vtrãq; quũ adhuc eſt atrocior. Atque hoc quidẽ eſt laſsitudinis ſymptoma. Affe-

Nõ eſt in Græco.

ctio

ctio verò ex qua id naſcitur, acrimonia eſt tenuis,& calidi humoris, q corpus erodit, ſtimulat, ac pungit. Oritur hæc aliquando ex immodico motu, vt in proximo libro oſtendimus: aliquãdo ex vitioſo ſucco, qui imprudẽtibus nobis in corpore ſuccreuit. Tales verò laſsitudines, ſpõtaneas Hippocrates appellat. Alterũ verò laſsitudinis genus (nẽpe in quo tẽſio ſentitur) quoties ſua ſpõte incidit, plethoris ſuperuenit: quippe tenduntur † ex hac ſolidæ animalis partes, præcipuè in quibus ſucci cõtinẽtur. Tertiũ laſsitudinis genus quod phlegmones ſenſum affert, ex ambobus oritur, tum nimia boni ſucci abundãtia, tum predicto vitioſo ſucco. Nõ enim quæuis mali ſucci ſpecies, ſed tantùm in qua rodens acrimonia cõtinetur, vlceroſam laſsitudinẽ creat: ſed nec eiuſmodi quidẽ ſuccus, dum in venis cum ſanguine miſcetur. Latet enim tũ eius vis: vtpote trãsfluentis, & à ſanguinis bonitate ſuperati. Verùm quũ ab his trãſlatus in carnibus,& ad cutem ſolus hæret, vlceroſum † ſenſum tũc ingerit. Qui verò ex abũdantia naſci hanc laſsitudinẽ putant, ſanè falluntur: nam neq; ex ea copia, quã plethorã dicimus (hæc enim eam, quæ de tenſione quæritur, gignit) neq; ex ea, quæ vires prægrauat. Nõ enim eroſio aut *vlceris phanta

Aldi. ἐν ταύταις, *id eſt, in his.*

† διάθεσιν τε καὶ αἴσθησιν, *id eſt affectũ et ſenſum.*

* ἑλκώδης αἴσθησις *i. vlceris ſenſus.*

tasia, sed vel grauitas, & ad motiones segnitia, talis sunt abundantiæ symptomata, vtiq; dum ad animales collata vires, eas superans premit, vel pulsus quædam vitia, si quãdo vitalẽ vrget, de quibus dictũ abũdè est in iis, quæ de pulsu scripsimus, æquè vt in libro quẽ de abũdantia scripsimus, etiã notas, & naturaliũ virium quũ premũtur, & reliquarum ambarum, tradidimus. Non est igitur abundantia, eius lassitudinis, quæ vlceris sensum præfert, causa, imò humorũ, qui in cute & carne cõtinentur, acrimonia: hæc enim vt quieta sensum latet, sic agitata protinus sentitur. Motus huic lassitudini primus, ac plurimus propriis quibusdã rãtionibus accedit, quas mox dicemus. Alter ex incidenti scilicet, quũ nobis partẽ aliquam, aut etiã totũ corpus mouere volẽtibus, cum hoc humores qui in ipso cõtinẽtur, simul mouemus. Verùm hic minimus est motus, & lassitudinis duntaxat sensum infert, vehemẽtior rigorẽ excitat. [Appello nũc rigorẽ nec illum vehementis frigoris sensum, nec duritiem, sed inæqualẽ totius corporis concussum, & turbationẽ,]medius verò inter vtrunq; horrorẽ inducit. Quod autẽ nihil obstet, etiã si calida causa sit, quò minus rigorẽ horroremq; excitet, in iis, quę de symptomatum

[Hæc in Græc.cod. non habẽtur, neque videntur adijciẽda.

cau

cauſis ſcripſimus, oſtenſum eſt: nunc ſatis fuerit, ſummas tãtũ eorũ, quæ illic prodidimus, ad præſentẽ diſputationẽ, quaſi baſim ſubiicere. Quum in ſenſibili corpore ſuccreuit excremẽtũ mordax, duplici id ratione ad motũ incitatur: vna, quum à ſenſibili ipſo corpore impellitur, vtpote quod repellendi alieni vim obtinet: altera, quũ vehementiore motu agitur, id quod tum ab exercitando, *tũ frictione, tum balneo] conquirit. Ergo quæ ſubcalida & putrida excremẽta ſunt, vbi vehemẽtius mouẽtur, nõ horrorẽ modò rigorẽ've (qualẽ diximus) afferunt, ſed etiã febrem accẽdunt. At quæ frigida ſunt, & ex partibus tenuibus conſtãt, ea horrorẽ quidẽ rigoremq; creãt, nõ tamen febrẽ excitant: porrò vim quãdam vtriuſq; congeſtam eſſe oportet, ſi hæc fecerint. Quæ verò aut planè exigua in ſenſibilibus corporibus excrementa mordacia, aut multa illa quidẽ, ſed tamẽ non planè adhuc mordacia ſubhæſerunt, hæc vlceroſam laſsitudinẽ faciunt. De quibus vtiq; hoc libro nobis eſt agendum, quando quæ febrem accendunt, ea ad medendi artem ſpectant. Sanatio vtriuſque generis partim cõmunia curationis amborũ conſilia recipit, partim vtriuſque propria: dicetur verò priùs quæ communis ſanatio eſt. Oportet igi

*Locus in Græc. cod. impreſ. eſt diminutus. Interpres autẽ ne ſententiã relinqueret mutilatã hæc pauca adiecit, quorũ loco hæc habentur in veteri Græc. cod. καὶ θυμοῦ, ἢ καὶ τῆς ἐκ τοῦ περιέχοντος θερμασίας. i. & ex ira, tũ ex ambiẽtis caliditate.

igitur excrementum ſiue calidum id ſit, ſiue frigidũ, ipſum aut expellas, aut certè alteres. Recipit verò non omne excrementũ alterationẽ à natura: ſi quidẽ nec omnis cibus in cuiuſuis animantis ventre concoquitur: ſed cognatio quædam ei quod concoquit, cum eo, quod concoquitur, eſſe debet. Quod igitur omnino alienum eſt, nulla fieri ratione poteſt, vt id naturæ ſuæ gratiam recipiat, ſed educere id quamprimùm eſt tentandum: æquè certè vt quæ in ventre corrupta prorſus ſunt, ea vel vomitione, vel deiectione expelli profectò eſt optimum. Non tamen perinde promptum eſt in carne, atque aliis corporibus imbibitum vitioſum ſuccum educere: vt qui in eis, quorum ſenſibilis capacitas eſt, continetur. Interdum nec ipſa laborantis natura, medicamentum quod malum ſuccum maturè vacuet, admittit: Sicuti interdum & alius quiſpiam affectus obſtat, qui talem educendi rationem reſpuat. De quibus mox dicam, ſi prius quod reliquum erat, in ſuperius poſita diuiſione, adiecero. Quippe quæ communiter ſpectant, qui excrementorum vitiis medentur, ea iam diximus vacuationem, alterationemq́ue eſſe: †propria verò vtriuſque generis nunc adiiciamus.] Neque enim vna tantùm ratio

†*In Græ. codic. impreßis legitur* ἰδίως δ' ἑκατέρων προσθέντων ἡμῶν, *ſed in veteri habetur* ἴδιος δ' ἑκάτερος ἐν τῇ τροπῇ ἐστιν. *i. propria autẽ vtraq; in mutatione eſt.*

tione educendũ, alterandúmve est: sed explorata quæ * ei quod affligit, maximè sit accõmodata, ei est insistẽdum. Ea verò (vt in summa cõplectar) ratio est, quę ex contrario opẽ molitur: priuatim verò quæ ex cuiusque contrario. Et summæ quidem totius rei, hæ sunt quæ latius tamẽ nobis nũc explicandæ sunt, vnà cum sua cuiusq; euidenti demonstratione: idq; ab vlceroso affectu orsis. Quoniã igitur eiusmodi lassitudo vitio acrium excremẽtorum oritur, ante omnia considerandũ est in solidis'ne tãtum corporibus, an intra venarum sinus malus succus contineatur. De iis verò quæ intra venas sunt, nullum planè nec manifestum, nec euidens signum habemus, pręter solam vrinam: coniicere tamẽ ex his licet. Primùm æstimabimus quónã, qui affligitur, vsus sit victu: secundò solitúsne sit malum succum naturæ sponte congerere: ad hæc, an naturalis aliqua, & consueta excretio iam desierit: quartò an exercitatione † purgatione per vomitum, aluúmve] aut vsu aquarum sponte nascentium soliti superuacua expellere, id intermiserint. Atq; in victu quidem videndum, an cruditas & crebrior, & maior, quàm ex consuetudine præcesserit: an mali succi cibis copiosè se impleuerint: an vinum pro antiquo mustũ,

*Mẽdosè legitur in Græc. cod. impressis τοῦ λοιποῦ pro τοῦ λυποῦντος.

† In Græ. legitur, ἢ καθάρσεσιν, ἢ ἐμέτοις, ἢ αἰωρήσεσιν. i. aut purgationibus, aut vomitibus, aut gestationibus.

pro

pro tenui crassum, an* aqua marina mistũ biberint: an etiã prorsus à vino se ad aquæ potionẽ transtulerint: nec semel, bis ve in quolibet horũ peccauerint: sed assiduè bonoq; tempore. Secundò, sicuti diximus, æstimandum, num ex eorũ numero qui facilè malum succum congerunt, lassatus ipse sit. Deprehendas, id percontatus an scabie, aut lepra, aut vitiligine, aut pruritu crebro sit affectus. Item an erysipelas, aut herpes, aut elephantiasis, aut ophiasis, aut alopeciasis, aut pustulæ crebræ, aut epinyctides, aut denique vllum symptoma quod ex vitioso succo & natum & auctũ est, illum malè habuerit. Ab his cõsideranda diximus, cõsuetáne vlla excretio retenta sit per vomitum, vel hæmorrhoidas, vel fistulam aliquã, vel dysenterian, vel si mulier est, per menstruũ profluuiũ. Deinde num ipse medicamento se purgare semper solitus, id intermiserit. Nonnulli enim sunt, qui deiectoriis medicamentis, alii vomitoriis, aut vrinam sudorémve cientibus, aut vsu sponte nascentium aquarum, vtiq; quibus aut sulphuris, aut bituminis, aut nitri vis inest, vere, vel autumno quotannis soliti excrementa vacuare, aliquando id negligunt. Multi (vt dictum est) exercitationum consuetudinem dimiserũt. Alii rursus omnis frictionis, aut

* τεθαλα[ττω]μένον.

balnei, aut à vino dulci poſt balneũ vomitionis, morem prætermiſerũt. Sanè cõſtat, non illorum modò nos, qui optimo ſunt corporis temperamẽto feciſſe mẽtionem, ſed quò nihil in mali ſucci cauſarum catalogo ſit prætermiſſum, etiam eos qui vitioſum ſuccum natura promptè congerũt, ſermone comprehẽdiſſe: de quibus fuſius inter vitioſos corporum ſtatus proximis voluminibus agemus. Atque ex his quidem de mali ſucci modo coniecturam facere oportebit, ac remedium ad menſuræ eius quantitatem proportione inuenire: medio crius, ſi omnino ſit exiguus, & ad cutẽ tantum collectus: valentius, ſi multus & in profundo. Prius verò eius qui exiguus, & iuxta cutem eſt, curatio dicetur: deinde eius qui in carne reſidet: tertiò ab his loco eius cui totus ſanguis impurus extremẽ toſusque eſt. Sed ſi quis iam inſtitutum mihi ab initio repetens, boni ſucci iuuenem dederit, qui prius ſalubri omnino victus ratione ſit vſus, nũc neceſsitate quapiam vrgente, longi temporis iter confecerit: In quo nec exercitatus, nec lauatus pro conſuetudine fuerit, cibis potioneque mali ſucci vſus ſit, tum à prandio vel cœna, vel etiã toto die, vehiculo ſit vectus, nec bene plerunque dormierit. Illud tamen addatur,

nih

nihil huic in modo aſſumptorum erratum eſſe, proindeq́ue nec in cruditatem vllam incidiſſe: talis multum mali ſucci congeſſiſſe profectò nequiuerit: itaque etiam nec remediũ operoſum requirit, imò exercitationem tantùm, quæ apotherapia dicitur: quam in proximo ante hunc libro docuimus: vbi pariter de accommodata ei rei victus ratione pręcepimus: quò minus eſt hîc multis morandum. Tantùm eius meminiſſe conueniet, huc omne conſilium dirigere, qui corpora ſic affecta curat, vt excremẽta, quæ circa cutem ſunt, educat: propterea quòd affectus in hac vna conſiſtit. Itaque rurſus detur, eundem iuuenem præter alia, quæ eadem ſint, etiam in cruditates ſæpe incidiſſe. Detur & vlceris ſenſum habere non cute tenus modò, verumetiam altius in corpore, ſic vt totum id malis ſuccis refertũ ſuſpicere: huic nec exercitationem, nec vllum omnino motum iniungemus, ſed quieſcere, ac dormire iuſſum, in abſtinentia totum diem exigere cogemus: Dein veſperi pinguiter vncto, & tẽperato balneo mediocriter lauato pro cibo dabimus ſorbitionem aliquam boni ſucci, ſed planè quàm minimam: nec tamen à vino eum abſtinebimus, cõcoquit enim id ſemicrudos humores, quãtũ aliud quiduis, tum

ſudorẽ vrinãq́; promouet, ac ſomnũ cõciliat. In iis autẽ qui ita ſe habent, id agendũ nobis eſt, vt quod mali ſucci iam planè corruptũ eſt, nec cõcoqui etiam poteſt, id ſudore vrinaq́; expellatur: quod ſemicoctũ adhuc eſt, concoquatur, atq; vtile reddatur. Id autẽ optimè quiete ſomnoq́; confiet. Si ergo his peractis, malũ cõſtiterit, ad cõſuetudinẽ rurſus reducendus homo eſt. Sin in poſterũ etiã diẽ duret, de valẽtiore iam remedio eſt cogitãdũ, maximè ſi per noctẽ, vel laſsitudo magis quàm antè, vel faſtidiũ infeſtet, vel peruigilet, vel ſomnos turbatos, & † imaginationibus inquietos habeat: his enim ſi vires non diſſuadẽt, duorũ alterũ, aut ſanguis mittendus eſt, aut purgatio exhibẽda, ſed diſcernẽtibus nobis, vtrũ magis expediat, vt mox dicetur. Sin vires imbecilliores dehortãtur, ſanguis mittendus haudquaquam eſt, ſed deiectio mediocris adhibẽda. Cuiuſmodi autem deiectio mediocris ſit, in ſequẽtibus docebimus: ſed ſi prius quæ priora ſunt definiuerimus. Nam viriũ robore cõſtãte, ſi laſsitudo adhuc infeſtat, æſtimãdũ eſt cũ ſanguiníſne copia, an cũ crudis humoribus, an per ſe ſolus cõſiſtat vitioſus humor, qui laſsitudinẽ creat. Nã ſi cum ſanguinis copia, aut vena incidẽda, aut aliquid quod tantundẽ valet, agẽdũ.

† In Aldi. mẽdosè legitur τραχώδεσι. pro ταρα χώδεσι.

Sanè

Sanè tantūdē possunt hæc quibus hæmorrhoides sunt retētę,si has emiseris:si mulieri menstrua cōsuetudo cessauit,hāc prouoces:Si quibus horum nihil est, si malleolos scalpello incidas. Post hæc aluus eo medicamēto deiicienda est, quod maximè accōmodatū malo succo sit. Quòd si vitiosi tātùm succi, hiq; citra sanguinis copiā subsint,purgatio petēda est,quæ infestanti excremēto sit accōmoda. Infestat verò aliâs biliosum, aliâs atræ bilis,aliâs pituitosum, sed quod vel salsum , vel acidum sit: atque horū quodlibet aut crassius, aut sero propius, aut media quapiam consistentia : de quorum discernendorum notis nunc agamus.Si cum pustulis quæ Græci ἐξανθήματα vocant,lassitudinis affectus cōsistat, ex his facilis inuentu erit excrementi species: sin absq; his in boni quidē succi corporibus, tum ex iis qui præcesserunt cibis,tum reliquis,quæ ipsis corporibus inciderūt. In his verò qui malos succos natura colligunt, hinc quoq; nihil capiendū. Sed de eiusmodi tēperamētis vberius pòst agetur,nūc de reliquis agamus,ex quib⁹ licet de mali succi specie cōiecturam accipere. Qui in otio degūt, hi pituitosum aceruare succū solēt. Quos multus labor exercet , hi biliosum vel melancholicū : illū æstate , hūc autu-

mno gignũt. Quinetiã an diuturni labores fuerint, inſpiciendũ eſt: quanto enim fuerint longiores, tãto ſunt ad atrã generandam bilẽ magis procliues. Præterea qui cũ multo ſudore obeuntur, hi craſsius excrementum faciũt. Qui ſine ſudore peraguntur, magis tenue, veluti qui hyeme, & frigido aëris ſtatu ſuſcipiũtur. Conſiderandũ adhæc eſt, non ſolum de vrinæ multitudine,[& qualitate] ſed etiã de ſudoris qualitate: hic nanque partim acidus, partim ſalſus eſt, partim veluti lutum, aut virus planè olet: licet autẽ hoc ex ſtrigili deprehendere quũ lauãtur. Sæpe nanque amarus planè apparet, qualis vtiq; morbo regio laborãtibus emittitur. Eius verò dignotio, etiam citra guſtũ facilis eſt ex ſolo colore: quippe pallidus pro eiuſmodi bilis ratione apparet. Sæpe tamen poſt validiſsimos labores, vehemẽteq; æſtũ, planè flauus conſpicitur. Aliquando medius, atque ambobus miſtus cernitur: veluti quodammodo ex pallido flauus, ὠχρόξανθον græcè dicũt. Ad eundem modũ & ipſe bilis humor ſe habet, quando hunc quoq; in vomitu, deiectioneq;, aut pallidum, aut flauum, aut ex vtroq; cõpoſitum licet intueri. Qualiſcunq; verò is in corpore habetur, tale neceſſe eſt eius appareat ſerum. Ac ſudor quidẽ ſuccorum, qui

in vniuerſo corpore abundant, nota eſt: vrina eorũ tãtum, qui vaſis cõtinentur. Omnino ergo nihil omittendũ: ſed ſudor quoq; ipſe (vt modò diximus) inſpiciendus. Aliquando verò ipſum qui afficitur guſtare ſudorẽ ſuum, quo certius internoſcatur, iubemus. Id quod aliquando ſua ſponte accidere ſolet, dum ex fronte, & eius partibus in os ſæpe delabitur. Aeſtimare præterea vrinæ tum cõſiſtentiã, tum colorẽ oportebit: ſed nec quæ in ea pendent, aut ſidunt, prætermittere conueniet, ſed omnia perpẽdere. Cuiuſmodi enim ſanguis ſit, qui in vaſis continetur, ea planè oſtendunt, quando ſi is bilioſus ſit, ſerum quoq; eius bilioſum eſſe neceſſe eſt: idq; pro vtriuſuis bilis ratione: ſimili modo pituitoſum, ſi is ſit pituitoſus. Ergo vbi crudus planè is eſt, vtiq; tenuis aquoſaq; vrina cernitur, nihil nec quod ſidat, nec quod pendeat in ſe habẽs. At vbi is cõcoctus eſt, hæc in vrina apparẽt, atq; etiam nubeculæ quædam deſuper tenues ſuperſtant, veluti quod in ſummo lacte colligitur Græcè γραῦς dicitur, & quod in ſummo refrigerati iuſculi concreuit. Quòd ſi turbida ſit, qualis veterinorum viſitur, crudis refertas venas indicat, nõ tamen ceſſare naturã, ſed eos valẽter concoquere. Si verò celeris ſeparatio craſsi à li-

† Mēdosè legitur in Græc. cod. impreſſu, φύσει, pro δηλοῖ, vt legitur in veteri.

quido in ea cernitur, ſitq́ue quod ſubſidit album, leue, & æquale iamiam ſuperaturā eos omnes naturā † indicat. Sin quū emingitur pura ſit, protinus verò turbetur, iam crudi ſucci concoctionem aggredi naturā docet. At ſi interpoſito tempore turbetur, non protinus, ſed pòſt aggreſſurā inſinuat. Verùm omniū quæ turbantur vrinarū generalis nota eſto, ipſius craſſi à liquidiore ſeparatio, aut properè, aut tardè facta, aut omnino nulla. Ergo ſi protinus fiat, & quod ſubſidit, ſit albū, leue & æquale, ſuperiorē longè naturā ſuccis, quos concoquit, oſtendit. Sin bonum ſit quod ſubſidit, ſed quod poſt longius interpoſitum tēpus colligatur, etiā naturā tēporis ſpatio ſuperaturam ſuccos nuntiat. Si verò vel omnino nulla ſeparatio, vel id quod ſubſidit malum ſit, imbecillitas naturæ ſignificatur, egetq́; ope aliqua ad ſuccos percoquendos. Sicuti verò vrina, ſuccorū qui in vaſis ſunt qualitatem prodit, ita ſudor aliaq́;, quæ per vniuerſum animalis habitū apparent, eos, qui illic ſunt, affectus demonſtrant. Quippe ſuperantibus in eo calidis ſuccis, inſolito caloris ſenſu vrgetur: frigoris verò, quum frigidi dominantur. Iā albiores, pituita ſuperante, pallidiores, bili abundante cernūtur: quòd ſi meracior bilis ſit, etiā planè flauio-

res,

res.Si quidẽ color à ſucco prouenit , nõ ex ſolidis animalis partibus, vtiq; quum ſe ſucci in altum non receperũt. Accidit verò id illis propter frigora,rigores,vel animi affectus:veluti timorẽ,vel ingentẽ triſtitiam, vel incipientem verecundiã:quorũ nullũ ſi adſit,nunquam ſe in altum recipient ſucci. Aequè nec in cutem violentius irruentes, hanc adurent vnquam , niſi animus aliquo modo affectus ſit,aut æſtu immodico animal extrinſecus obſeſſum.Ergo vehementer commotis,aut iratis, aut in pudore,veluti reciprocantibus ſe humoribus,inſpicere colorem non oportet.At ſi nec ambientis violentia calidi,frigidíve, nec vllus animi affectus,cuiuſmodi iam dictus eſt, ſubſit,certiſsima ſucci animalis cognitio ex colore datur. Tanquam igitur corpus, ſicubi albius ſolito eſt effectum,pituitoſum abũdare ſuccum indicat:ſicubi pallidius,aut flauius, bilioſum : ita ſicubi ad rubicundius, quàm pro natura , eſt mutatum, ſanguinis abundantiã ſubeſſe ſignificat: ſicubi ad nigrius,nigrã ſupereſſe bilem oſtẽdit.Videas præterea ceu plũbi colorẽ aliquãdo nõnullos habere:rurſus aliquando ceu miſturam eſſe albi liuidiq;:aliquando liuorem ſolũ ſine albo conſiſtere.Ergo eiuſmodi colores, crudos dominari ſuccos indicãt, qui quum

de genere ſunt pituitæ, minus tamẽ humiditatis habent, quàm ea, quæ publicè vocatur pituita: plerunque verò huic nec lentor ineſt. Nam is ſi adſit (Praxagoras eiuſmodi ſuccũ vitreũ appellat) egregiè quidem frigidum, craſſum tamen eo, quẽ crudum per eminentiã vocãt, certè minus. Generaliter igitur eiuſmodi ſucci omnes, albi crudiq́ue ſunt: nomẽclaturã verò alius aliã ſortitur. Nec attinet ad præſentem diſputationẽ ea omnia diſtinguere, quippe ad quam illud tantũ cõmune omnium accidens pertinet, quòd hi ſucci percocti à natura non ſunt, ſed crudi adhuc manent: ſiquidẽ ſanguis in medio eſt bilioſorũ, atq; horũ, quorũ vtiq; genus vno vocabulo appellare licet, vel crudũ ſuccũ, vel pituitã. Illi nanque ex ſanguine fiũt, vbi ſupra iuſtũ modũ eſt percoctus, hi verò ex eo nondũ perfecto. Sunt autem vtriuſq; generis, innumeræ particulares differẽtiæ: cæterũ quæ ab his qui in talibus ſunt periti in numeratas ſpecies iam deſcriptæ: quarũ tamen ipſarũ adeò hîc omnium meminiſſe neceſſe non eſt, vt etiã ſatis ſit eas ad vnũ caput redigere, quod tibi veluti ſcopum agendorũ proponas. Nã quoniã alii priuſquam ad exactũ ſanguinẽ nutrimẽtũ peruenit, veluti ſemicocti ſunt, alii prorſus incocti crudiq;, alii paulò ab-

ſunt

ſunt à ſanguinis forma: rurſus alii ſanguinis faciēdi, ſiue (vt ita dicā) ſanguificationis veluti vltima pars, qui vtiq; exceſſu caloris proueniunt: quorū alii paululum, alii plus, alii plurimū à ſanguine receſſerunt: vbi paululū vel citra ſanguinē reſtitutū, vel vltra proceſſum eſt, audacter mittēdus ſanguis eſt: vbi plus, conſideratius agēdū: vbi plurimū, in his nullus omnino mittendus eſt. Inſpicere verò & quantitatē cōueniet, vt, verbi gratia, ſi bonus ſanguis exiguus ſit, reliquus verò ſuccus plurimus, vtiq; in his abſtinendū à detractione ſanguinis eſt: ſin is quidē exiguus, ſanguis verò copioſus, audacter incidenda vena eſt. Dein deiicere (vt dictū eſt) aluū oportet, ratione habita de abundantis ſucci copia pariter & ſpecie. Quòd ſi quis vel propter ætatē, vel timiditatē, permittere ſe medico ad ſanguinē vllo modo detrahēdū nolit, huic deiicienda largius aluus eſt: aut ſi id quoq; ſuſpectū habet, alia ratione educendū ſuperuacuū eſt. At in propoſita nobis hactenus natura alias vacuendi rationes inuenire difficile nō eſt: in aliis cū diſcretione, & diligēti examine diſquiri eas conueniet. Eā diſcretionē pòſt trademus, vbi de ꝓpoſita boni ſucci natura tractationē abſoluerimus. Pone enim talē hominē

ex mala victus ratione laſsitudine affectũ, deinde ex his quas retulimus notis, in venoſo vaſorũ genere apparere ſubeſſe illi copiã ſemicrudorum ſuccorum, in reliquo verò corpore toto multitudinem horum mordaciũ, quos laſsitudo ſecuta eſt, auctus prætereà illi quodãmodo & ſanguis eſto. Maximè ergo (vt dictũ eſt) detrahere primò de ſanguine oportet, deinde ſuccum illũ educere, qui ſuperare videtur. Non ſuſtinente autem homine ſanguinẽ ſibi detrahi, augere deiectionẽ. Si verò neutrum admittat, aliã quampiã rationẽ iniri, qua maximè ſi non breui, at longiore tempore priſtinam corporis habitudinẽ homo recipiat. Quoniã ergo duo prima ſunt, quibus primũ intentus ſit oportet, qui eiuſmodi affectibus medebitur, crudorũ ſiue etiã ſemicoctorũ, qui ante ſanguinis perfectionem fuerũt, percoctio: & acriũ ac mordaciũ, qui ſecundi ſunt, & ſanguine poſteriores, eductio: abſtinere eos conuenit ab omni valido motu. Blandè verò vnctos, atq; oleo perfrictos, perquàm ſuaui lauare balneo, inde in otio abſtinẽtiáq; habere, atq; etiã ſomno ſi fieri poteſt, minimè ignorantibus, nihil eſſe quod æquè concoquat ea, quæ concoqui poſſunt, & malos ſuccos per habitũ digerat, vt ſomnus à balneo. Quum

igitur (vt paulò antè diximus) primo die experti an facilè finitã laſsitudo ſit, ſimiliter grauatũ hominẽ cernimus, tum mittendus in balneũ ſecũdo etiam die eſt, tum in quiete, abſtinentiaque habendus: æquè verò & ſi iterum, & tertiò [oportere videris, itidem] ieiunũ lauabis, quietem ac ſomnũ ipſis lauationibus interponens. Cõducit ad ſomnũ non in poſtremis ipſum quoq; balneum: ſunt enim qui eo ſunt vſi omnes magis ad ſomnũ propenſi, modò maioris momenti nihil obſtiterit. Adeò tibi ſomnus, & cauſa, & ſignum percõmodũ ſperatæ vtilitatis ſit: velut è diuerſo, non poſſe à balneo dormire, nec cauſa, nec ſignum eſt cõmodum. Quippe plerunque redundantis ſucci indicia, ex ſomno vigiliiſque ceperis: frigidi nanq; ſucci marcorẽ, quod κῶμα Græcè vocãt, & longiores ſomnos inducunt; calidi & mordaces vigilias: & ſi quãdo dormitur, variis imaginibus inquietos, & turbatos ſomnos efficiunt, ſicut ſtatim excitent. Sicuti autem in primo die, ita etiã in ſecundo, ſorbitionem & minimã & ſimplicẽ illis exhibebimus: quippe largè his apponere, quibus auferri potius aliquid debeat, planè eſt contrarium. Sicut rurſus omnino nõ nutrire, & faſtidia ſtomachi, quas Græci ἄσας vocant, creat, & eundem lædit, &

vi

vires labefactat, & malũ ſuccum adauget. Ergo exiguũ his dãdum, ac potiſsimum ſi fieri poteſt, ptiſanę cremor, ſimpliciter cõditus: ſin aliter, * farris, eodem quo ptiſana modo præparatus, cum paulo aceti adiecto, præſertim ſi cruditatis abundantiã, vel in venis, vel in toto corporis habitu, ſubeſſe ſuſpicamur. Quippe ſi nihil prorſus aceti ſit alicæ admiſtum, glutinoſior erit, quàm vt propoſitis cõducat: itaq; obſtruet magis quàm detergebit habitus meatus. Quod tamen maximè petitur in craſsis ac glutinoſis ſuccis, cuiuſmodi planè omnes pituitoſi ſunt. Ac boni quidem ſucci far ipſum eſt, & propterea eiuſmodi qui à vitioſo facilè ſecuros præſtet. Cæterũ niſi lẽtor eius corrigatur, adiectis aceto & porri modico, nõ ſolũ obſtruet, ſed etiam nutriet plenius quã propoſitis ſit ex vſu. Hac itaq; de cauſa ptiſanæ cremor in hoc caſu tutior eſt, vt qui tum modicè nutriat, tum nuſquã per anguſtos meatus hæreat, † ſed & permeet ipſe, & meatus per totũ detergeat, & quicquid in ſemicoctis crudíſve ſuccis cõtinetur craſsi id diſſecet ac reſoluat. Horum ipſorum gratia & mulſa his idonea eſt, & oxymeli, & apomeli, & piper, & zingiber: poſtremò omnia quæ citra vitioſi generationem ſucci, humorem craſſum diſſecant,

* *χόνδρυ, i. alicæ.*

† *In veteri Græco cod. additur ὥσπερ ὁ χόνδρος id eſt, quẽadmodũ alica.*

Sol

ſoluuntq;: quorũ materiã latius in ſequentibus proſequemur. Ad inſtitutũ verò nunc ſermonem, exempli loco poſita ſint, & quæ iam ſunt dicta, & quæ nũc dicenda. Frugũ nanq; maximè apta eſt ptiſana: olerum ſola lactuca: piſciũ, qui ſaxatiles dicuntur: panis, qui & furno coctus, & fermentatus, & modicè, purus eſt. Aues monticolæ, potio oxymeli, mulſa, vinum tenue, & album, ſemelq; quæ boni ſunt ſucci, eademq; detergent, nec glutinoſa ſunt, nec craſſum ſuccũ efficiunt, nec valenter nutriunt. Quæ verò vrinam cient, hoc caſu non probo: maximè quæ præualentia ex his ſunt, & ſanguinem calefaciunt ac liquant: quippe quod cõcoquẽdum probè eſt, huic tanta adhuc vexatio non conuenit. Hæc itaq; omnia ſecũdo die faciẽda ad hunc modũ ſunt, atq; etiam tertio, quartóque. Ad hæc præterea, ſi tum laſsitudinis ſenſus leuetur, tum corpus coloratius appareat, tum ſomni quieti, & vrinæ concoctæ ſint, fricare quidem liberalius, exercitare verò parcè hominem aude bis. His ita peractis, ſi nullus laſsitudinis ſenſus præterea ſuperſit, ad conſuetas ſtatim exercitationes hominem reduces: ſin quicquam appareat priorũ, aut ſymptomatum, aut notarũ, rurſus tu quoq; in id intẽtus, mutare tẽtabis ea quæ particulatim nõ

rect

rectè habent. Si itaq; ſolius laſsitudinis ſenſus recordatio ſupereſt, cæteris notis omnibus bene ſe habentibus, vtiq; apotherapiæ munere laſsitudinẽ ſummouebis: ſin autẽ turbatæ notæ ſunt, & veluti confuſæ, cæterũ laſsitudo abeſt, in quiete maiore ſeruare hominem oportebit. Si verò ambo coïerunt, eadem ratione hominis curam ages, qua prius vſus in eum ſtatum duxiſti, quo etiam exercitationis aliquid tentare auderes. Atq; ita quidem iam comprehẽſo affectui medendũ cẽſeo. At ſi in eodem homine reliqua eadem ſint, cæterũ in laſſo corpore ſanguis bonus exiguus ſit, crudi humores plurimi, huic nec ſanguis mittẽdus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut omnino motus aut balneum adhibendum. Quippe inciſa vena bonum ſanguinẽ emittit, malum qui in primis maximè venis circa iecur, & quod meſenteriũ vocãt colligitur, in totum attrahit corpus. Deiectio verò in talibus, tormina, & roſiones creat, animiq; deliquia, cum eo quod nec notatu quippiã dignũ educit: quando crudi omnes ſucci, pigri, atq; ad motum inepti, propter craſsitudinem frigiditatemq; ſunt. Quò fit, vt etiã omnes anguſtas vias obſtruant, per quas id quod medicamentum deiicit, ferri ad aluum debeat: itaq; nec ipſi educantur,

&

& aliis ſint impedimento. Id quod ſane Hippoc. illo oraculo præcauit, quo breuiſſimè præcipit: [Concocta medicamento tentanda eſſe, non cruda.] Eadem de cauſa, nec exercitare, nec omnino mouere, ſed nec lauare expedit eos, qui in primis venis crudorũ copiam habent: ſiquidem omnes id genus motus, ſuccos illos in totum corpus agunt. Seruandi igitur hi ſunt in omni quiete, dandaq́; ipſis cibus, potio, medicamentaq́; ſint ſingula eius generis quæ attenuent, diſſecent, & conficiant ſuccorum craſsitudinem, idq́; citra manifeſtum calorem. Nã qui excalfacti vehementius ſucci ſunt, ii in omnem corporis partẽ feruntur. Ergo nutries hos maximè oxymelite, aliquãdo etiam ptiſanæ, & mulſi exiguo quopiam. Suſtinent enim hi victum, ſi modò alii vlli, tenuem: ipſa nimirum crudorum copia, quos paulatim coquunt, ad corporis alimentum abutentes. Quoniam autẽ præcordia iſtiuſmodi omnibus turgida inflataq́; ſunt, ac facilè quicquid aſſumpſerint in flatũ vertitur: nõ inutile fuerit longi piperis aliquid cum cibo dare: quippe quod *flatuoſi ſpiritus craſsitudinem ſoluit, & quæ in præcordiis pigra ceſſant, ad ventrẽ inferiorem depellit, & concoquendis, quæ ſumpſeris, ſubuenit, pro communi pipe-

**Mēdosè legitur in Græc. cod. impreßis, λυσώδους pro φυσώδους.*

rum ratione. Quòd ſi huius copia non eſt,vtique albo vtendum: quippe quod ſupra duo reliqua genera ventrem roborat. Sin hoc nõ adeſt,optimum nigrum petendum eſt:id verò fuerit,quod pondere præcellit. Sanè vtilius ſit,& Dioſpolitico medicamento vti: cuius compoſitio duplex eſt: aliâs ex paribus omnibus,cumino, pipere,ruta, nitro, poteſtq; ita magis ventrem ſoluere:aliâs cum†reliquorum pari põdere miſcetur nitri dimidium. Præſtiterit autem cuminũ eſſe quod vocant Aethiopicum:piper verò,vel longũ velalbum.Macerabitur cuminũ in aceto maximè acri, dein cõtinuò id tonditur,aut etiã prius modicè frigitur in vaſe fictili, quod coctũ in camino quàm optimè ſit. Quæ enim exactè penituſq; cocta nõ ſunt, hęc lutoſa potius quàm figulina ſunt, & qualitatũ ſuarũ nonnihil medicamentis remittunt. Sunto verò & rutæ folia modicè ſiccata. Vt enim ſi pluſculum ſiccentur,acria, amaraq; redduntur: & ſupra quàm par eſt calida: ſic,ſi prorſus nõ ſicces,excrementitium quendã humorem retinent, nondum ex toto concoctum, cuius vitio flatum diſcutere minus poſſunt. Quatuor his aliquando deſpumatum mel additur: aliquando nihil, ſed ſola ſine melle reponũtur, ac ptiſanæ cremo

† Mẽdosè legitur in Græc.cod. impreſſis ἐκ τούτου pro ἑκάστου.

mo

mori, & aliis, quibus maximè conuenire videntur, cibis iniiciuntur. Sumitur & per ſe medicamentum hoc, & antę, & poſt cibum. Porrò ad eum vſum optimum eſt, quod mel admiſtũ habet, quod vtiq; curioſè ſit deſpumatũ, id enim flatum maximè diſcutit: ſit autem oportet & mel optimũ, ſi modo, quod flatũ diſcutiat, quodq́; maximè diſſecet, futurum medicamẽtum eſt. Appoſitum ſanè remediũ ſic affectis eſt, & quod ex tribus piperibus conficitur (διὰ τριῶν πιπέρεων Græci vocant) vtiq; quum non admodum medicamentoſum ſit, ex variiſq́; confectum, ſicuti à pleriſque medicorum componitur, miſturæ cuiuſdam ritu, quam καρυκείαν vocat, aut apri à mirificis iſtis coquis conditi, † adeò vt non minimum iis, qui ſumpſerint, negotium ſit immiſta illi medicamenta concoquere]ami, ſeſeli, libyſticum, & alia id genus. Cruda enim minimeq́ue mutata, iis qui ea ſumpſerint longo tempore durare in ventre intelliguntur. Hæc igitur ſubtrahenda medicamento ſunt, præterq́ue hæc eleniũ, & nardi ſpica ceu verò nonnulli componunt, etiam caſia. Expeditur autẽ præparatum habere ad manum dupliciter, ſicut ipſe ſoleo: alterum ſimplex, quod vtique his dandum eſt, qui parum concoxerunt

† Locum hunc non admodũ fidè vertit interpres, eo quòd legit, ſicuti legitur in Græc. cod. impreſſo, προσαιρομένοις, pro προκυρουμένοις, vnde & verbum τοῖς ἰατροῖς omiſit.

runt, & qui recens frigus in ventre habēt, pituitoſum ſuccum: alterum quod medicamentoſum magis eſt, quo maximè vtimur in iis fluxionibus, quæ à capite deſcendunt ad pectus. Verùm hoc quo pacto ſit pręparandū, alibi dicetur: Simplex illud, quo ad cruditatis abundantiam, quæ in primis eſt venis, vtimur, huiuſmodi eſt: Ad cuiuſque trium piperum drachmas quinquaginta, abundè adduntur aniſi, & thymi, & zingiberis, ſingulorum drachmę octo, & ſimplicißimum quidē hoc eſt: etiā hoc ipſo magis ſimplex, à quo detractum zingiber eſt. Alterum verò eſt, quod ex iiſdem conficitur: verùm ad cuiuſq; trium piperum drachmas quinquaginta, reliquorū cuiuſque ſexdecim drachmarum iniicitur pondus: nempe aniſi, thymi, & zingiberis, quo etiā ad propoſita vtimur cōmodißime. Debet autē, ſi haberi poteſt, aniſum Cretēſe eſſe: thymum aut Atticum, aut planè ex editis locis, & ſiccis, cuius quicquid lignoſum eſt circūciſo, coma ipſa vnà cum floribus iniicietur. Eſto verò & piper quod longum quidem eſt, integrum, minimeq; foratum: æque verò & zingiber, nam ambo perforari facilè ſolent. Quinetiam nō ſolùm nō perforatū, ſed & verum illud, quod ex barbaris affertur, piper eſto: hic nanque quod

In veteri habetur ὥστ' ἔργον οὐ σμικρὸν ὑπάρχει τοῖς ἰατροῖς, ἢ τοῖς προκυρυμένοις αὐτὰ τὰ ἐπεμβαλλόμενα φάρμακα ἀποπέψαι id eſt, adeò vt nō minimū negotiū ſit medicis, aut illis qui apparāt, quæ imponuntur medicamenta probè in ipſa miſtione digerere, ac pinſere.

adulteratur, duplex eſt, alterũ quod in Alexãdria maximè cõficitur: alterũ quod herbæ cuiuſdã germẽ eſt. Qua verò maximè ratione internoſci quod adulterinum eſt, poſsit, ipſe docebo: tantiſper præfatus, ne quis aut miretur, aut cauſam reqrat, quãobrem vel componendi, vel probandi medicameuti hîc tradere rationẽ ſubiit: qui in medendi libris non temerè id facere ſoleam. Si quidem in illis cum medicis ipſis duntaxat ago: hîc verò etiã cum aliis vniuerſis, quos aliqui communi nomine, φιλιατρὺς, id eſt medicorum ſtudioſos, vocãt, qui ſcilicet in primis diſciplinis verſantur, quo intelligentiam ſuam exerceãt. Porrò his neceſſe non eſt, nec in libris de ſimplicibus medicamentis, nec in opere de medicamentorum compoſitione eſſe exercitatis, multoq; minus explorandi cuiuſq; medicamenti peritiã habere. His itaque perſcribi in plenum talia omnia ſatius eſt, ſicuti paulò antè de lõgo pipere tradere occepi. Principiò enim experiendum guſtu eſt, diligenterque æſtimandum, an piperis qualitates ſeruet, poſteà in aquam mittendum. Nam quod factitium eſt, ſi per diem totum in humore maceretur, illico liquatur ac ſoluitur. Si ergo tum piperis ei qualitas planè ineſt, nec maceratum reſolui-

tur ſitque (vt dictum eſt) minimè foraminibus pertuſum piper id longum idoneũ iudicabis. Nigrum verò nec exile, nec rugoſum, nec craſsi corticis eſto: ſed, ex eo quod ponderoſum vocant, id quod tũ maximum, tum pleniſsimũ eſt. itẽq; de albo ſimili modo eligatur, quod maximum eſt atq; pleniſsimum. Deinde omnibus ſimul tuſis & per tenue cribrum tranſmiſsis, mel optimũ curioſè deſpumatum admiſceto. Sanè id odorum, flauumq; præterea acerrimũ dulciſsimũq; fuerit, tũ craſsitudine nec planè craſſa, nec liquida, ſed quæ ita cõtinuitatẽ ſuam tueatur: vt ſi digitum in id demiſeris, pòſt in ſublimè attollas, quod mellis ab eo defluit, lõgiſsima quaſi linea ſibi cõtinuatũ videas. Coquitur hoc rectè, aut ſuper carbones, aut ligna omnino arida, quæ etiam ἄκαπνα Græci vocant. Hoc igitur medicamentũ dare conueniet, non ſemel bísve quotidie, ſed etiã ſępe: ſiquidẽ manè, & ante cibũ & poſt, etiam cubitum euntibus rectè datur, cochlearij pleni mẽſura, atq; huius quidem vt paruis, parui, & maximis, maximi: ita mediis ad portionẽ præterea etiam zingiber, quod ex barbaris affertur aceto maceratum. Eſt id virentis herbæ radix, à collectu ſtatim in acetũ coniecta. Extinguitur enim eiuſmodi me-

dic

dicamẽtorum calor circa ipſas primas venas, nec in totum perfertur corpus, veluti aliorum quorundam, cuiuſmodi id medicamentum eſt, quod diacalaminthes, propterea quod calaminthen recipit, vocant: de quo mox vberius agemus. Idcirco etiã oximeli his vtiliſsimum eſt, vt prius diximus, id ita præparari debebit. Quũ melli optimo ſuper carbones ſpumã abſtuleris, coniicies in ipſum aceti tantum, vnde guſtanti nec acidũ nimis, nec dulce videbitur: ac denuo ſuper prunas coques, quoad planè vnitæ amborũ qualitates ſint, nec appareat guſtãti acetũ adhuc crudũ, hinc ab igni depones, quumq; vti voles, aquam ei miſcebis, ita nimirum temperans vt vinũ. Ergo qui bibet, ſi nec de acore eius queritur, nec dulcedine: aſsiduè eo vtatur: ſin alterutro offenditur, adiecto quod deſideratur, rurſus id coques. Neque enim eos probo, qui ſub vna quapiam menſura id conficiunt: qui mihi ſimiliter iis affecti videntur, qui bibentes omnes ſimiliter aquã vino miſcere cenſent: non aduertentes, quibuſdam vtique qui dilutiori inſueuerunt, caput ſtatim, ſi vel puſillo meracius hauſerint, tẽtari: quibuſdam qui meraciore delectãtur, ſtomachum ſi dilutius biberint, ſubuerti. Quum igitur in vino tam

familiari potione iſta incidant, multò ſanè magis in oxymelite, vtpote quàm vinũ tum minùs familiari, tum magis forti, ipſa ſequi par eſt. Satius ergo ſit, ex ſumentis guſtu, †non noſtro, iudicium de modo facere: id eſſe ſumentis naturæ conuenientiſſimum oxymeli ratos, quod vtique eſt iucundiſsimum, proindeq; etiam vtile: contrà, aduerſiſsimum eſſe, quod iniucũdum. Ipſam tamẽ primam ipſorum miſtionem quò plurimis conueniat, talẽ eſſe oportet: Vni aceti parti, †mellis à quo detracta ſpuma ſit, duplum eſt miſcendum: deinde ambo in leni igni coquenda donec eorũ qualitates in vnum coïerint: ita enim nec acetum amplius crudũ apparebit. Cum aqua verò ſtatim ita facies oxymeli: Melli quadruplum optimæ aquæ miſcebis, dein coques modico igni, quoad ſpumare deſinat. Ac malum quidem mel, multã egerit ſpumã: quò etiam diutius coqui debebit. Optimum verò, vt breuiſsimo tempore coquitur, ita minimũ ſpumæ euomit: vnde nec pari ei coctione eſt opus. plurimum certè quartam partẽ eius quod ab initio eſt inditum, amittit: pòſt verò dimidio aceti adiecto, rurſus coquendum, donec qualitatum omnino ſit vnitas, nec acetum crudũ etiã appareat. Conficitur ſanè oxymeli, etiam

trib

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreßis αὐταῖς pro ὄντως.

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreßis διπλασίῳ μίγνυσθαι τὸν ἀφρὸν τοῦ εἰρημένου μέλιτος, pro διπλάσιον μιγνύσθω ἀφρουμένου μέλιτος.

tribus ſtatim ab initio miſtis, ad hunc modum: Aceti vni parti additur mellis duplũ, & aquæ quadruplum: atque hæc ad tertiã partem coquuntur, *vel etiam quartã, ſpuma interim detracta. Quòd ſi valentius id facere ſtudes, tantundẽ iniicies aceti, quantum mellis. Apomeli optimum aqua conficitur, bibitúrq; tota æſtate refrigerantis vice. Poteſt verò, cui id libet, & ad quã propoſuimus affectionẽ, eo cõmodè vti, potiſſimùm vbi coacuit: id quod ei ſæpe cõtingit, aliâs magis aliâs minus, vt pote ex aqua confecto non pluuia, ſicut mulſa, ſed qualibet, quanquam poteſt qui volet, & ex pluuia aqua id conficere, ipſeq́;, ſi pluuiam aquam probarem, id ſuaderem: verùm nec ipſam probo, & nihilo eſt deterius ſi aceſcit, potiſsimum ad ea quæ nũc ſunt propoſita. Quinimò mediocriter etiã acet, quod ſaltem non omnino incuriosè eſt confectũ. Sanè cura conficiendi in eo eſt, vt nec fauus admodum ſit vitioſus, coquaturq́ue bene in fontana aqua, quę & pura ſit & dulcis. Oportet enim expreſſo à fauis melle eatenus in aqua coquere, quoad nulla inde ſpuma exiſtat. Ergo tum hac vtendum potione eſt, tum verò è vinis iis †quæ leuiter aceſcunt. Nutriendum prætereà cibis eſt, qui citra calorem extenuent: cuiuſmodi

*In Græco impreſ. deeſt ἢ τέταρτον, quod habetur in veteri.

† τοῖς ὀξυσμένοις.

capparis eſt ex oxymelite vel oleo ſumptum, ad duos vel tres dies, vt dictum iam eſt. Quòd ſi crudos iam ſuccos ſatis attenuatos ſperas, vinũ dabis, quod & ſubſtantia ſit tenue, & colore fuluum, albúmve: hoc enim & ad ſucci bonitatem, & concoctionẽ facit: illud vrinam mouet. Sunt verò in Italia prioris generis Falernũ, & Surrẽtinum: poſterioris Sabinũ, & Albanum, & Adrianum. In Aſia verò prioris generis Lesbium, & Ariuſium: ſecundi Titacazenum, & Arſyinum, atq; hæc exempli tantùm gratia protulimus. Sunt autem & alia multa, tum in Italia, tum in Aſia, & cæteris nationibus, quæ his ſunt ſimilia: ex quibus facere delectum cõueniet: ad eas quas diximus notas reſpicientem, nempe colorẽ ac ſubſtãtiã: craſſa verò & nigra reiicere, vt quæ tum malũ ſuccum gignant, tũ tardè penetrent. Quòd ſi his adhibitis melius habere ſe ſenſerit: etiam lauare tum hominẽ debebis, vngereq; ac molliter fricare. Vt verò primùm in vrina ſubſidẽtia viſuntur (ὑπόστασιν vocant) tum frictiones augere, tum ad conſuetas exercitationes paulatim reducere. Hoc tempore vnguentis iis quoque vtendum, quæ per halitũ euocent, de quibus & ante mẽtionem feci, & in ſequentibus faciã. Haudquaquam tamen in-

eiuſ-

eiusmodi affectibus vomitu vtẽdum suaserim, sicuti nonnullis est visum tum medicis, tũ gymnastis, falsis (vt opinor) ex iis, quæ à Philotimo & Praxagora de eiusmodi succorũ curatione sunt scripta. Nõ enim quum lassitudinum affectus abundant: sed quũ hi soli infestant, vomitus eos expellit, quippe quũ nullum periculum sit, ne intrò violentius reuellatur aliquid eorum excrementorum, quæ in carne cõstitere: quemadmodũ certè est, quum ambo redundant, & in primis venis cruda & in solidis mordacia. Caueri enim in talibus satius est vtrunque reuulsum, & foras crudorum, & intrò mordaciũ. Sicuti igitur in superioribus cauimus, ne crudi succi foras traherẽtur: ita ne mordaces reuocentur intrò, est vtiq; cauendum. Summæ verò eorum, quorum occasione foras ferãtur, hæc sunt, exercitatio, & frictio, & balneum, & fomenta calida, & vnctio calefaciens: tũ ex animi affectibus, iracundia: & vno verbo, omnia quę succos, qui altè in animãtis corpore sunt mersi, ad motum quoquoversus irritant. Quorum verò occasione intrò ferantur, ea sunt quæ vtique prohibent foras ferri, talia sunt ex iis quę cuti propinquãt, & quæ frigida sũt, & quæ astringunt. Ad hæc, quæcunq; succos [introrsus] attrahunt, aut aliâs quoquo

modo ipſorum intrò motũ excitant: quorum ſunt triſtitia, & horror quacunque de cauſa ortus (quippe quum & ex calida cauſa, & frigida, tum horrorem gigni, tũ etiã rigorem qualẽ ſupra deſcripſimus, eſt oſtẽſum) præterea quæ auditu viſúve, animo aut ſtuporem, aut horrorẽ incutiunt. Hæc itaque omnia deuitanda tum ſunt, quum idem homo pariter & laſsitudinem ſentit, & venas habet crudis ſuccis refertas. Nam neq; qui extra ſunt, rectè intrò reuocãtur: neque qui intus ſunt, foras: imò qui foris ſunt, leuiter educendi per halitum ſunt. Siquidẽ quæ vehementius id faciũt, etiã eorũ quæ intus ſunt, aliqd attrahũt: qui verò intus ſunt, hi attenuandi coquendiq́; ſunt. Quòd ſi vel vomitu eos, vel alui deiectiõe educere violẽtius tentes, vtiq; eorũ qui foris ſunt, aliquid intrò rapueris. Neq; accuſandus Philotim. eſt, ſi tali vſus expulſione eſt, vbi citra vllũ aliũ affectum† crudorum abundãtia in primis venis conſtitit. Quin potius noſipſos aſſuefacere par eſt, vt veterum ſcripta diligentius inſpiciamus. Ergo quibus intus crudi ſucci copia eſt, & foris laſsitudinis ſenſus, iis hyſſopũ in mulſo coquẽs, nõ ſtatim nec primo die, ſed in ſequẽtibus dabis: vomitu verò abſtinebis, veritus (vt diximus) ne quid excremẽti externi

† *Mẽdosè legitur in Græcis co. impreßis ὠμῶν παρακέκται, pro ὠμῶν χυμμῶν περιεῖται.*

int

intrò rursum reuocetur. Praxagoras verò ac Philotimus rationabiliter post eiusmodi mulsum, vomitum probant: propterea quòd crudos citra lassitudinem succos curant. Cæterùm quoniam de his abundè dictum est, tempus monet reliquum aggrediamur affectũ, †in quo cum vlceroso sensu, etiam crudorum copia]in corporis habitum est recepta. Accidunt hæc in iis maximè negotiorum circunstantiis, in quibus aut calor, aut immodicus labor crudos succos à venis in carnem rapit: idque his qui nullam ad præsens recentem cruditatem contraxerunt: quippe hęc si adsit, vniuersum ita corpus crudis occupabitur, cuiusmodi affectus curatio, etiam pòst à nobis dicetur. Verùm quoniam compositum omne posterius simplici est, præstat (arbitror) reliquum simplicem affectum prius expedire, ac deinde ad compositos venire. Quanquam ne hunc quidem omnino simplicem est arbitrandum, sed vt inter lassitudines sua sponte ortas simplicem. Proposito nanque nobis affectu qui lassitudinem excitat, adiicimus illi reliquos. Sed quia in mistione, aliâs simplex, vnaque affectio additur, aliâs composita: ita simplicem appellauimus hanc, de qua nunc agimus. Esto igitur crudi succi

† Hic locus ita legitur in Græc. cod. anti. καθ' ἣν αἱ μὲν φλέβαι αἷμα χρηστὸν περιέχουσι σύμμετρον τῇ ποσότητι, τὸ δὲ τῶν ὠμῶν πλῆθος. i. in quo venæ quidem optimum sanguinẽ cõtinent, & quo ad quantitatẽ mediocrem, crudorum verò humorũ copia.

copia in ſolidis animalis partibus, non in venis, cui accedat vlcerosæ laſsitudinis in his ipſis affectus: quippe talis erat* is, de quo inter initia ſermonis loqui inſtitueramus. Sicuti igitur in quorũ venis & præcipuè in primis crudorum† copia erat, his eſſe à calidis cauendum cenſuimus: veriti ne eiuſmodi ſucci in habitum corporis pertraherentur: ita nunc id timere non oportet. Ergo danda his ſunt, quæ vel ad cutim vſq; calorem ſuum tranſmittant, fricandumq́; largiter oleo, quod relaxandi vim habet, ac potiſsimùm manè quum ſurgunt à ſomno. Nam ea frictio ſimul concoquit crudum ſuccum, ſimul corpoream molem animantis nutrit. Quieſcendum verò poſt hæc diu eſt, ſi quidem probè ſint ceſſura. Sanè multò euidentius efficiant, cuius gratia fiunt, ſi homo exiguum cibum pridie ſumpſerit, nec aliud à cœna bibat, quàm vinum quod fuluum ſit ac tenue. Nec verò illico exercitandum aſsiduè, & vehementer eſt, necubi inprudentes crudo adhuc ſucco nutriri corpus cogamus. Vtilius itaque fuerit manè largius fricare, & poſt id diu quieſcere, ac modicè inambulare, tũ denuo multa vti frictione, & balneo modicè calido, prætereà alimentis quæ & boni ſint ſucci, & minimè glutinoſa. Eorum materia

*Legendũ eſt ĩ Græ. ſicuti in veteri co. οὐ γὰρ ἐξαίρ χῆς ὑπό θεσις.

†In Græ. codic. impreß. poſt τὰς πρώτας, deeſt τὸ πλῆθος.

teria ſuprà iam dicta eſt, vbi ptiſanã ad talia laudaui, & piſces ſaxatiles & aues monticolas. Apti cibi ſunt & qui attenuant, de quibus ſcripſimus vno libro. Nec eſt quod verearis, ne calorem vehementer accẽdas: quinimò medicamẽ quod diacalaminthen vocant, audacter dabis. Eſt verò compoſitio eius huiuſmodi: Accipe calaminthes, & pulegii, & petroſelini, & ſeſeleos, cuiuſq; †vncias duas] ſeminis apii, cacuminũ thymi, vtriuſque vncias quatuor: adhæc libyſtici vncias xvj. piperis verò octo & quadraginta. Ac piper quidẽ grauis eſto põderis, quod βαρυσταθμόν vocant: Seſeli verò Maſſilienſe, petroſelinum Macedonicum, huiuſq; præcipuè Aſtreoticũ: Calaminthe & pulegiũ potiſsimùm ex Creta: ſin minùs, certè ex regionibus editis & ſiccis. Simili ratione & thymum. Atque herbarum quidem quicquid lignoſum durúmque eſt, id abiiciẽdũ. Accipiẽda verò ad medicamentũ folia, atq; ex his maximè quæ ſubtiliſsima virẽtiſsimaq; ſunt atq; in ſummis herbis nata. Ad hæc flores & quę cum his ſunt vnà minutiſsimas tenuiſsimasq; feſtucas, hæc omnia ſimul tundenda cribrandaque ſunt tenui cribro. Quippe eiuſmodi medicamẽta, in totum corporis habitum maximè digeruntur, veluti è diuerſo craſsio-

† In veteri Græco. legitur δραχμὰς ιβ. i. drachmas duodecim.

ra

ra in ventre hærent, vt quæ anguſta venarum oſcula ſubire nequeant. Quamobrem etiam medicamentum, quod dioſpoliticon vocãt, cuius in hoc libro mentionem feci, craſsius facere ſoleo, quoties deiicere aluũ per id ſtudeo. Quidam verò id non intelligens, quũ tenuiſsimũ minutiſsimumq; inſtar pollinis feciſſet, vt aluo deiiciendæ nihil contulit, ſed vrinam planè multam mouit: mecum rem cõmunicauit, mirãs ac ſciſcitans euẽtus eius verã cauſam. Ipſe enim arbitrari ſe aiebat, hominis intẽperantiam (nã ita appellabat) eius quod inciderat cauſam eſſe. Vt verò propriã cauſam didicit eſſe compoſitionis rationem, poſtmodum aliter compoſuit meliore ſucceſſu. Ac huius quidẽ præcepti in omniũ medicamentorum compoſitione meminiſſe expedit: præpoſitum verò in præſenti medicamentũ, omnia prorſus ſubtilia poſtulat, quò facilè in omnem corporis partem digerãtur feranturq;. Miſcendũ verò his ita præparatis eſt mel optimum, curioſè deſpumatũ, porrò vſus eius erit poſt matutinã frictionem, antéq; exercitationẽ & balneum. Licet & ſine admiſto melle, ſiccum medicamentum reponere, eóq; ſalis vice ad obſonia præparati vti licet, & in ptiſana veluti acetũ iniicere, vel in eiuſmodi aliquid pro

pipere. Non modò autẽ ſiccũ ipſum medicamentum, ſalis ritu in vario eſt vſu, ſed etiam quum melli eſt admiſtum, ſiquidem id quoque poteſt cum aliquo cibo miſtum ſumi, ita vt iucundum vtẽti ſit. Poſt cibum tamen nunquam nec hoc medicamentum nec aliud vllum, quod ad diſtributionẽ vehementiorem facit, ſumendum eſt. Non enim diſtribui tunc, ſed concoqui quæ ſumpta ſunt, eſt vtilius. Melius itaq; ſit, iis qui externo aliquo præſidio ad concoctionem egent, hoc tempore exhiberi diatrion pipereon ſimplex, cuius compoſitionem antè expoſui. Quinetiam ipſum piper potioni inſperſum, percõmodum eſt ad ea de quibus agimus. Quòd ſi qua fortaſſe maior neceſsitas inciderit, etiam quod ex ſucco mali cydonii conficitur: cuius omnem cõpoſitionem, vireſq; diligenter in ſequentibus explicabimus. Verùm ad ea quæ nunc agimus, omnium quæ mihi cognita ſunt, optimum medicamentum eſt diacalaminthes, nam craſſa lentaq; attenuat: & per halitum educit, & vrinas mouet, & mulieribus menſes. Eſt autem vſu quoque iucundiſsimum, præſertim quum liberalius mel accepit, quo tempore coqui largiùs poſtulat. Qui verò auerſantur dulcia, & mel fugiunt (nam eiuſmodi quoque naturæ inue

nias) iis parum in cōpositione miscebis. Sanè melius his quoq; fuerit, si largius coquatur: nam & minus est eo pacto dulce, & minus stomachum eorum qui à melle abhorrent, subuertit. Atq; omnia quidem huiusmodi, vel ante nostram admonitionem sibipsi quis excogitabit, vnum scilicet vbiq; destinans: nempe vt quoad fieri licet iucundissimū fiat medicamentum, sed tamen virium eius vtilitate seruata: non enim hanc, dum dulcedini studetur, solui iubeo. Vbi igitur circiter duos vel tres primos dies, ita præparatus homo est, non incommodum fuerit, etiam consuetis eum exercitationibus admouere, animaduersis prius tū coloris bonitate, tū aliis notis quæ in præcedētibus sunt cōprehensæ. Nam si omnia commodè se habere videntur, plenè exercitandus est: sin minus, etiam ante mediocritatem desistet, ac in prius dictis tum victu, tū medicamentis eo die habendus. Postridie rursus exercitationi dandus, super iisdem tum notis, tum scopis, vt quū omnia ex sententia, commodaque appareāt, ad eandem victus rationem reuoces, cui antè insueuit quàm lassitudinis symptomate vrgebatur. Quoniam verò & acopo, quod ex abiete fit, vti expedit iis qui in carne, & tota corporis mole, succos congesserūt, qui aut cō-

coqui † desiderent, aut per halitum digeri: non ab re fuerit, eius quoq; compositionē apponere. Est igitur abietis pulcherrimum semē, circa Arcturi emersum, quo tēpore Romæ September mensis est, apud nos verò Pergami Hyperberetæus: Athenis mysteria. Id semē cōiicere oportet in oleū quolibet anni tēpore: nullum enim in ea re discrimen est. Melius tamen fuerit, si id contundas prius quàm iniicias: quando ita citius oleum sua qualitate vique inficiet. Erit id spacium dierum minimum quadraginta. Nos verò sæpè & tres, & quatuor, etiam multò plures mēses macerari permisimus: [sic deinde semen abiecimus] humidum verò linteo percolauimus. Esto verò eius generis oleum, cui relaxādi vis insit: cuiusmodi in Italia Sabinum est. Coniicies autem in quinque & viginti heminas, eius seminis modum Italicum. Esto autem & hemina ipsa Italica, quam vtiq; & libram nominant. Vbi verò maceratum in eo semen fuerit, multò planè minus redditur. Ei igitur quod reliquum est, idoneus ceræ modus erit, si quatuor libras immiseris: resinæ verò abietinæ libræ vnius partē tertiam, id æquat drachmas triginta duas: iniicies verò & pineæ resinæ tantundem. Quòd si harum copia non sit, earum lo-

† Mēdosè legitur in Græ. codi. impressis δυναμένους, pro δεομένους vt legitur in veteri.

[In veteri Græco codic. pro κάπειθ' οὕτως ἀπερρίψαμεν τὸ σπέρμα legitur κἄπειθ' οὕτω λαβόντες εἶτα τὴν ὑγρότητα τοῦ σπέρματος ἐκκαλέ-

ψαντες, αὐτὸ μὲν ἀπεῤῥίψα μὲν τὸ σπέρμα. id eſt, deinde vbi ſicca accepimus, ac deinceps ſeminis ſuccũ expreſſimus, ipſum quidem ſemẽ abiecimus.

co terebinthina vtendum. Coques verò commodius hæc in vaſe duplici, aut certè igni lento, qualis prunarum eſt: quæ tamen nec ipſæ multæ eſſe debent. Medicamen hoc aptiſsimum eſt ad omnem laſsitudinem, ſeu ſponte ortã, ſeu alia quauis ratione cõtractã. Vtile ſanè medicamentũ eſt & quod ex populi floribus fit. Id tale eſt, Ex floribus populi adhuc conniuentibus, modius Italicus in quindecim aut viginti libras Sabini olei immittitur. Si id præſtò nõ eſt, ſimile aliquod præparãdum oleum eſt. Dictum verò in præcedentibus eſt, ſimile eſſe quodcunq; tenue eſt, nec vllam aſtringẽdi vim habet. Magis verò ad rẽ pertinebit, & ſi modicè cõtritũ ipſum florẽ in oleũ coniicies. Quòd ſi quotidie medicamẽtum dimouebis, idq́; potiſsimũ quum ſol feruebit, ac in domo calida repones celerius ita magisq́; tũ qualitas populi, tũ vis in oleum migrabit. Itaq; poſt binos ternósve menſes potes flore expreſſo atque abiecto, habere oleũ, quod ſine vlla morſione per halitũ digerat: idq́; nihilo minus, quàm abietinum. Quinetiam ceræ, & reſinæ tãtundẽ iniicere licet, quantum paulò antè in id quod ex abiete confici diximus. Si quando verò humidum id quod exprimitur, craſsius videbitur: ſat fuerit, vel quintam partem ceræ

ad

adiici nedum quartã. Ego verò etiã ſextã me addidiſſe ſcio, vbi & oleum craſſum erat effectum, & qui vſurus erat, liquidiore medicamento delectabatur. Nonnulli diu macerari, tum flores, tum ſemina non ferentes, partim ea percoquere in oleo cogũtur, partim aquã iniicere, vtique qui cautiores ſunt: quò videlicet nec torreantur quæ ſunt iniecta, nec oleum vſtionem odore referat. Qui verò his magis ſunt curioſi, in duplicibus vaſis coquunt: hoc fit quum in lebete, in quo ſit aqua feruens, inſeritur exiguum vaſculum, in quod fundi oleum debet: id quod ſanè nos facimus, nõ tamen ad ſemina florésve coquendos, quippe hac coctione minimè egemus, propterea quòd ea diu maceramus: ſed quũ in conficiendo medicamento, ceram & reſinas liquare in lebete paramus. Qui verò celerius ea præparare cogitur, hunc neceſſe eſt, & (vt prædictum eſt) præcoquere, & ne torreãtur, aquam vinúmve iniicere. Atque ad ea quidẽ, de quibus nũc agitur, vtilior aqua eſt, vinum verò ad podagricos affectus, & vno verbo, articulares. Porrò ſufficit tantulum aquæ admiſceri, quantũ coquendo totum euaneſcet: is modus erit, ſi quadruplũ eius, aut quintuplum oleum ſi. Ergo & hæc medicamenta, ſuccos quicunque non craſ-

ſi, nec lenti in carne cutéque reſident, euaporent: & ad hæc quod ex chamemelo fit oleum, tum ipſum ſolũ, tum verò cera reſináque adiectis. Quorũ modus hic quoque ſatis erit idoneus, ſi ceræ pars quarta, reſinæ duodecima ſit immiſta. Si cui verò nullius horũ, quæ memorauimus, oleorũ copia ſit, huic anethinum præparaſſe eſt facillimũ. Poteſt verò & id medicamentũ, per alitum digerere, ſiue ſolo eo, ſiue cum cera reſináque vtare. Dãda verò opera eſt, vt in vaſe duplici & anethinum coquatur: vtiliusq; fuerit, ſi anethum viride ſit, quod vtiq;, ſi quo tempore requiris, cõpetet, maturum id eſto. Iam ſampſychinum oleum, hyeme, & regione frigida, ac tẽpeſtate ſimili, idoneũ medicamentum eſt. Habeto verò ceram ac reſinã id quoque, ſi præſertim manere id ſuper vncto corpore diutius ſtudes. Simili ratione Roſmaris herba oleo incoquẽda. Quòd ſi nec ea ſit ad manũ: betæ albæ radix & †cucurbitæ agreſtis, & altheæ, & vitis albæ, efficaciter euaporant, vbi ſuã ipſæ qualitatẽ, vireſq; in oleo aliquo ſimilis facultatis dimiſerũt. Quodcunq; verò ſic præparatum oleũ eſt, in id, ſi vel ceram ſolã, vel cum ea reſinam iniicere voles, non ſolùm pulcherrimum, ſed etiam quod in loco bene hærebit, vnguẽtum

† σικύου ἀγρίου id eſt, cucumeris agreſtis.

tum facies. Abundè autem omnino erit, ſi ceræ quartam partem, reſinæ duodecimã inieceris. Si verò etiã duas reſinas iniicies, nempe abietinã, ac pineam, quam προβιλίνην Græcè vocant, aut tertiã ſuper has therebinthinam, aut etiam hæ, ſi deſint, humidam pini reſinam: ſic quoque medicamentum feceris, quod euaporandi vim habet, iam hæ ſi deſint, aut ea, quę in fictilibus habetur, reſina miſcẽda, aut quam Græci φρυκτὴν dicunt, id eſt, frixam. nec ignoro tamen has ſupradictis imbecilliores, cæterũ non omnino contemnẽdas. Quũ verò reliquus laſsitudinis affectus ſit, in quo ſupra vlceroſum ſenſum copia crudorum in toto corpore congeſta eſt, de hoc quoque dicendũ eſt. Nec eſt inuentu difficile quẽadmodum emẽdetur, ſi quis ea, quæ dicta ſunt, ſequatur. Si enim vbi in primis venis crudi ſucci copia eſt, diſſecandũ nobis eum eſſe, concoquendumq; diximus, cauentibus ſemper ne in habitũ corporis traducãtur. Vbi verò in extremis venis & corporis habitu reſedit, & concoquendum pariter & per halitum reſoluẽdum: nimirum quibus ambo inciderũt, in iis ambæ rationes ſunt miſcendæ. Atq; id ſiquidẽ pari noxa vrgere videbũtur, æquali vtriuſq; reſpectu: Sin alterũ prægrauat, vtiq; totius curatiõis ſtu-

dio in id propenſo, nec tamen altero, quod minus eſt neglecto. Miſcebis autem vtriuſq; curationem, ad hunc modũ (nõ enim ab re fuerit, exẽplo aliquid de hoc egiſſe.) Suaſimus iis, quibus in primis maximè venis crudi ſucci congeſta copia eſt, ſimplici diatrion pipereon medicamento vti. Ergo ſi non modò in his, ſed etiã in omnibus venis ſit, ſuperq́ue in ipſa carne, in principio curationis, ipſo diatrion pipereon vtendũ, ſed cui admiſtũ petroſelini tantũ ſit, quantum aniſi, & thymi, & zingiberis habebat: poſt primũ verò diẽ, magiſq; etiã poſt ſecundum miſcendum eidẽ eſt aliquid diacalaminthes: mox verò partes æquè miſcendæ, procedente deinde tempore, ipſius diacalaminthes plus addendum: ad extremum verò etiã ſolũ exhibebitur. Ad eũdem modum, & in reliqua omni victus ratione, quoties pares affectus ſunt, miſcẽdæ eorũ medendi rationes ſunt: ſed ita tamẽ, vt inter initia potiores medendi partes iis præſtentur, quæ in primis cõtinentur venis, in fine verò, iis quæ in carne: medio inter hęc tẽpore ambæ rationes æquabiliter miſcebuntur. Hæc igitur & prædicta à me ſunt, & patére iam arbitror, qua ratione corrigere oportet, quod peccatum in ſuccis eſt, priuſquã hominem morbus occupet. Ex iis

enim

enim, quæ in vlceroſo affectu retulimus, quum adiunctū vitioſo ſucco eſt, ratiocinari licet, & de alio quouis, quum ſolus cōſtiterit. Ac de primo quidē laſsitudinum genere, in quo punctionis quidem ſenſus, omnes animalis partes infeſtat, ac cæteris vitioſi ſucci redundātiis, quæ corpori vel ſolæ, vel cū laſsitudine accedunt fermè diximus vniuerſa: de ea verò laſsitudine, quę à nobis tēſionis eſt appellata, deinceps agamus. Atq; hanc quidē quum citra exercitationē conſtiterit, abundantiam indicare aliquam, quæ ſolidas animalis diſtendat, tum aliis quibuſdā probatis viſum eſt medicis, tum nō in poſtremis Eraſiſtrato. Vbi verò ſanguinis redundantia grauat, dictū puto ſupra eſt, optimum eſſe vel venā incidere, vel malleolum ſcarificare. Reſumendus verò idem & nunc ſermo eſt vel Eraſiſtrati cauſa, qui nec in alio quouis, neq; verò in hoc affectu ſanguinis detractione eſt vſus. Ac quòd in ſaluberrima quidē natura, de qua ſermo habetur, licet alia quoq; ratione eiuſmodi redundantiā emittere, dictū ſuprà eſt. In vitioſis nanq;, in quibus videlicet vel in cerebro, vel in ſpiritus inſtrumentis, excrementū ſubſtitit, quantum diſcrimen aditur ſi ſanguinis detractione omiſſa, alia vacuandi ratione

ne vtare: dicetur alicubi in ſequentibus libris, vbi de vitioſis corporum ſtatibus agemus. Sed & dictum iam eſt libro quem de ſanguinis miſsione ſcripſimus cõtra Eraſiſtratũ: quo minus hoc loco longior de his habẽdus ſermo eſt. Sed ad reliquum & tertium laſsitudinis genus, quũ ſpõtè oritur, tranſeundum: quod in ſuperioribus phlegmones ſimilitudinem repræſentare diximus, & propter doloris magnitudinem, & quòd cum euidenti calore etiã muſculos in maiorẽ molem attollat. Hæc laſsitudo ne paucis quidẽ horis, nedum duobus tribúsve diebus, eodem tenore conſiſtit, prout Eraſiſtrato placet: ſed ſtatim febrem accendit vehemẽtiſsimam, niſi ſanguinis detractione, malo prius ſit occurſum. Quinetiam calidiſsimus eſt in huiuſmodi laſsitudine ſanguis, eiuſq; plurimũ detrahi poſtulãt, qui ea premuntur ferè omnes. Non pauci verò eorũ febricitãt etiã ſi ſanguinem detraxeris. Itaq; nec cunctari, nec parum detrahere conuenit. Sed & maturè educere, & niſi quid aliud vetat, ad animi defectum vſq;. Optimum verò fuerit, bis eodem die, ſi fieri poteſt, detrahere: ac primum quidẽ ita mittere expedit, vt animi defectum homo non adeat: ſecundo verò, ne defectus quidem ipſe eſt formidandus

Quippe qui priore detractione reſolutus eſt, ſecundã ſuſtinere haud poterit:in hac verò ſi quid tale homini incidit, facilè reuocabitur.Qui verò ſic affecti ſanguinem non miſerint,hi ſi euaſerint, vtiq; fortunæ beneficio id acceptum ferẽt. Sed nec euadent, niſi alia quapiam ratione leuentur, aut ſanguinis è naribus profluuio, aut largo ſudore effuſo.Porrò æſtimare diligenter oportet, qui ſanguinẽ ſunt miſſuri, in thoracéne, dorſo & lũbis tenſio pulſanſq; dolor figatur, an in capite potius & collo. His enim affectis humeralẽ venã diuides: maximè ſi repletũ caput & calidũ ſentiũt: illis verò internã. Si verò omnino æqualiter laſsitudo corpus occupat, ambarum mediã.Ac ſi ab inciſa quidem vena febrire cœperint, alterius eſt artis nẽpe curatiuæ his proſpicere. Sin autẽ tum non febricitent,primo die poſt inciſam venã,aut ptiſanæ cremorem, aut ſorbitionem ex alica ſolũ dabis.Secũdo verò etiam lauare licet, cũ copioſo oleo: nutrire verò tametſi laueris, planè moderatiſsimè debebis, lactucæ,ſi placet,aliquid offerens: vel, ſi ſit, cucurbitæ, & ptiſanæ.Eſt & alica nõ inutilis,ſiue hanc aceto,vt ptiſanã,condias, ſiue etiã ſine aceto. Si cucurbitæ copia non ſit, malua, betaque & lapatho & atriplice eſt

vtem

vtẽdum. Quòd ſi carnẽ quoq; guſtare velit, ſaxatiles piſces vel oniſcos in albo iure bene elixos dabis. Voco ius album, quũ ſine garo, magisq́; etiã ſine ſuperuacua conditura, cuiuſmodi καρυκίαν Græci vocãt, præparatur anetho, ſaleq́ue cum oleo, & porri exiguo in aquã cõiectis. Vino autem vtiliter etiam ipſo ſecundo die parcet: tertio verò, ſiquidem aquæ potionẽ facilè toleret, tunc quoque vino abſtinebit: ſi non ferat, potiſsimùm quidem apomeli dabis. Quippe leuiter refrigerat ea quoq; potio, quo vtique indigẽt quæ phlegmones ſenſum habent laſsitudines. Hoc ſi non ſit, album & tenue vinum offeres: aliaq́; pro ratione exhibebis, quæ vt boni ſint ſucci, ita minimè calefaciant. Cauendum verò pręter cętera eſt, ne properè & multũ non ſenſim & paulatim renutrias. Quippe qui poſt huiuſmodi exinanitionem, ad priſtinam dietã protinus redeunt, iis corporis habitus crudis ſuccis impletur: quos nimirum antequàm concocti cõmodè in ventre venisq́; ſunt, corporis moles ad ſe rapit. Et hæc quidẽ laſsitudo cõmodiſsimè ad hunc modũ curatur. Quam autẽ ob rẽ in iis qui hac premuntur, iterari ſanguinis detractionẽ iubeam, nec hos multũ ac ſimul reficere: ſatis profectò fuerit, vel

empiricorum cauſam reddere : nẽpe quòd & magis iuuantur quibus ſic eſt emiſſus, & bona valetudine diutius fruuntur qui ſicut comprehenſum eſt, ſunt tractati. Cæterùm & quæ ex natura rei ducitur, rationẽ appoſuiſſe non ſit alienum. Quoniã igitur in hac, quæ veluti phlegmone fatigat, laſſitudine , vis calidi ſanguinis congeſta in corporis mole eſt, venæ autem ſectio ſuccos è vaſis emittit, vtile eſt poſt priorẽ detractionẽ, tantiſper intermittere, dum aliquid eorum, qui in corpore ſunt humores, remigret ad venas. Quod tamen quoniam cõmittendũ nõ eſt vt in iis maneat, vtpote ex dimidio corruptum, ſed potius plurimũ eius expellatur: idcirco detractionem ſanguinis etiam ſecundo die iteramus: aliquando verò & in tertio, vbi videlicet & reuellere, & ex aliis in alia trãsferre viſum eſt conducere. Dictum verò de omni eiuſmodi ratione exactius eſt, in iis, quæ de ſanguinis detractione ſcripſimus : quæ nunc ideò recenſendi locus non eſt, quod & ad medendi artem magis pertinet, & in hoc ipſo fortaſsis opere, plenius de ſanguinis miſsione ſumus acturi. Reliquum ergo eſt vbi docuerimus, nõ eſſe à ſanguinis miſsione feſtinanter reficiendũ, hîc librum hunc finiamus. Præſumetur autẽ, &

ad

ad huius sermonis fidẽ quiddam, quod in opere de naturalibus potentiis est demonstratum. Ibi enim ostendimus, omnibus iis quæ propria natura reguntur, vim quandã esse insitam, qua similes quibus alãtur succos posſint attrahere. Demonstratum præterea est, vbi proprio & commodo nutrimento destituuntur, vrgeri, vel id, quod non commodum est, rapere: tale porrò est quod nondum in ventre venisq; concoctũ est. Ergo necessum est quum homo largius se cibis impleuerit, eo casu crudi succi plurimum in corpus animalis rapi: idq; multis de causis, & quòd deterius in ventre venisque concoquitur quod copiosius est: & quod multum in corporis molem ideo subit, quia multum superest: & quòd citius etiam quàm par est, propterea quòd vẽter venis, venæ reliquis omnibus animalis partibus rapi quod nõdum confectum est, permittunt: quod adeò non facerent, si id exiguum esset, quod ipsæ haberent. Demonstratum est enim, partes ipsas ex alimento primũ sua portione frui, mox cæteris transmittere. Ergo vltima præcipuaq; noxæ causa est iis, qui sic sunt affecti, quòd quæ in corporea animalis mole habentur partes, vbi multum semicoctumq; attraxerunt nutrimentum, nõ paruam excremen-

torum vim ex ea re congerunt: quum neq; perinde ac ſi bonum eſſet, concoquere id omne valent, neq; etiam vt cum corpore coaleſcat, & aſsimiletur, efficere. imò parū proſperè ſingulas functiones obire, poſt vitioſum multumq; nutrimentū par eſt. Similiter enim his euenire neceſſe eſt, vt vētri, quum abundantia malè præparati cibi eſt refertus. Malè præparata voco, quæ elixari torrerí ve debentia, iuſtum in his finē non ſunt conſecuta. Ergo ſiue panis nō ſatis eſt coctus, ſiue caro, legumen've intra modum elixum, fieri nequit, vt hæc venter probè concoquat. Eadē verò ratione ſe habent & quæ in ventre malè ſunt confecta, ad ſecundam concoctionem, quæ agitur in venis, qua malè præparati cibi ad concoctionē quæ eſt in ventre. Quinetiā quæ in venis malè ſunt concocta, ſic ſe habent ad concoctionem quæ agitur in carne, quemadmodum ſe habebant cibi, ad eam quæ eſt in ventre: & quæ ex hoc ſubeuntia, ad eam quæ eſt in venis. Ergo nec venter externa quæ ſumpſit, exactè concoquit, nec venæ hæc quæ à ventre excipiunt: ſed nec carnes quæ ex venis, vbi probè antè non ſunt confecta. Atque interim excrementi copiam in corpore prouenire eſt neceſſe. Ac rem quidem omnem, vt breuiſsimè

licuit, iam diximus. Quòd ſi quis dictorum cuiuſq; certam ex demonſtratione ſcientiam cœpiſſe velit, is librũ de naturalibus virtutibus legat: in quo primùm illud liquidò demonſtratum eſt, ventrẽ ſua ipſius cauſa nutrimentum ſuſcipere, vt eo tum fruatur, tum quod ſibi deſit ſuppleat: eoq́; amplecti id vndiq;, ac retinere totũ quoad ſe abundè ſatiauerit. Secundò illud, eũdem vbi ali præterea non deſiderat, imam ſui partem (πυλωρὸν Græci vocant, id eſt portam) recludere, ac quod ciborũ ſuperfuit, exprimere, peſſumq́; ceu alienũ onus trudere. Deinde, quòd in ipſo trãſitu per inteſtina ac potiſsimùm tenuia, venæ quæ huc pertinent, alimentũ ad ſe rapiunt, quòd ex mora, quam in vẽtre habuit, & alteratum, & animali magis idoneum, eſt effectum: mox in ipſis venis quoq; ab alia in aliam traditur, ad eundem modum quo ex vẽtre in venas, hinc verò iam planè cõfectum in ſingulas pertrahitur animalis partes: vbi tertiam concoctionem nactum, ipſi alẽdo corpori aſsimilatur. Hæc ſi quis ex eo libro colligat, nihil eſt quod cauſam amplius requirat, cur multi, habitu corporis exinanito, niſi ſenſim renutriantur, plurimum excrementorum in toto eo congerant, atq; ex iis non leuiter ægrotent.



CLAVDII GALENI DE SANITATE TVENDA LIB. QVINTVS, THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

Quæ in quinto libro de tuenda sanitate continentur.

De senũ victus ratione, in sanis corporibus.
Quo pacto opus sit partes quæ imbecilliores sunt exercere.
Quæ victus ratio sit adhibenda his, qui ætate adhuc sunt adolescente.
Quæ vina senibus sint bibenda.
A quo vsu senes opus sit cauere.
De lacte & illius potu plurima differit.
Curatio quorundam senilium affectuum.
Quorundam error in consulendo senibus.
De malè temperato corpore ad mediocritatem reducendo.
Cur non omnibus exercitationes conducant.
Calidi corporis tẽperamẽti tres esse differentias.
Quæ vina quibus naturis conueniant.

De triplici ſenectute.



VINTVM de ſanitate tuẽda librũ ingrediẽs, ſi qui fortè erũt, qui prolixitate operis noſtri grauabũtur, hos primùm ſolari volo: nõ enim noſtra id culpa euenit, ſed propoſitæ rei natura. Si enim fieri poteſt, vt qui breuibus longã cõtẽplationẽ abſoluit, nihil neceſſarium omittat: fateor errorem meũ, ceu nulla neceſsitate ambages ſecutus ſim. Sin clarius ſimul breuiuſq́; diſſeri de iiſdẽ nõ poteſt, nemo nos meritò accuſet, ſed ipſos potius qui eorũ, quæ neceſſaria ſunt, nõ pauca prætereũt. Eſt verò illud ſimul ex maximè neceſſariis, ſimul veluti elementũ totius artis quæ valetudinẽ tuetur, quòd numeroſæ hominũ ſunt naturæ, prout in confeſſo eſt omnibus tũ medicis, tũ gymnaſtis. Quorũ tamen plurimi ita de valetudine tuenda ſcribũt, quaſi de vno homine agãt, idq́; ne vno quidẽ oſtenſo, quẽ prius iuuerint: quanquam non vnum, ſed multos, quos morbis prius aſsiduis implicatos, ipſi poſteà multis annis in ſanitate, ſua opera ſeruaſſent, indicaſſe, ac ſic ad ſcribendũ acceſsiſſe, par erat. At nos, ipſis rerum effectis id oſtendimus: & iis, qui prius aſsiduis premebantur, morbis, inde adeò quòd ſanitatis præceptis paruiſſent,

in omni integritate seruatis, sic demum de ipsis scribere sumus aggressi. Quippe alios exercitari in totum vetuimus: istis videlicet exercendi corporis causa susceptis, ac solis vitę actionibus contentos esse suasimus: aliis de multitudine exercitationum demere aliquid iussimus, vt totum breuissimis complectar: aliis qualitatem tantùm, aut ordinem, aut tempus: aliis vniuersam earum mutare speciem iniunximus. Aequè verò de balneis præcipientes, vtique quòd aut omnino his supersedendum esset, aut sæpius, quàm antè, vtendum, aut rarius, aut ante cibum tantùm, aut etiam post cibum, aut calidioribus, quàm antè, aut magis tepidis, aut frigidioribus: prorsus omnis morbi expertes multis annis reddidimus. At nihil horum facere licuisset, si neq; naturales corporum differentias compertas habuissem, neque debitam cuique salubrem victus rationem. Nonnulli verò ex iis, qui de sanitate tuenda literis produnt, aut etiam sine scriptis de ea præcipiunt, ne seipsos quidem defendere à morbis perpetuò potuerunt. Ita quum à cauillantibus, tum alia quædam, tum verò versus ille obiicitur, ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων, id est, Aliis medens, at ipse vlceribus scatens: alii id

negotiis imputant, alii ob intemperātiam ſe ægrotare fatētur, ſed horum magis improba, me iudice, defenſio eſt, quàm ipſum quod obiicitur crimē. Qui verò iis quæ in vita incidunt, cauſam tribuunt, ſi quidem diaria frebri laborant, ex æſtu, frigoribus, laſsitudine, aliisq; id genus occaſionibus, hos vindicare à culpa decet, ſin alia qualibet, minimè. Quippe nec ipſi omnino ſine febri exegimus, imò ex laſsitudine nōnūquam febricitauimus, nullum aliâs morbum multis iam annis experti. Quinetiam ꝑcuſſus certis corporis partibus, vnde alij phlegmonis bubonibuſq; cōtractis, febricitârunt, ipſe nunquā phlegmonem bubonémve ſenſi, nec febri laboraui: nō aliūde certè, quàm ex ſeruandæ ſanitatis arte, tanta cōmoda cōſecutus: quū alioqui nec ſalubrem corporis ſtatū ab ortu ipſo ſim nactus, nec vitā planè liberam ſortitus: ſed in qua tū artis officiis ſeruierim, tum amicis, cognatis, & ciuibus, in pluribus inſeruierim: tū plurimā noctiū partē, nonnunquā ægrotantium ipſorum cauſa, ſemper autē dulcedinis ſtudiorum gratia peruigilauerim: nec tamē vllo ſenſi me corꝑis morbo tentatū multis iam annis, excepta (vt dixi) diaria quādoq; febri: quæ tamē & rariſsimè, nec niſi ex laſsitudine incidit, quāuis

in

in puerili ætate, atq; etiã tum in ephebia, tum adoleſcentia, morbis nec paucis, neq; iis leuibus premerer. Sed poſt octauũ & vigeſimũ annũ, quum perſuaſiſſem mihi eſſe cõſeruandæ ſanitatis rationẽ quandã: pręceptis eius per totã deinceps vitam parui, ita, vt ne minimo morbo pòſt laborârim, niſi fortè (quæ tamẽ rarius incidit) diaria febri: quum alioqui liceat hãc quoq; in totum effugere, ſi quis liberam vitam ſit nactus: veluti in ſuperioribus iam oſtendi: fietq́;, ſi quis animũ aduertat, etiã clarius in his quæ mox dicã. Illud enim affirmare auſim, ne bubone quidẽ laboraturos eos, qui præparati ad ſanitatẽ ad vnguẽ ſint, ſi modò eorum corpus ab vtroq; excrementorum genere vacet, & eo quod in quantitate cõſiſtit, & eo quod in qualitate. Atque ad eos quidem, qui nunc ſanitatis tuendæ præcepta dicto ſcriptóve profitentur, vel hæc ſatis arbitror. Prioribus verò, quosq́; nec ſeipſos extra morbum perpetuò, nec eos qui ipſis paruiſſent, ſeruaſſe, aut aliorũ relatu audiuimus, aut ipſos in ſcriptis ſuis tale quippiã iactare auſos: ne contradicendum quidem cenſeo. Mirandum certè potius arbitror, ſi quis eorum vniuerſam ſanitatis tuẽdæ artem vno libro complecti eſt pollicitus, præſertim non (ſicut Hippocra-

tes) in primis & ſummis capitibus methodũ indicans, ſed ſicut nos, omnia ratiõibus firmans: ac prolixitatis quidẽ ſermonũ noſtrorum cauſa iam dicta eſt. Quiſquis autẽ honeſti, ꝓbiq; ſtudioſus eſt, ac pro iis quæ optima ſunt, diligens: hunc decet non tam artis huius longitudine grauari, quàm magnitudinem eorum quæ promittit, ſuſpicere. Nam qui, quæſo, non magna illa mirãdaq́; artis opera ſunt, ſi cui nõ ab ipſo ortu imbecillum corpus fuit, hũc & ad plurimã perduxiſſe ſenectutẽ, & ſenſibus illæſis ab omni prorſus morbo doloreq́; alienũ, atq; integrũ perpetuò ſeruaſſe? Ego verò etiã nonnullos quibus ſalubre admodum firmumq́ue natura corpus erat, vidiſſe mihi videor permultis morbis afflictos, ac poſtremò immedicabilibus malis in ſenectute ſaltẽ oppreſſos: quos tamẽ fas erat, quod ex naturali habitu fuit, tũ ſenſibus omnibus illæſos, tũ reliquis corporis partibus ſanos ad vltimam vſq; duraſſe ſenectutem. Quónã igitur pacto turpe nõ ſit, qui optima natura ſit præditus, hũc ob podagrã ab aliis geſtari, aut calculo iam cruciatum, & colo, & vlcere in veſica, ex cibis mali ſucci contracto doloribus contabeſcere? Quomodo rurſus nõ turpe ſit propter articularem morbũ, ſuis ipſius manibus vti nõ valen

len

lentem, alienis egere, quibus ori cibos admoueat? †cuíq; ſedes infirma eſt, eo qui in deiectione [ſubminiſtret?] Satius enim ſit, ſi cui vllum omnino pectus eſt, ſexcenties malle mori, quàm tali vita viuere. Quòd ſi quis tam impudens ſimul delicatúſque eſt, vt turpitudinem ſuam negligat: at dolores quos noctes diéſque ex vitiis ſuis ſuſtinet, non aliter quàm qui à carnificibus torquentur, certè contemnendi non ſunt: tametſi certè hæc omnia vel intemperantiæ, vel ignorantiæ, vel vtrique imputent oportet. Verùm intemperantiæ corrigendæ hîc locus non eſt: ignorationi eorum quæ agenda ſunt, hoc opere (vt ſpero) medebimur, ſcilicet pro quauis corporum natura, propria ſanitatis tuendæ ratione appoſita. Initiũ verò mihi rurſus ab optima natura †iuſtũ erat, ad cuius curationẽ omne cõſilium dirigitur, nõ eò vt corrigatur, ſed vt in ſtatu ſuo eſt, ſeruetur. Id quod ipſi hactenus fecimus, qui de ea per ſingulas ætates prȩter inclinãtẽ (*παρακμαστικὴν* Grȩci vocãt) egim⁹. Cuius extrema pars ſeniũ propriè dicitur, ipſum quoq; in ſuas partes diductũ (vt pòſt dicemus) vbi ea pars artis tradetur, quæ de ſenibus curandis agit, *γηροκομικὴν* Græci vocant. Verùm nunc ſaltem prȩcipuis eorum, quȩ dicta ſunt, repe-

† In Græco legitur καὶ τοῦ τὴν τῶν ἕδραν ἀπονίζοντος ἐν ταῖς ἀποπάτοις. id eſt, & eo qui ſedem detergat in alui deiectionibus.

† In veteri legitur nõ δυνκνύειν. Sed δικαιων.

titis, ad vitiosas corporũ naturas transibimus: ac quemadmodum cuiusq; earũ seruari valetudo possit, trademus. Ergo optimum corpus ad sui custodiam, hęc in qualitate, quantitate, & facultate postulat. In exercitationibus, quæ moderatæ mediocresq; sunt, quæq; singulis corporis partibus æquabiliter sint adhibitæ: idq; omni vitato excessu, aut sicubi in quoquã dictorũ sit erratũ, errore correcto. In edẽdorũ verò, bibẽdorũq; natura, similiter in qualitate, quãtitate, & facultate, hic quoq; scopus esto ipsa mediocritas, vt nec plura, nec pauciora capiat, quàm quæ vbi concocta distributaq; in corpus sint, idẽq; bene nutrierint: ac si opus sit gliscẽtibus adhuc, mediocre quippiam adiecerit, nihil relinquet quod vel superuacuũ sit, vel deficiens. Ad eũdẽ modũ in somno, vigiliis, balneis, animi actionibus & aliis id genus mediũ omnis excessus seruari debebit. Quod si in aliquo sit erratũ, corrigẽdus error est. Porrò omnis corrigendi erroris cõmunis esto scopus, cõtrarii excessus vsurpatio: ita vt si plusculum pridie fatigatum corpus est, demas aliq̃d de exercitationũ modo: sin minus iustò se exercitauit, vt exercitii modũ augeas. Eodẽ pacto si concitatiore motu est vsus, vt hũc modicè remittas: sin remis-

sio

fiore, vt intẽdas. Simili modo si robustior motus præcessit, vt pro hoc mitiorẽ iniungas: pro leuiore contrà qui valentior sit: & pro lãguido vehementẽ, & pro vehemẽti contrarium, & vno verbo, vt omnem excessum cõtrario excessũ corrigens, in sanitate hominẽ custodias. Vt autem corrigendo nõ erres, primùm corporis affectus ad vnguẽ scire oportet, deinde omnium eorum, quæ priore die facta videris meminisse: nam affectus quidẽ quod delictum sit, docebunt. Recordatio eorum, quæ pridie sunt acta, quantũ tibi à consuetis recedendum sit, insinuat. Atq; in affectibus quidẽ: eiusmodi excessus videas, quod aut gracilius, aut obesius, aut durius, aut mollius, aut siccius, aut humidius, aut rarius, aut dẽsius corpus, quàm antè, apparet: cum eo etiã quod nec naturalẽ coloris gratiam ad vnguẽ seruat. Memoria verò factorum, & quod peccatum est ostendet: & prout corrigetur ex pręsentium collatione docebit. Nam si gracilius redditum corpus sit, æstimare oportebit, atq; ad memoriam reuocare, plus'ne, quàm par erat, exercitãdo fatigatus homo sit, aut concitatiore motu vsus, aut fricãdo, lauãdóve modũ excessit. Ab his mox considerare, nimia'ne cogitatione sit vsus, aut nimium vigilauerit, aut

per aluum longè plura iustò deiecerit. Expendi etiã debebit, num domus in qua versatus sit, calidior fuerit, aut an parcius comederit, vel biberit, aut veneri liberius indulserit. Sin obesius visum corpus sit, num frictio [mollior] aut exercitiũ parcius, aut tardius, aut somnus lõgior, aut vẽter astrictus, aut ciborum copia optimè concoctorum præcesserit. Si verò durius quàm antè corpus apparet: primùm frictionũ meminisse oportet, mox robustarũ exercitationum, an hæ robustæ, & cũ cõcertatore duro† dẽsantéq; præierint. ad hæc, an in puluere eóq; duro, ac frigido, & an citra apotherapiã: dein balnei: an videlicet hoc planè frigidũ fuerit, an nimiũ calens: præterea, domus in qua dormiens vigilánsve versatus est, num frigida: itémq; ciborũ siccitatis, & potiõis penuriæ. Sin mollius quàm prius postridie corpus videatur: primùm quidẽ frictionũ meminisse conueniet, an molles, & cum pinguitudine, & balneis leniter† tepidis sint adhibitę. Ab his reuocari ad memoriam debebit, an exercitationes tardæ & exiguæ, cum cõcertatore immodicè molli, præcesserint. Dein an potio vberior fuerit, mox an cibos plures, aut natura humidiores acceperit, postremò an multũ dormierit. Proximus molli corporis

† In Græ. codic. impreßis legitur πηλοῦντος, sed hæc vox in veteri nõ habetur.

† In Græ. codic. impreßis legitur ἀραιοτέροις Sed aptius videtur legisse interpres χλιαροτέροις.

rís affectui,eſt humidus,hoc differẽs,quòd mollis ipſorum corporũ propria qualitas eſt:humidus qui in eo continentur humorum.Diſcernuntur hi tactu:nam humidus affectus cum madore cutis eſt, mollis ſine hoc:quanquam eſt profectò & molle corpus humidũ ſuis ipſius partibus. Cæterùm pro doctrinę claritate,hoc molle vocetur, alterum humidum. Ac ſiccus quidem immodicè corporis affectus, habitum ſtatim durum reddit:non tamẽ cum mollitie neceſſariò coniunctus eſt humidus affectus, poteſt nanq; durata caro eſſe,& tamẽ mador ſudórve è corpore emitti. Atq; in humecto quidẽ corporis habitu, vel ex intẽpeſtiuo veneris vſu, vel alia quapiã ex cauſa,de virium imbecillitate ſuſpicio eſt , vel corporis raritate , ex immodicè molli frictione , vel nimio balnei vſu,vel aëre domus vbi verſatus eſt,q̃ par erat, calidiore. Habẽda prætereà eſt & de potione conſideratio,an ea vberior fuit:& de ſomno,an is maior quã pro naturæ ratiõe, & de aëre ambiẽte, num ſe nõ ſenſim, ſed ſimul totũ in hũidũ calidũq; mutauit : & de cibis pari modo.In teneritudine verò, ſiue mollitudine(vtroq; enim modo cõſuetudo appellat) quum vtiq; ſine humiditate fuerit,cõcoctum probè nutrimẽtum eſſe,& corpus

nutritum,ſed exercitatum diminutius eſſe putandum eſt: Contrà in duritie,aut duriter perfrictum eſſe, aut nimiũ exercitatũ, idq́; cum duro concertatore, & in puluere iudicandum.Siccitas verò habitus,penuriã potionis,cibíve, aut vigilias, aut vitæ ſolicitudinẽ,aut multam frictionẽ,aut exercitationem immodicã indicat. Hæc itaque cõſiderans corrigere errorẽ quotidie poteris,priuſquàm inauctus error curatu difficilior euadat.Semper autẽ memineris exceſſum omnẽ contrario exceſſu eſſe emendandum, quippe omniũ quæ præter naturam incidunt,omne huc conſiliũ curationis dirigitur. Quare ſi huic præcepto,etiã corporũ quibus præficeris dignoſcendoſum peritiam adieceris,& ſingulorũ remediorum facultates adiũxeris:vniuerſæ iam artis quæ corpori hominis tuendo dicata eſt,peritus fueris. Cuius ope nõ ſanis modò ſuã valetudinẽ tueberis, ſed etiã iis qui ægrotant,priſtinũ ſtatum reſtitues. Atque optimũ quidẽ corpus cuiuſmodi ſit, dictũ iam eſt. Quod ab huius perfectione defecit, ſcire licet tribus id de cauſis defeciſſe: aut quòd ſtatim in vtero vitioſo ſtatu fuit: aut quòd qualibet de cauſa in non naturalem affectum pòſt conceſsit, aut ætatis ratione. Omnia verò corrigenda per cõtra-

rium excessum sunt. Seniũ enim (vt de hoc primùm agam) frigidũ siccumq́; est: veluti in libro de Temperamẽtis est ostensum. Corrigitur id per ea, quę calefaciunt, & humectãt. Talia sunt balneum dulcis, & calidæ aquæ, & vini potio: prætereà ex cibis quicunq; humectare & calefacere natura possunt. De exercitatione verò, frictione, & omni motu (ab is enim cœpisse est satius, nam rectè illud dictum arbitror: Labor cibũ præcedat) hæc scire licet, poëtam ex parte verum dixisse:

Vt lauit, sumpsitq́; cibũ, det mẽbra sopori.
Nanque hæc iusta seni.

Non tamen in hoc totum esse positum. Postulat enim senũ, nõ secus quàm iuuenum corpus dimoueri: quũ insitus alioqui calor extingui in his periclitetur. Nam corporũ quæ in florente ætate sunt, non desunt quę quietem postulãt: de quibus Hippocrates prodidit. Senum verò nemo quietem ex toto postulat: sed nec exercitium vehemens. Ceu enim ventulo quodam excitari accendiq́ue calor eorum desiderat: vehementiore autem motu deiicitur. Ac magnæ quidem flammæ, eius quod ita accendat, minimè egent, quum satis ipsæ sibi & ad tutelam sint, & vt materiæ dominentur. Ergo † nec à somno manè fricari

† In veteri Græ. codi. ita legitur, οὐδ' ἀνατρίβεσθαι ἄμετρα μετὰ τοὺς ὕπνους ἕωθεν οἱ ἀκμάζοντες δέονται. i. neq;

desi

eos qui ætate florẽt manè à somno immoderatè fricare opus est.

desiderant omnes qui ægrotant] sicuti senes: quum eiusmodi frictionis, quæ cũ pinguitudine adhibetur duplex scopus sit: nẽpe vt vel lassitudinis affectum sanet prius quàm inauctus febrem accẽdat, vel imbecillam distributionis vim excitet. Nã multos quorum corpori longo tẽpore nihil ex alimẽto accessit (ἀτροφοῦντας Græci vocãt) eiusmodi frictione adhibita: facilè paucis diebus carne impleuimus. Verũ quod aliis ex affectu certo in tempore incidit, id senibus adest perpetuò, quippe quorum omne corpus frigidum est, nec potens alimẽtum ad se trahere, atque id probè conficere, ex eóque nutriri. Sed frictio quum & vitale robur excitet, & modicè calefaciat, efficit vt & distributio nutrimenti sit facilior, & nutritio promptior. Hac victus ratione & iuuenes nõ pauci, qui ex eo quòd alimentum his distributum in corpus nõ est, emaciati sunt, carnis incrementũ receperũt & senes planè omnes, fructum nõ paruũ senserunt. Atque hæc quidem vna senibus veluti exercitatio sit manè administrata, nẽpe fricatio cum oleo: post hanc inambulatio gestatioq́;, quæ tamen sint intra lassitudinem, & ex senis viribus coniectatæ, quarũ causa de cibis potioneq́; nõ pauca prius diximus: nunc de exercitationibus quoq́;,

exe

exempli cauſa,quædã ponemus, de quibus hæc in ſuperioribus didicimus. Quòd acuta exercitatio (ſic enim vocant,cuius celeres motus sũt) corpus tenuat:cõtraria,craſſum reddit:multa corpus ſiccat,mediocris obeſum præſtat. Dictum eſt & de cæteris omnibus exercitationum atq; etiã frictionum differẽtiis. Verùm exercitationis formæ,quæ ſenibus vtiles, alienę've ſint, tum ex corporis totius affectu, & cõſuetudine, tũ vitiis ipſis,quę infeſtant,intelligẽtur. Ex totius corporis affectu, ad hũc modũ:nam optimi ſtatus corpus,de quo hactenus ſermonẽ facimꝰ, ſicut in iuuẽtute ad vehemẽtiſsimos quoſq; labores maximè idoneum eſt: ita in ſenecta ſe habet ad omnes mediocres. Quod verò aut craſsis cruribus eſt,aut lato pectore,aut cruribus vltra quã par eſt gracilibus,aut quod exiguo eſt thorace, aut admodũ anguſto, aut valgum eſt varúm ve, aut alio quouis pacto à mediocritate recedens: id ad pleraſq; exercitationum ineptũ eſt.Quippe vitioſæ figurę thorax, in iis quæ per vocem adminiſtrantur offenditur : crura verò per inambulationem læduntur.Ad eũdem modum de manibus, collo, humero , lumbis,coxis,& tota ſpina mihi dictum intellige. Quicquid enim ex his parum ritè ab initio

con

conditum eſt, id ſanè exercitãdo imbecillum potius, quàm firmũ redditur: niſi ſi cui moderatos motus imbecillis mẽbris modicas exercitatiões nominare placet, verùm ita de nomine magis, quàm de reliquis fuerit. Senibus verò quæ præcipua ad ſanitatẽ exercitia ſunt, hæc per valẽtiores corporis partes ſunt obeũda: quippe cũ quibus reliquæ ſimul mouẽtur, exercenturq́;. Quinetiã cõſuetudo maximã vendicat partem, ad exercitationis ſpeciẽ deligẽdam. Nam quę cõſueta ſunt, vt minimè laſſantia quos exercent, etiam delectant: ſicuti è diuerſo, quæ inſueta ſunt, tum diſplicent, tum verò laſſant. Porrò quibus operibus arte opus eſt, ea ne attingere quidẽ ſenes debebunt: non tibia, nõ tuba ſonare, nõ cithara, non magis quàm quæ in palæſtra gerũtur, qui luctæ ſunt ignari. Senes igitur omnes conſuetis laboribus ſunt exercendi, ſed tamen vehementia eorũ remiſſa. Tertiũ quò dirigit, qui exercitationis formã pręſcribit, ab affectione ſumitur, omnis quidem ætatis cõmune, non tamen parẽ vbiq; vim obtinens, quum nec parẽ vbiq; noxam neglectũ inferat. Quos enim ex leui cauſa vertigines (*σκοτόματα* Græci vocãt) comitiales morbi, grauis ophthalmia, vel auriũ dolores malè habent iis inclinato capite, dor-

ſóve

ſo've, aut humi volutatis exercitari non expedit: imò tum ambulatione ſæpè, tum curſu mediocri, tum geſtatione in vehiculis citra fatigationẽ vti. Simili modo nec quibus tonſillæ, (quas παρίσθμια Græci vocant) aut vitia, quas antiades appellãt, aut anginæ facilè incidunt, nec quibus prõptè in columellã, gingiuas, dentes deniq; partem aliquã ex iis, quæ circa collũ, aut totũ caput habentur, fluxiones procũbũt. Quippe nõnulli dimidio capite infeſtãtur Græci ἡμίκρανα vocãt: aliis tẽdones, quos Græci, τένοντας vocant, ex leui qualibet cauſa dolent. Quorũ nemo exercitationẽ ſuſtinet, quæ caput impleat: ſed ſunt his omnibus, quæ per crura gerũtur vtilia: ſicut è diuerſo qui imbecillis ſunt cruribus, his ſuperioribus partibus exercitari eſt ſatius, chironomiis, acrochiriſmis, diſci iactu, alterũ uſu: prætereà his omnibus quæ in palęſtra humi exercẽt. At quorũ mediæ crurũ, brachiorũq; partes opportunæ offenſionibus ſunt, iis quoduis exercitationũ genus idoneum fuerit: modò ne reliquarũ cõſiderationum vlla prohibeat. Quæ tamen circa thoracẽ partes ſunt, magis inferiorũ exercitatione iuuantur, quæ circa veſicã, & renes, ſuperiorũ: lienis, vẽtriculus, iecur, inteſtina, & colon, ſicuti in medio ſuperiorum

inferiorumq́; ſunt, ita ſe ad exercitationes habent. Frictiones tamẽ partibus infirmis quo tempore laborant, admouere non cõuenit, vbi ſanæ ſunt, conuenit vel magis quàm aliis & potiſsimùm ſiccas: quas & per linteũ & ſolis manibus liberaliter adhiberi expedit. Quinetiam qui certa periodo redeunt quibuſdam partibus dolores: hi ne fiant non parua ex eiuſmodi frictione cautio eſt, ſi medio tẽpore præcipueq́; ſi duas vel tres horas ante acceſsionẽ adhibita ſit: firmantur enim eæ partes, & conſuetas fluxiones minus admittunt. Atq; hæc quidem nõ ſenum modò, ſed & qui aliam quamlibet ætatem agunt, omnia ſunt communia. Nõ exercitari verò imbecillis partibus, ſolis ſenibus ſuadeo: ex cæteris quãto quiſq; remotior à ſenio fuerit, tãto illi magis exercitanda pars. Quod vtique & quò clariora, quæ dicimus ſint, exẽplo proſequi non grauabor. Finge corpus aliquod, ex iis, quę adhuc augiſcũt, gracilibus eſſe cruribus: huic picari crura conducet, & modicè fricari, & curſu vti potius, quàm alia quauis exercitatione. Porrò pręfici ei quempiam oportet, qui modum in motu præſcribat, quò neq; intra quàm expedit exercitetur, neq; adeo vltrà vt laſsitudinem ſentiat. Id tametſi nõ in exercitationibus modò, verumetiam in

aliis

aliis omnibus difficile intellectu ſit: nos certè facile eſſe oſtendimus, in iis ſaltē quę ad ſalubrem victus rationē pertinēt. Neq; enim in his præceps occaſio eſt, ſicuti in morbis: imò vbi à tutiſsima in ſingulis mēſura inceperis, & ſimul quod ex ea ſecutū eſt æſtimaueris, licet vel addas aliquid quotidie, vel detrahas, ac, quod omiſſum eſt, corrigas: veluti ſtatim de his quibus gracilia ſunt crura. Ipſe nanq; quū aliquādo traditum mihi tredecim annorū puerum, toto augmēti tēpore, ad ea quæ prædixi præcepta curaſſem: reddidi iuuenē cōcinnum legitimiq; modi. Nam primo die illitum prius pice †bis deinceps (vt ſoleo) iuſsi currere,] nec celeriter, nec multū: ſecundo die frictione quæ in qualitate quidem eſſet duræ mollisq; media, in quantitate verò exigua, atque hac cum pinguitudine adhibita præmollitū iuſsi paulò plus currere quàm prius, non tamē celerius. Ab ipſo verò curſu ea quæ apotherapiæ debetur, frictione ſum vſus, iuſsi verò quotidię ambulare, ſed inter initia modicè, pòſt verò modum augere. Aeſtimabam quoque in cruribus tum alia, tum præcipuè venas, num amplius increuiſſent, quàm pro crurum bene alendorum ratione, quippe id graue eſt, & quod tempore tum fluxiones humorum

† In veteri Græ. codi legitur δὶς ἐφεξῆς vt vertit interpres, ſed in impreſ. legitur δί᾽ ἐφεξῆς. i. deinceps, ita vt dictionem bis nō includat.

aſciſcit, tum valgos facit, haudquaquã bonum habitum crurum. Ergo non huic modò notæ te eſſe attentum cõuenit, ſed & illud obſeruare, num calidiora iuſtò reddita crura ſint, nũ laſsitudinis quippiã ſentiãt. Nam ſi nihil horũ apparuerit: augeri tum ambulationis modũ, tũ curſus oportebit, atque etiam alternis diebus picari. Sin aliquid eorum cernitur: tum & crura nõ pro cõſuetudine deorſum ac prona, ſed cõtrario ſitu, id eſt, ſurſum habita in lecto collocare cõueniet: & copiam omniũ, quæ dixi, minuere, minus inambulare, minus currere iubere, frictione infernè ſurſum vti. Hęc facies, vbi naturalẽ planè habitũ crura receperunt: rurſus ad eum quẽ cœpiſti remediorum vſum redibis, aut exiguis eorũ incrementis vſus, aut etiam eũdem perpetuò modũ ſeruans, adhibebis, & quas rotundas frictiones vocãt (hæ medię ſunt durarũ ac mollium) aliâs à ſuperioribus, aliâs ab inferioribus partibus incipiens. Aliquãdo verò & puluere prius inſperſis cruribus, oleũ infundes, mox fricabis. Eſto verò puluis qui appellatur pinguis, ſanè ita appellãt, in quo nec aſperũ quippiã, nec acre ſubeſt. Quippe extenuat potius, quàm carnẽ auget, quiſquis aut pumicoſam aſperitatẽ, aut nitroſam ſalsámve acrimoniã in ſe habet. Si cui

ver

verò craſsiora quidem crura ſunt, brachia verò cubitiq́; gracilia: huic omnia quę per manus fiunt exercitia, ſunt petenda: fugienda verò quæ cruribus obeuntur, frictiones tamen & picationes ſimili modo fiant, aliaq́; quæ de exercitiis crurum iam diximus. Neque enim parua in ipſis differẽtia eſt, áliis omnino ad motũ inualidis, etiã ſi ſeptuageſimum ætatis annũ nondũ attigerint, aliis multò his robuſtioribus, qui etiã ſupra octogeſimũ ſunt nati. Ergo qui imbecilliores ſunt, hos geſtatione potius quàm inãbulatione dimouebis: validiores vtroque genere exercitabis, ageſq́; ad ſecundã frictionem vtroſq; , nõ tamẽ ſimiliter, ſed ſemper imbecilliorẽ citius. Nam id quoq; ex maximè cõmunibus præceptis eſto: vbi imbecillæ vires ſunt, crebra exiguaq́; frictione vtendũ: vbi validæ, rara, multáque. Sed hæc atq; alia, vt dixiſſe quidem eſt facillimum: ita præeſſe ſenis ſanitati tuendæ, ſanè eſt difficillimũ, æquè vt eorum qui ex morbo cõualeſcunt. Porrò hãc artis partẽ appellãt iuniores medici, Græcè analepticẽ, quaſi refectricẽ dicas: illã, quæ ſenũ ſanitati proſpicit, gerocomicẽ. Vidẽturq́; hi ambo affectus non eſſe exacta planè ſanitas, ſed vel morbi, & ſanitatis affectus quidam medii, vel omnino eius ſanitatis non

eſſe, quæ firma cõſtansq́; ſit, quam καθ' ἕξιν appellant, ſed eius potius quæ fallax incertaq́; ſit, quã iſti κατὰσχέσιν nominãt. Ergo ſiue morbum, ſiue morboſum quendã affectum, ſiue medium quiddam ſanitatis morbiq́;, ſiue κατὰσχέσιν ſanitatẽ ſenium appelles: huiuſmodi quæſtionibus quum nos leuiſsimi homines petunt, pro nihilo habitis ſcire licet ſenilis corporis ſtatum, quoniam ex leui momento in morbum decidit, ſimili ratione iis, qui ex morbo cõualeſcunt, in victu eſſe curandum. Quare dictu quidem facile eſt, ſeni expedire manè oleo vngi ac fricari: cæterùm aptè hæc opere peregiſſe, omnino difficillimũ eſt. Nã durior paulò frictio laſsitudinem affert: præmollis verò inefficax eſt, ſicut etiam quæ exigua omnino eſt: aut multa magis per halitũ digerit, quàm ad nutritionem conducit: iam locus ipſe vbi corpus ſenis nudatur: ſi frigidior eſt, non ſolùm nihil affert cõmodi, ſed etiã denſat & refrigerat: ſin iuſtò calidior eſt, hyeme quidẽ vbi rarius corpus effecit, frigori obnoxium reddidit, ęſtate verò & per halitũ exhaurit, & vires deiicit. Qui enim καθ' ἕξιν ſani ſunt, his ne vehemẽs quidem cauſa corpus alterat: Seni verò vel minima cauſa maximę mutationis occaſio eſt. Similiter igitur ſe habet in cibi tum qualitate,

tum

tum modo : quippe in quibus ſenes, ſi breue quippiã trãſgreſsi limites ſint, non leuiter læduntur, quũ iuuenes vel ex maximis erroribus minimum noxæ ſentiant. Ergo tutius eſt imbecillo ſeni, exiguum dare ter die : ſicut Antiochus medicus ſolitus eſt ſe cibare, iam quidẽ annos natus plus quàm octoginta, ac quotidie ad forũ progrediẽs in eum locũ, vbi cõcilium ciuium conuenerat : interim etiã longa via ad ægros inuiſendos pergens: Cæterùm domo in forum, quaſi trium ſtadiorũ ſpatium pedibus confecit. Quo etiã modo infirmos, ſi quos propè habebat, inuiſit. Longius verò, ſi quò erat eũdũ, partim geſtatus in ſella, partim vehiculo vehebatur. Erat autẽ ei domi domuncula quædã, quę hyeme calebat camino: æſtate citra ignem bene attemperatum aërem habebat. In hac manè omnino fricabatur, tam æſtate quàm hyeme, vtiq; deiecta prius aluo. In foro autem loco aliquo circiter horã diei tertiam, vel ad ſummum quartam, ſumpſit panẽ cum Attico melle, plerunque cocto, rarius crudo. Poſteà partim cum aliis commentans, partim ipſe ſolus aliquid legens, ad ſextam vſq; horã perſeuerabat. Ab hac tum in publico balneo fricabatur, tum verò exercitabatur, aptis ſcilicet ſeni exercitationibus : de quarum

forma paulò pòſt agemus. Mox lotus, prãdebat mediocriter: primũ iis ſumptis quæ aluũ deiiciunt: poſt hæc maximè piſcibus, vel quos ſaxatiles vocãt, vel qui in alto mari degũt. Rurſus in cœna, à piſciũ eſu abſtinuit, ſed boni ſucci aliquid, ac quod nõ facilè putreſceret, ſumpſit: vtiq; aut far cum mulſo, aut auem ex iure ſimplici. Atq; hac quidem victus ratione Antiochus in ſenio vſus, ſenſibus illæſis, mẽbriſq; omnibus integris ad extremũ durauit. Telephus autẽ grãmaticus prouectiore quàm Antiochus ætate fuit, vt qui centũ ferè annos vixerit. Is verò hyeme, bis menſe lauabatur, æſtate quater, mediis harũ tẽporibus, ter. Quibus verò diebus non lauabatur, his circa tertiam horã vnctus eſt cũ exigua frictione, mox mel optimum crudum, alicæ in aqua coctæ permiſtũ eſitabat: eoq; ſolo contentus pro ientaculo fuit. Prandebat ſeptima hora aut paulò citius, primũ oleribus ſumptis, deinde piſcibus guſtatis aut auibus: veſpere autẽ tãtum panẽ ex vino miſto edebat. Sanè vinum ſicuti pueris eſt alieniſsimum, ita ſenibus eſt aptiſsimũ. Eſto autem id ex his quæ calidioris naturæ ſunt: qualia ſunt in Græcia quidẽ Ariuſiũ & Lesbiũ, & quod Myſium vocant: non ex ea Myſia quæ ad Iſtrũ eſt, ſed ex ea quæ Helleſpon-

tia dicitur, quæ nimirũ in noſtra eſt Aſia, Pergamo vicina. Ex Italicis verò, Falernũ & Surrentinum: proxima his ſunt in Italia quidẽ Tiburtinum & Signinũ ambo vetera: quando nouella nec deductionẽ nutrimenti in corpus adiuuant, nec vrinas promouent:ſed diu in vẽtre fluctuãtia permanent. Secundo ab his loco ſunt Adrianũ & Sabinum,& Albanũ,& Gabrianum, & Triphilinũ: prætereà omnia Aminæa quæ in Italia naſcuntur, & circa Neapolim, & in Tuſcia.Cæterũ Myſiũ Surrentino ſimileis vires habet: Falerno verò quod è Tmolitis eſt optimũ. At Sabino & Adriano, Titacazenũ & † Ariuſium ſunt ſimilia. Ergo de his modicæ antiquitatis bibẽdum ſenibus eſt, vtiq; quibus valentius caput nõ eſt: quibus autẽ eſt, his & Falernum, & Surrentinum,& Ariuſium,& Lesbiũ, & Myſium,& Tmolites idonea ſunt. Ergo in omni regione ad prædicta exempla deligere ſibi quiſq; idoneũ poterit: huc videlicet omni cõſilio vini pro ſenibus deligendi directo vt in ſubſtãtia ſit tenuiſsimũ, colore, quod Hippocrates κιῤῥὸν, id eſt fuluum, appellare ſolet: poterat autẽ & ξανθὸν, id eſt, flauum id appellare. Cõmodum verò vinum eſt & quod ὠχρὸν, Græcè, id eſt, pallidum dicitur, vtiq; quod medio colore eſt, inter flauum

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreßis ἀριύσιος pro ἀρσυϊνὸς, id eſt Arſyinũ vt eſt in veteri.

& album. Quippe ſi flauũ albo miſcere libeat: quod ex ambobus cõfit, pallidum euadet. Etiam aquæ admiſtum flauũ eiuſmodi colorem reddit: verùm pro maiore minoréve aquæ modo, aliâs pallidũ, aliâs veluti quod Græcè ὠχρόλευκον, id eſt ex pallido albicãs, vel quod ὠχρόξανθον, id eſt, ex pallido flauum apparet. Calidiſsimum ergo ex iam dictis, ſi colorem ſpectes, flauũ eſt: minimè verò calidum, albũ: quæ media inter hæc ſunt, prout alterutri magis accedunt, ita vim eius exhibent. Vnũ igitur illud maximum ſenibus commodum ex vino accedit, quòd omnia eorum membra calefacit: Alterum, quòd per vrinas ſerum ſanguinis expurgat. Itaq; etiã optimũ id ſenibus eſt, quòd hæc maximè præſtat: porrò id eſt quod ſubſtantia quidem tenue eſt (quippe vrinas mouet) colore autẽ flauũ: proprius enim is eſt præcalidorum vinorum color. Itaq; etiam quæ valde ab initio alba ſunt, ſi inueterauerint, flauitiem quandã contrahunt: vnde primũ pallidula, mox verò planè pallida fiunt. Quòd ſi longiſsimo tempore ſeruentur, ex pallido flauentia cernũtur: nã vt omnino flaua fiant, quæ alba vina ſunt, fieri certè nequit. Quæ verò ex pallidis aut flauis vinis, ſubſtantiæ pinguis ſunt, hæc & ſanguinẽ augẽt, & corpus nu-

triunt:quò fit vt ea vtilia ſenibus interdum ſint,vtiq; quo tẽpore,nec ſeroſam humiditatẽ in venis habent, & ali liberalius deſiderant.Plurimum tamen qui hac ſunt ætate,iis vinis indigent,quæ vrinas cient:propterea quòd aquoſum excrementũ in ipſis abundat. Quæ verò diu in ventre morantur,eorũ ſanè nullũ aptum ſeni eſt.Eius generis ſunt, & Aminæum à Bithynia, & ex Italicis † Murſum & Signinum & Tiburtinum, quoad videlicet ſunt nouella. Verũ hæc omnia alba ſunt, nigra verò reliqua: quorum craſſa,quæ quidem aſtringunt, ea longo tempore in vẽtre manẽt,& fluctuationes in eo excitant, veluti quod in Cilicia naſcitur Sybates: & quod in Aſia natum Aegauſien vocãt & Perperimũ. Quæ verò citra aſtrictionẽ nigra craſſaq; ſunt, quod genus ſunt Scybelites & Theræum: ea minus in ventre morantur, vrinas tamen nec ipſa mouent,ſed deorſum properant: itaq; etiam ante cibum illa ſumunt. Cæterũ ea ſenibus vtilia non ſunt,nec quũ præbibuntur,nec multò magis alio quouis tẽpore ſumpta,veluti, nec aliud quicquam quod craſſum efficiat ſuccum, quippe obſtruuntur his iecur, lienis, & renes. Vnde fit,vt ſenum,qui his liberalius vtuntur, alii aqua intercute, alii calculo laborẽt. Si quis

ergo

† In veteri Græco legitur μάρσος, id eſt, Marſum ſed mendosè in impreßis μύρσος.

ergo ſenum dulci vino vti à balneo velit, vbi manè comederit, ſicuti Antiochum ſolere diximus, huic optimũ Phauſtianũ Falernum fuerit, aut ſi eius copia nõ eſt ſimile aliquod. Porrò ſimilia fuerint quæ dulcia ſimul & pallida ſunt, proxima his ſunt Therẽnũ & Cyrienũ. Non vetem etiã nec iis quæ melle cõdiantur, ſenes vti, maximè quibus ſuſpicio eſt calculi in renibus gignẽdi, aut podagræ alicuius, articularíſve morbi impetus futuri. Porrò vinũ huiuſce modi cõpoſitioni aptiſsimũ fuerit Sabinũ, aut ſimile aliquod. Coniicitur autem in id petroſelinũ: atq; id ſolum articularibus ſatisfaciat. Iis qui calculo laborant, etiam aliquid Betonicæ. & Ceſtri, qui in Galliis naſcitur, eſt immiſcendũ: vocant autẽ herbam eã ſarxiphagon. Qui verò curioſius id medicamentũ cõponunt, etiã ſpicæ nardi aliquid iniiciũt. Sunt verò & alia quædã, quibus vrinas mouendi vis ineſt. Verũ ſimplicẽ potionẽ pleriq; ex vino melleq; conficiunt, adiecto rutæ piperiſq; exiguo. Si verò prius quàm lotus eſt comedit quippiam, nec venter eius vllo auxilio eget: vinũ album, & quod parũ aquæ tolerat, à balneo bibat. At quæ craſſa, dulcia, & nigra vina ſunt, ea omnia propterea quod obſtruũt viſcera, ſunt fugiẽda. Verùm obſtructio, quæ

ex

ex vino incidit, mediocris eſt: quæ verò ex cibis iis naſcitur, qui ſuccũ craſſum, lentũq́; creãt: huic nõ facilè ſuccurritur. Quò magis cauendũ ſenibus eſt à multo † farris aut *caſei, aut ouorũ, aut cochlearum, aut bulborũ, aut lentis, aut ſuillæ carnis eſu: multoq́; magis ne anguillarũ, aut oſtrearum, aut deniq; eorũ, quorum dura caro difficiliſq́; cõcoctu eſt, vſum frequentẽt. Ob eandem rationẽ, nec eorũ, quæ teſta integuntur (ὀστρακόδερμα Græci vocant) aut cartilagineorũ, aut thynnorum, aut deniq; cetarii generis vllũ, vtile his eſt. Sed nec ex carnibus, ceruina, caprináve, aut bubula. At hæ potius nec alii vlli ſunt vtiles. Ouilla verò iuuenibus quidẽ non malus eſt cibus: ſenibus verò, nec ea eſt cõmoda, atq; etiã hac multo minus agnina, quippe quæ humida & muccoſa, glutinoſa, & pituitoſa eſt. Hædina verò ſanè non incõmoda ſeni eſt, præ tereà aues eæ, quæ extra paludes, ac flumina, ſtagnaq́; degunt. Salita verò omnia meliora recentibus ſunt. Ergo (ſicuti diximus) ante omnia cauendum ab iis, qui obſtruant, cibis eſt, quòd ſi res cogat aliquando copioſius his vti, protinus ſumẽdũ medicamentũ diacalaminthes eſt, cuius compoſitionẽ ſuprà in quarto poſui. Eius ſi copia non eſt, dia trion pipereon petendum,

ſin

† χόνδρον id eſt, alicæ.

** πυρῶν, legitur in Græc. cod. impreſſis, id eſt, tritici, ſed in veteri legitur τυρῶν, ſicuti legit interpres.*

ſin ne id quidē ad manum eſt, piper album tuſum, cribratūq; diligenter, ac in pollinē redactū, & cū cibis eſſe, & potioni inſpergere: ſed & cæpas eſitare tū expediet: quin etiam allium, ſi huic aſſueuerit. Antidotus quoq; ex viperis, quam theriacē vocant, non incōmodè ſenibus detur: potiſsimùm vbi poſt obſtruentes cibos, ea quæ obſtructiones liberēt, ante hanc exhibueris: tum enim efficaciſsimū ex theriace præſidium expectes. Quòd ſi ab iſtiuſmodi ſubducta aluus ſit, vtiliſsimè theriacē poſtridie dederis. Aequè verò & quam Ambroſiam, & quam Athanaſiam vocant, aliaq; id genus medicamēta, quæcunq; ex prædictis aromatis ſunt cōpoſita: ſeni tamē, qui accuratè ſibi proſpexerit, nuſquā tali medicamēto opus erit. Sed ſi quando extenuante victus ratione egebit, ſatis facient quæ alio opere ſeorſum ſcripſimus, in quo de extenuante victu diſſeruimus. Iam illud patére arbitror, panē quoq; his exhibendum, qui nec ſalem, nec fermentum, nec ſubactionem, nec iuſtā coctionem deſiderēt: non autem vt iſtā publicè laudatam ſimilaginem, aut quæ ex ea fiunt, bellaria: quippe omnia talia non ſolū coctu difficilia, ſed etiam mali ſucci ſunt, viſceraq; obſtruūt. Ac niſi placētis, quæ ex butyro & ſimilagi-

ne fiunt, mel affatim eſſet admiſtũ, nullus cibus omnibus hominibus, nedũ ſenibus, magis erat aduerſus. Cæterũ quid noxiis ſalubria miſceas, quum liceat melle per ſe vti partim cocto, partim crudo cũ pane? Cura verò maior habẽda eſt de panis bonitate quàm mellis:nã mel profectò melius fuerit, quod ſpecie ac viribus Attico ſit ſimile. Quod ſi tale nõ dat᷑,quolibet vtare,modò ne mali odoris ſit,néve cerę qualitates apertè præferat,néve pręſertim qualitatẽ quampiã extraneã. Adeò verò panes id genus, quale modò retuli, vtile quicquã ſenis corpori nõ cõferunt, vt etiã ſint alieniſsimi, atq; hoc amplius, quò ſint magis puri. Video autem athletis id genus ſtudio præparari: verũ his ad ea, quæ moliuntur, aptum eſt. Seni, niſi multum admiſtũ ſit ſalis niſi multum fermenti, niſi diligentiſsimè ſit coctum, craſſum efficit,ac glutinoſum ſuccũ,qui nec vlli alii eſt vtilis copioſius inauctus.Ergo & obſtructiones in iecinore,liene, & renibus facit, maximè quibus in his viſceribꝰ vaſorũ exitus anguſtiores natura ſunt. Nã ſicuti in iis venis, quæ palã oculis ſubiiciuntur, nõ parua amplitudinis diuerſitas cernit᷑,tũ alterius hominis ad alterũ, tũ in vniꝰcuiuſlibet partibus: ſic in iis,quę intus latẽt, ſe habere putãdũ:hãc

tamen differentiã prius quàm experimẽto ſit explorata, internoſcere non eſt. Experientiã intelligo, quã ex eorũ quæ ſumuntur, ſingulis facere licet: [ita vt ſi quis hæc craſſa ſumere ſit aſſuetus, nec tamẽ offenditur, latas habere prædictorũ viſcerũ venas ſit putãdus: ſin facilè offenditur, anguſtas.] Nouimus enim ſenem quendã agricolã qui amplius quàm cẽtum annos ruri vitã egerat, huic plurimũ nutrimẽti caprinum lac erat: quod aliâs cum mica panis in eo macerata ſtatim ſumpſit, aliâs mel immiſcuit, aliâs coxit, etiã thymi cacumina vnà cũ pane iniiciens. Hũc quidã imitatus, videlicet tam longæ vitæ cauſam ratus in lacte ſubeſſe, perpetuò lædebatur, quocunque id modo ſumpſiſſet. Nã primũ illi grauabatur os ventris: mox tendebantur in dextro præcordia. Alius quoque ſimili modo quum lacte vti cœpiſſet, de reliquis nihil eſt queſtus: quippe qui & probè id concoxit: nec acidũ, aut fumidũ ructum ex eo ſenſit, nec flatũ aut grauitatẽ in præcordiis: ſeptimo tamẽ †quum ſumpſerat] die, iecur ſe ſentire manifeſtè grauatũ dicit: quippe videri ſibi quiddã in dextris præcordiis ceu lapidẽ iacére ſic, vt & deorſum traherentur, quæ ſuprà eſſent, & tenſio ad iugulũ vſque pertingeret. Conſtat

[Hæc in Græc. cod. non habẽtur, ſed interpres ex veteri verſione ea eſt mutuatus.

† In Græ. legitur μετὰ τὴν ἀρχὴν, *id eſt poſtquàm eo vti cœpiſſet.*

ſtat itaq; huic obſtructum iecur fuiſſe : illi flatu intumuiſſe. Quinetiam noui, cui ex diuturno lactis vſu calculus in renibus eſt natus, ſicuti aliũ quẽdam, qui omnes dẽtes amiſit, læſitq;. id verò aliis quoque multis cõtigit ex diutino lactis vſu. Alij rurſus ci tra noxã lacte perpetuò ſunt vſi : imò etiã cum maximo fructu, veluti agricola, quẽ ſupra centum annos vixiſſe diximus. Vbi enim nec qualitas lactis vtẽtis naturę quic quam eſt aduerſa, & viſcerũ tranſitus faci les, propter venarũ amplitudinem ſunt: qui ita ſunt affecti, ij cõmodis lactis fruuntur, omnis eius incõmodi expertes. Porrò cõ moda lactis iam aliis ante me medicis di cta ſunt: nempe vẽtris moderata deiectio, ſucci bonitas & nutritio : paſcuis quoque ipſis animaliũ, quorũ lacte vtendũ eſt, non parum ad hæc cõferentibus, quanquã ſunt qui paſcuorũ rationẽ planè pro nihilo ha- beant, quaſi nihil parúmve ad lactis boni- tatem conferant. Cæterùm haud dubiè vi demus animalium quorum vſuri lacte ſu- mus, ſi ſcammonia, aut †marinarũ lactuca rum] quapiam veſcantur, in lacte quoque laxandi vires ineſſe. Ex quo patet, quòd ex vitioſo paſcuo acre, acutum, & auſte rum reddetur, naturã videlicet herbarum imitatum. Itaq; etiam qui ante nos medi- ci fue

† τιθυμάλλων, id eſt tithymalorũ, & plures ſunt ſpecies, quas omnes Latini lactucas marinas, & herbas lactarias appellant.

ci fuerunt, ipſo rei vſu docti, quædam paſcua vtiq;, quæ lacti eſsēt inepta, ἀγάλακτα dixerunt, ita enim Græcè appellāt, de quibus ipſi quoq; alibi tractauimus. Nunc hactenus ſaltē de his intellexiſſe abundè eſt, animalium quorum veluti optimi ſucci lacte ſis vſurus, neq; acria, neq; acuta, neque admodum auſtera debere eſſe nutrimēta. Illud verò, vel me tacente, conſtare arbitror, animal ipſum ex florente ætate eſſe, & corporis habitu planè inculpato debere. Satiuſq; fuerit alterū caprā, alterum aſinā eſſe, earūq; lacte vicibus vti: quippe aſinæ lac tenue, ſeroſumq; eſt: capræ mediocris ſubſtātiæ eſt, itaq; hoc nutriet magis, vbi videlicet nutritione eſt opus: illud omnino tutius eſt. Nā & ſiquando ſolū cum pane ſumitur, tū citius ſubducitur, tū minimè eſt flatulentū: ſed nec in vētre cogitur, potiſsimū ſi prius ſalis aliqd, & mellis immiſeris. Oportet autē non huius modò, ſed etiam reliquæ omnis auxiliorum materię vires ſeorſum prædidiciſſe, qui ipſis rectè ſit vſurus, ne ſæpè nobis de ipſis eadē repetere ſit neceſſe. Ac nunc certè mihi videor longius, quàm pro re propoſita, de lacte, vinoq; diſputaſſe. Siquidem præſtitiſſet, commoditate eorum in ſenes explicata, qui iam tum facultates vtriuſque publi-

cas,

cas,tum priuatas differētias didiciſſet,hūc ad materiæ delectum remittere,vtique de vino tantiſper præfatos quòd quæ calidiora ſunt, quæq; vrinas mouent, ea ſenibus magis conducant. De lacte verò quòd nō omnibus ſit exhibendum, ſed iis ſolis qui id probè cōcoquant,nec vllum ex eo ſymptoma in dextra præcordiorum parte ſentiant. Sed quoniam interim propter multorum ad legendos eos libros, in quibus prolixius de præſidiorum materia diſſeritur,faſtidium, longiores eſſe ſubinde cogimur:meritò (vt arbitror) nunc quoq; condonabitur nobis tractationis modus,ſi exacta breuitate in vniuerſali methodo minimè vtimur. Illud tamen nō ignorandū, fieri nō poſſe, vt tutò quis cōprehenſis materiis ex eiuſmodi ſolùm doctrina vtatur, qualē modò de lacte, vinoq; tradidimus. Imò qui iis optimè vti volet, didiciſſe hūc prius oportet ꝓpriā de omni materia tractationē, in qua tū publicas materiæ vires æſtimauimus,tū priuatas eius differentias vſq; ad vltimas ſpecies. Neq; enim de cæteris omnibus,quæ ſcire opus eſt ei,qui ſenis ſanitatem tutabitur,expedit hoc opere fusè tractare: ſed ſatis eſt de quibuſdā ſcilicet quæ ſenibus maximè ſunt neceſſaria, ita determinaſſe, quēadmodum paulò an-

te de lacte vinoq; egimus : de quibusdam etiã breuius, quàm vt de his fecimus: sicuti rursus de aliis in totũ nihil dixisse, quãquã cui extendere sermonem cordi est, potest omniũ quæ in senibus abundare solẽt, meminisse, atq; ad hunc modũ dicere. Cæterùm satius est, & de reliquis dicere quæ senum plerisq; incidunt: vt sunt raucedines, quos βράγχους & † distillationes quas κόρυζας Græcè vocãt, & calculus in renibus, & articulares morbi, & podagræ, & asthmata aliaq; id genus. Atq; ad raucedines quidẽ, & distillationes, victus rationẽ hanc, medicamẽta verò hęc cõparare oportere: ad calculũ verò & reliquorum singula hæc. Atq; ad eũ modũ de reliquis disserẽs, nõ diligẽs modò videbitur, sed etiã in senũ curandorum scientia doctus. Verũ sicuti nec horũ quicquã scribi in tractatione de senũ curatione conuenit, quũ præsertim ex morborum curandorũ methodo, quisquis in hac sit exercitatus, ea liceat sumere: ita rursus nec quum sola cõmunia dixeris, ibi desistere, sed ipsis propositis, aliqua mox ex particularibus subiicere, quæ maximè propositæ disputationi sunt accõmoda, ceu ipsi fecimus. Nam quoniã in iis cõmentariis, quos de tẽperamẽtis scripsimus, indicatum est, seniũ indubitatò frigidũ esse, nõ tamen

† *Grauedines erat vertendũ.*

indubit

indubitatò ſiccum, vtpote nonnullis id humidum eſſe affirmãtibus: cõuenit ſanè, vt iis quæ de ſenum tẽperamento demonſtrata ſunt, ad hanc artis partem quam de ipſorum ductu nunc inſtituimus, hypotheſeos loco acceptis, ipſarum rerum ſcopũ ab illo ſumamus, ac nonnulla particulariũ tractemus, partim exercẽdi diſcẽtis cauſa, partim ad inuentionem eorũ, quæ conſultò omiſſa ſunt, futura veluti exẽpla: propterea ꝙ nõ omnes ita ſunt ſolertes, vt ex ſolo vniuerſali pręcepto, ipſi particularia inueniãt, ſed qui ad ea veluti manu ducat, deſiderẽt. Quippe quibꝰ exercitata ratiocinatio eſt, vbi ſenis corpus, quantũ ad ipſas partes attinet, frigidum, ſiccumq; eſſe audierint, facilè aũt ſeroſis, & pituitoſis excremẽtis ob virium infirmitatẽ impleri: hæc quidẽ conabuntur emittere: ſolidas autẽ ipſas calefacere atq; humectare. Verùm qui excrementorũ copia decepti, indefinitè pronuntiârunt ſenum temperamentũ eſſe humidum: ij protinus in ipſo primo agendorũ conſilio fallũtur, dum ſenum corpora ſiccanda putant. Itaq; ex cibis eos potius qui ſiccant exhibent, veluti ex oleribus braſſicam potius quàm maluam, aut blitum, aut lapathum, aut atriplicẽ, aut lactucam. Ex leguminibus, præ ptiſana, lentem, & præ

faba miliũ,& præ zea panicũ.Ex fructibus amygdalas, & terebinthi semen, potius quàm cucurbitas, & cucumeres maturos, & pruna,& mora.Iam ex carnibus eas quę ferarũ sunt potius, quàm cicurũ, & salitas potius,quàm recentes.In tota denique victus ratione,quorũ vis humida est,hæc fugiunt:quorum sicca est, hæc amplectũtur, quanquam cõtra prorsus res ipsa postulat, quum prosint his maximè humectãtes cibi. Verùm quoniam horum etiam frigidi quidam temperamenti sunt,proindeq; pituitam in ventre illico gignunt, ac primis venis:hinc videlicet noxij sunt visi iis, qui nec vniuersum senũ temperamentum nouerunt,nec caput victus eorum ordinandi vident. Quippe nec oleũ, nec dulcis aquæ calens balneum, nec vini potio his prosit, si humectationis non indigent. Iam quòd moderato motu,& somno indigeant, satis magna documẽta sunt, quò victus eorum dirigi consilium debeat. Quare si quando propter pituitam cogimur aliquid ex iis, quæ incidant ac dissecent petere,reuertẽdum sine mora ad humectantem victum est. Pari modo si quando propter obstructionis suspitionem ad cibos,medicamentáve,quæ obstructos meatus liberent,conuertimur:†quò minus tamẽ humidi temperamen

† Mẽdosi sunt hîc Græc.cod. impressi, locum ita censeo esse legendũ τοῦτε τὰ θρέψαντα τῶν σιτίων ὑγρὰς εἶναι κράσεως οὐ χρὴ

peràmenti cibi ſint nec illo ipſo die committendum] multoque magis poſtero die eidem propoſito hærendum, ac far *cum melle exhibendum, acetiq; aliquid ei miſcendum: vtique quum ptiſanæ ritu præparamus, [aut] ex mulſo vinóve Falerno ſumere iubēdum, aut lacte, vt prædixi, vtendum, aut ptiſana bene cocta, quæ piperis pollinem accepit. Ita verò & maturi fici præ cæteris autumnalibus fructibus ſunt eligendi, hyeme verò caricæ. Panis quoq; ita, vt dixi, præparatus, aut cum melle, aut cum mulſo, aut cum vino aliquo idoneo, veluti enim exempla, claritatis cauſa, hæc apponimus, vt qui perlegerit ad vniuerſalem ſcopum, quo calor humectatioq; petuntur intentus, iudicare de materia ſimili modo queat. Quoniam autem tum pituitoſum, tum ſeroſum excrementum in ſenum corporibus colligitur: & vrinas moueri quotidie conuenit, non tamen per pharmaca, ſed apio, & melle, & vinis, quæ id præſtare valeant, & aluum ſoluere, potiſsimùm oleo antè cibum abſorpto, ſed & oleribus, ex oleo, garoque, ante cibum abſumptis. Ac quotidie quidem tum per hæc abundè aluus quibuſdam ſoluitur, tum ex ficis, vtique quum hi habentur, & prunis, ac aliis id genus, quæ æſtate

πάντα πᾶσιν, οὐδὲ κατ' ἐκείνην αὐτὴν ἀποστῆναι τὴν ἡμέραν, *id eſt tunc quæ nutriunt cibaria, humidi eſſe temperamenti nullo pacto opus eſt, neque eodem ipſo die, id eſt detrectandum.*

* χόνδρον *id eſt alicam.*

autumnoq́; vigent: hyeme verò & caricis, & prunis Damaſcenis, iisq́; aut elixis, aut in mulſo, cui pluſculum inſit mellis, maceratis: eritq́; id melius, ſi mel Atticum ſit. Longè autem ad deiiciendam aluum Damaſcenis Hiſpana præſtant. Quin oliuas ex muria præſumere aliquãdo licet. Aloën verò (quod multos ſenũ, quibus ſiccus võter eſt, facere video) haudquaquam ſumi ſuaſerim. Hanc alii in pilulas fingunt cum braſsicæ ſucco, alii tantùm puluerem eius alicui inſpergũt liquori, qui aliis aqua eſt, aliis mulſum, diuites eam, quæ cum cinnamomo conficitur, accipiunt. Medicamentum id alii hieram dialoës, alii amarã vocant. Habent verò id alii ſiccum, quò potioni inſpergant: alii melle modicè exceptum non cocto. Verùm nullo horum ſenibus eſt opus, niſi maior aliqua neceſsitas vrgeat: quippe ſi iam comprehenſis aluus ſoluitur, & ſi non quotidie, ſaltem alternis diebus, nullũ planè medicamẽtoſum dari debebit. Quòd ſi biduo aſtrictus venter, tertio die nõ ſoluitur: ſat eo tempore fuerit, mercurialem herbam, & marinã braſſicam (Græci thalaſſocramben vocant) & cnicum in ptiſana, aliaq́; quæ modicè medicamentorum vim obtinẽt, dediſſe. Similiter & therebinthi reſinam: ſumitur autẽ

ea

ea aliquando nucis ponticæ magnitudine, aliquando duarum triúmve. Quippe non modò aluum ſoluere citra noxam poteſt, ſed etiam viſcera omnia, iecur lienem, renes, pulmonemq́ue abſtergere. Porrò his quæ prædiximus, variè vti expediet neque vno tãtùm delecto, id perpetuò exhibere. Cui nanq; aſſuefacta ſpacio ſumentis natura erit, eius vim contemnet. Ergo variare vices tum prædictis oportet, tum verò eo medicamento, quod ex caricis conficitur. Sunto autem hæ pingues, auferaturq́; ipſis ea quæ foris circuit pellis: pari modo & cnico: mox ambo ſimul tundantur. Eſto autem & carica cum cnico pari põdere. Licebit verò hîc quoq; medicamentum experiri, ac prout ſe ad ſumentis naturã habet, aliâs plus, aliâs minus cnici immittere: ſumere verò duarũ triúmve caricarũ magnitudinis modum. Ex ipſa verò (vt dixi) experientia, inueniet ſubiipſi quis talium omnium legitimum modum: quum venter aliis magis, aliis minus medicamentis ſit obediens. Cæterùm nullum eorũ, quæ dicta ſunt, medicamẽtorum, exhiberi admodum copioſè debebit: ſiquidem nonnulli in præſens gaudent, ſi copioſius deſederint: verùm quanto magis ſunt vacuati, tanto his venter ſequẽtibus diebus magis

aſtringitur. Quò fit vt ipſe, ſi qui ſunt quibus in diuturnis morbis vẽter ſiſtitur (quales potiſsimùm hyeme cõtingũt, quibuſq́; poſt longam infirmitatem in conualeſcentia ſimilis affectus incidit) iis aluum duco nõ acribus per inferiora infuſis, ſed tãtùm oleo. Quod etiam ſanis quoq;, vbi venter aſtringitur, ſecurus interdũ infundas: quippe quo & ſiccius excrementum madeſcit, & tranſitus efficitur lubricus, & corpus ipſum ſenis emollitur, duris aliâs pellibus ſimiliter rigens. Nõ tamen ſunt hæc ſenis, qua ſenex eſt, propria: quippe quum etiam ſint iis qui à longo morbo conualeſcũt, vtilia. Quid igitur propriũ eſt ſenis qua ſenex eſt? nẽpe quod tẽperamento eius conducit, id enim eſt cuius culpa ſeneſcimus, alius alio tẽpore citius, ſeriúſve, prout vel natura ab initio ſumus cõparati, vel ex vitæ exercitio, vel ex victus ratione, vel morbo, vel ſolicitudine, vel alio id genus immoderatius ſiccati. Eſt enim id quod omnes homines propriè ſenectutem appellant, non aliud quàm ſiccum & frigidum corporis temperamẽtum, annorũ multitudinis ratione proueniens. Accidit autẽ interdum & ex febrili morbo: atq; id etiã ex morbo ſenium appellamus, ſicuti in libro de Maraſmo diximus: quippe quũ eiuſmodi af-

fect

ſectus,Maraſmus quidẽ ſit, qui non in animalibus modò, verùm etiam ſtirpibus viſitur. Tradita verò iam eſt in primo huius operis volumine,prouenietis in nobis ſenectutis neceſsitas. Ergo tũ ex illo , tum ex iis, quæ de Temperamentis,atq; etiam ex libello , quem de Maraſmo ſcripſimus, inſtructior quiſpiã ad eam artis partem, quæ de ſenum ductu agit,reddi poterit Si quidem omnis affectionis corporalis prouidentia , in duobus conſiſtit: nempe propria eius internoſcenda eſſentia , & materiæ præſidiorum viribus. Vt ſtatim in propoſito nũc ſenio,qui ſciẽter pernouit affectum eum , ſiccitatem quandam cum frigiditate eſſe,ſi quidem quæ humectent pariter & calefaciant, præſidiorum materias norit: is idoneus ſenum medicus fuerit. Quadruplex verò materiæ genus quũ ſit, quæ ſumuntur,quæ gerũtur,quæ educuntur, quæ foris admouentur : vtique ex ſingulis eligere oportebit,quæ calefacere,humectareque poſsint. Sed ad horum cuiuſque cõmodum vſum , exercitatio quæ per exempla fit , maximè eſt vtilis. Scio ergo aliquando me pueri thoracem, qui ab reliquarum partium ſymmetria , id eſt debita conuenientia, nõ parum aberat, eiuſmodi remedij genere ad iuſtã perduxiſſe mẽſu-

ram

ram. Cinxi illi lato modicè cinctu omnia quæ ſub thorace ad coxas vſq; ſunt, ita tẽperans, vt tum citra offenſionem hæreret, tum nec laxum quicquam relinqueret, nec etiam premeret. Exercitationes verò iniunxi, & quæ per tota obeuntur brachia, & vociferationes, quas phonaſci ἀναφωνήσεις appellant. In vtriſq; verò cohiberi anhelitum iuſsi. Id fit quum thoracem ipſum vndique valẽter †impuleris, *anhelitum autem ſic compreſſeris, vt quem prius attraxeris ſpiritũ, totũ intus retineas. Itaq; etiã amplius inſpirauerit oportet, qui hoc commodè faciet: quandoquidem quò amplius ſit aëris qui cõprimitur, hoc magis thorax diſtẽtus dilatabitur. Quòd autẽ ipſe quoq; vociferationes tum magnæ faciẽdæ, tum in acumen tendẽdę ſint, id minimè eſt obſcurũ, ſi modò vniuerſas thoracis partes valẽter exercitari in animo eſt. Atq; hæc quidem gliſcentiũ adhuc corporũ, ea quæ natura †malè]cõdita ſunt, ad iuſtã conueniẽtiam, ſymmetriamq́; reſtituent, eadẽ modicè etiam iis, qui perfectam iam magnitudinẽ cõſecuti ſunt, proderunt. Verùm in ſene nihil tale moliendum, vtpote cui feriari infirmas partes, vtilius eſſe diximus: vtilius verò his eſt, & cõſueto opere exercitari, etiam ſi modicè noxium ſit: cõtrà iu-

† θλιβόντων. i. compreſſeris.

* ἐκπνοὴν, id eſt, ex ſpiratione.

† In Græ. codic. impreßis legitur καινῶς pro κακῶς.

ue

uenibus ea mutare quæ nocent, tentãdum eſt, etiam ſi à pueris his maximè inſueuerint. Poſſunt enim eorũ vires moderatè ſactam mutationem ſuſtinere:ſperariq́; poteſt in reliquo vitæ tempore fructum aliquem eos ex meliore conſuetudine percepturos. At ſenex, ſi poſſet longo tẽpore ſenſim malã conſuetudinẽ mutare, propterea quòd quo tempore meliore frueretur, habiturus nõ eſſet, fruſtra laborẽ inſumeret. nõ aliter quàm ſi quis artẽ diſcere quãpiã octogenarius inciperet. Sicuti verò ſenum ipſorũ inter ſe nõ parua differentia eſt, ſiue id ex ætate ſpectes, ſiue ex corporis affectu: ita & eorũ qui natura ſicciore frigidioreq́; ſunt, ſi ad mediocrẽ ſtatum compares, nõ paruum intemperiei diſcrimẽ inuenies, tum ipſorũ inter ſe, tum verò ad ſenes. Atq; humectare quidẽ hos profectò calefacereq́; conueniet: cæterùm audacius hæc facere in iis, qui per ætatem maiori exercitio ſunt ferundo, ceu quorũ validæ adhuc vires ſunt. Quippe primũ quò omne remediorum conſilium dirigitur, eiuſmodi intemperies corporis eſt, non ſenium, aut ætas aliqua. Verùm quoniã affectuum †naturam per coniecturam accipimus, idcirco ætatem quoq; conſideramus. Porrò eadem vtilitas, & conſuetudinis noſcendæ

†In Græ. codi. impreſſis legitur μέτρον. id eſt menſuram.

eſt,

est prætereà extrinsecus incidentium causarum, quas procatarcticas Græcè vocant, Quippe ad certiorē affectuum notitiam, talia omnia nobis conducũt: remediorum tamen*insinuatio, ex his nō præstatur. At empiricis talia totius cōcursus, quam *συνδρομὴν* vocant, pars esse censetur: quæ syndrome in ipsa curatione est obseruata, haudquaquā† ex iis quæ fieri affectus postulat inuenta. Quo rationabilius Hippocrates de agnoscendo, præsagiendoq; plurima scripsit, vtique in particularibus nos exercens, quod etiam optimi medicorum post eum fecerunt, non ignari, huic nullo negotio inuētũ iri remedia, qui eius quod curat corporis ægri, saníve, affectum exactè norit. Siquidem, vt sæpè testati sumus, incipiendum ab illo medēdi pręcepto est, Contraria esse contrariorũ remedia. Vbi verò remediorum materiam compertam habueris, ac simul vires eius intellexeris: malè affecto corpori semper cōtraria optimè se habenti, similia viribus esse adhibēda. Quinetiam intemperies ipsas quæcunque adhuc intra sanitatis fines subsistũt, si corrigere studebis, contraria quodammodo victus ratione curabis, quod tamen per multum fit otium. Nam si in negotio sint, similibus vteris, potissimùm quũ ita fuerint

* *ἐνδεικτικῶς. id est ex indicatione.*

† *ἔνδειξις. id est indicatio.*

rint corpora assueta. Porrò accidit alterũ horum plerunque magis ceu naturis ipsis, ea quæ sibi sunt accommoda, sua sponte citraque doctorem eligẽtibus. Atque hactenus malè affecto corpori cõtraria exhibebimus, quo ad pristinum statum cõsecutũ sit. Cæterùm ea victus ratio quæ intemperies corrigit, longius plerunque procedit, propterea quòd similibus maiore ex parte morbis tentamur: qui calidiore natura est, calidos morbos facilè incurrente: qui frigidiore, frigidos, & reliquis pro ratione. Facilius itaq; quicquid intemperatũ est, ad propriam naturã redit, quàm ad optimũ temperamentum venit. Quippe id quũ in medio omnis intemperantiæ sit, quisquis conueniẽte naturæ suæ morbo laborat, ab eo longius abest: qui dissimili, minus. Ergo nec assuetudines ipsæ tametsi paruæ sunt, displicentibus adhuc sibi corporibus mutãdæ sunt. Quin nec per summã sanitatem semper id tentandũ, sed tum, quum is, cui mutãdæ sunt, à ciuilibus negotiis maximè vacat. Hæc itaq; communia omnium temperamentorum præcepta particulatim variantur, prout intẽperantia quęuis ab optimo tẽperamento recessit. Nec mirum sanè est si intẽperatæ naturæ, quæ in medio exactæ sanitatis, & morbi sensibilis consi-

stunt,

ſtunt,etiã ad ordinandi victus modum ſint ancipites.Sed nec illud mirandũ ab iiſdem adiuuari,lædiq́; homines videri.Nam cõtrà, ſi omnes inter ſe ſimilẽ corporis ſtatũ obtinerent, vtiq; mirandum tum eſſet aliquos iuuari, lædiq́; ab iiſdẽ. Sed quoniam cõtrarij inter ſe multorũ hominũ corporis ſtatus ſunt:ratione nõ caret, quòd ex contrariis etiã vtilitatẽ percipiãt. Quo magis de medicis omnibus mirari cuipiam licet, quicũq; nullo prius naturarũ facto diſcrimine, de ſanitate tuenda ſcribere ſunt aggreſsi.Sicuti enim fieri nõ poteſt,vt vnum calopodiũ ad omnes homines ſutor accõmodet:ita nec medicus vnam omnibus vitæ ſpeciem, quæ conducat. Hac igitur de cauſa quidam ſaluberrimũ eſſe affirmant, abundè quotidiè exercitari: quidam nihil obſtare quò minus in quiete prorſus degatur.Et ſunt quibus lauari maximè ſalutare videtur, aliis minimè. Quinetiam de vini, aquæq́; potione, itemq́; de aliis ad eũdem modum, non iis modò quæ ad ſalubrem victus rationem pertinent,ſed etiam morborum remediis, pugnantiſsima inter ſe ſcribunt: adeò vt vel vnum quippiã quod omnibus his inter ipſos conueniat,rarum inuentu ſit.Cæterùm vſus ipſe docet, tum ab iiſdem ipſis aliquos lædi, iuuarique,

tum à contrariis pari modo. Equidẽ quoſdam noui, qui ſi triduo ſe ab exercitatione abſtinuerant, protinus ægrotabant: alios in perpetua quiete degentes, tamen ſecundam valetudinem tueri. Atq; horum ipſorum alios minimè lauare: alios, niſi lauiſſent, illico febricitare, ſicut Premigenes Mitylenæus. Atque quòd hæc quidem ita fieri cernantur, etiam ii, qui ſolo vſu artem colligunt, nouêre. Nemo tamen eorum ita in morbis notas prodidit, vt quibus quis intentus, quam quiſque victus rationem poſtulet, inuenire poſſet. Quippe in paucisſimis inuenias exactè traditas, quas empirici ſyndromas, id eſt concurſus, vocãt: quemadmodum in peripneumonia, & laterum compunctione: ſed pleriq; morborum coniecturalem habent dignotionem, vt qui non ex certorum incidentium collectu noſcantur, ſed hominem deſiderent, qui omnino corporis affectum calleat, quique omnia, quæ eiuſmodi affectui conſonent, inuenire ſingulatim queat.

Quippe quod propoſitum eſt, nos ipſa ratione ducti adhuc iuuenes inuenimus: vnde etiam manifeſtum eſt vſum quãtúmvis longum ſine ratione talia inuenire nõ poſſe. Nam de Premigene quum audirem, niſi lauaret, omnino febricitare: collegi ra

tione,eum fumida excremẽta gignere quę tranſpiratu emitti poſtularent, cæterũ quũ denſior cutis eſſet , quàm vt ea tranſmitti omnia ſineret , collecta ſub cute calorem excitare. Itaque etiam balneum eiuſmodi naturis vtiliſsimum eſſe , non ob id modò quòd fumidum euocet, ſed etiam quòd humectet,idque dulci humore. Ergo placuit explicata quoq; manu Premigenis thoraci iniecta,cuiuſmodi eſſet caloris qualitas,explorare.Vt verò acrẽ mordacemque comperi, nõ diſsimilem calori eorum qui cæpas ampliter comediſſent: multò adhuc magis euentus cauſam probè coniectaſſe mihi perſuadens,percõtabar,ecquid ſudoris illi citra balneum incideret: negantéq; id:iam firmiorem habere me affectus eius notitiam mihi perſuaſi. Quinetiam alios quoſdã vidimus,quibus mordax calor erat ſimiliter vt huic: non tamen hi vna balnei intermiſsiõe febricitabant:propterea quòd per ſudores excrementa his vacuabantur. Premigeni præter naturalem habitũ , etiã victus ratio , vel ſemel intermiſſo balneo febricitandi occaſio erat. Nam plurimùm domi verſabatur,ibiq; ſcribens, vel legens perſeuerabat : propterea quòd Peripateticæ diſciplinæ incumbebat, in qua nemini ſuæ ætatis erat ſecũdus.Scimus & iis qui

minimè natura tale excrementũ aceruant, inſtantem laborum diligentiam, curamq́; gignendi eius cauſam eſſe. Itaque etiam alteri cuidam, cui æquè atque illi mordax calor erat, tametſi balneum vno die intermitteret, contigit non febrire: propterea quòd nec ſtudiis diditus erat & negotia ſua per vrbem inambulans obibat. emens, vendẽſque multa, etiam pugnans ſubindè: in quibus ſudare coactus eſt. Ideoq́; etiã alterum quẽdam ex iis qui æſtate quotannis acuto, bilioſoq́; morbo laborãt, multos iã annos ſeruaui, exercitari vetans. Nam quũ calido ſiccoq́; tẽperamento eſſet, ſicuti Premigenes, etiam exercitatione vtebatur præceleri, tum verò ſole ac puluere. Contigit ergo ei & calorem immodicè augeri, & cutẽ denſari, atq; ad tranſpiratum ineptam reddi: quæ ambo vbi concurrerũt, nimirũ corpus cui acciderunt, paratum ad febrẽ reddunt. Ergo quod in medendi arte ſemper vſurpare ſoleo, id nunc dicã. Facillimè quidẽ quod quæritur ratiocinatio inuenit, fidem verò eius experientia cõprobat. Quãquam illud multò maximè mirandum eſt, cũ Hippocrates moneat, calidis naturis vtilius eſſe in otio agere, quàm exercitari: non paucos tamẽ medicos eſſe, qui ne norũt quidem cuiuſmodi tales homines ſint,

ſed iuxtà omnibus exercitationes iniungant: è diuerſo nonnullos eſſe, quibus nihil ad ſanitatē cōducere exercitationem placeat. Sed & tertiū ab his genus eſſe, qui aſſuetis exercitari, id permittant, nō aſſuetis interdicant. Quorū nemo planè nō errat: minimè tamē ii qui tertio loco dicti ſunt. Quippe qui cuilibet rei inſueſcunt, magna ex parte naturæ ſuæ conuenientem cōſuetudinē deligunt, propterea quòd ab iis quæ non conueniāt ſubinde læſi, ipſa repudiāt. Aliqui tamen vel dulcedine victi, vel præ nimia dementia ſe lædi non ſentientes, in malis conſuetudinibus perſiſtūt: verùm hi pauci, plures qui non perſiſtūt. Quo magis rationabile eſt, minus errare medicos eos, qui omnem conſuetudinē ſeruandam cenſent: qui verò nihil ad ſanitatem intereſſe putant exercitatus quis cibū ſumat, an contrà: item qui omnes exercitādos putāt, hos peius cōſulere, quàm qui prædicti ſunt. Horum verò ipſorum, ſi inter ſe comparētur, minus incommodi ſunt qui ante cibū perpetuò exercitandum eſſe putant, quod & Hippocratem præcipere aliqui ſunt rati, labores enim cibos præcedere in aphoriſmis legi, non vidētes hoc loco, de ordine eum locutū exercitationis & cibi, nequaquam illud affirmare, quòd omnibus hominibus

hæc ambo cõducant:imò quibus exercitari expedit:præcedere exercitiũ cibos debere. Quòd autem non omnibus proſit, & in libro de vulgò graſſantibꝰ morbis apertè teſtatus eſt, vbi calidas naturas quieſcere cenſet, & in aphoriſmis rectius ſub vniuerſali præcepto, vbi contrariorum contraria eſſe remedia proponit. Porrò fieri poteſt, vt pugnare aliquando videantur huiuſcemodi præcepta, nõ deficiẽtibus qui omnẽ motum ipſi moto corpori conuenientem, exercitationem nominent: aliis tantum eum qui vehementior ſit: ita vt priore ſignificato omnes homines exercitationem deſiderare neminem lateat: ſecundo verò ſignificato nõ ita ſe habere. Eorũ nanque qui in carcere ſanitatem ſuam tuentur, parum aptè mihi mẽtionem facere quidam videntur: quippe qui ſpatio prorſꝰ pereũt, ſi omnino tum vngi, tum lauari prohibentur. Quòd verò ad paucos dies inſalubri victus rationi reſiſtunt, nihil ſanè miri. Si igitur exercitationis vocabulo omnis venit motus, & qui inambulauit, & qui perfrictus, & qui lotus eſt, exercitatus dicetur, dummodo conueniente modo præſenti corporis ſtatui ſit motus: quòd ſi quis etiã ab iis ſit prohibitus, omnino ægrotabit. Qui enim ab iis in carcere prohiben-

tur, eos nunc non modò ægrotare, ſed etiã mori videmus, ſi diu ſint incluſi. Sin vehementiores tantũ motus exercitationes vocentur, eo pacto verum ſit, non egere omnes homines exercitatione. Statim enim Premigenes ille nullum requirebat violẽtum motum: ſed nec in porticu, quæ eſt ante balneũ, exiguam ante lauandũ inambulationem, imò vnctũ eſſe ex oleo, & à balneo aquam deterſiſſe, ſatis magni motus ſunt talis temperamenti homini. Hic verò & ante cœnam ambulabat, & cum amicis diſputabat, ſimiliter manè quoque domi. Nuſquam igitur ex ipſa in totum deſidia, adiutus quiſquam eſt. Sed quũ quietem agere calidis naturis Hippocrates ſuadet, vehementi motione vti vetat. Porrò ipſe multos qui propter eos motus, quos per totam æſtatẽ exercebant, in principio autũni quotannis ægrotabant, ipſis vetitis, ſanos reddidi: quemadmodum rurſus alios à vehementi exercitatione prohibui, alios à quiete ad conſueta opera traducens, quum ſæpè antè ægrotaſſent, in ſanitate ſeruaui. Porrò, hi frigidiores ſunt, iis qui temperati & mediocres ſunt, & affectu planè contrario, iis, qui calidiores ſicciore ſque ſunt. Diximus autem temperamentorum notas non ſolùm in libro, de temperamen-

tis, ſed etiam in libro, de arte medica: is enim vni ex libris noſtris eſt titulus. Mirandũ verò de iis medicis eſt, qui ne ea quidem, quæ ſenſui euidenter apparent, agnoſcunt. Quis enim latiſsimũ eſſe hominum diſcrimẽ nũc nõ videt, adeò vt eadẽ exercitia iidemq; cibi, alios bene, alios malè habeant, nõ ſecus quàm in morbis? Quare ſicuti quòd non omnes eadem requirãt, eos ſcire decuerat, ceu manifeſtè apparens: ita quum cõmentarios ſcriberẽt, determinare ac docere quæ quibus vel conducerent, vel officerent, par erat. Quid igitur cauſę fuit, cur eiuſmodi determinationes, tametſi ab Hippocrate proditas, omiſerunt? Nempe quid aliud quàm perdita ambitio? dum dogmatũ principes nominari, atq; inde gloriam cõſequi inter homines ſtudebãt? Cuius cauſa illi nõ ea quidem, quæ manifeſtè apparẽt, ſed opiniones quas ipſi vltrò proponebant, ſequi voluerũt. Poſteri verò qui in hos inciderũt, perſuaſi pleriq; ſunt, propterea quòd nec quicquam didiciſſent melius, & ſimul rudes imperitique demonſtratiuæ ſcientiæ omnino eſſent. Qui nãq; hanc ſequetur, facilè tum vera dogmata à falſis diſcernet: tum quæ certis determinationibus ſcripta ſunt, ab iis quæ non ita. Idem nimirum inſcitiam eorum omnium

damnabit, qui citra determinationem de diſsidentibus aliquid ſcripſerunt. Quo magis, quæ'nam eſſe determinationes debeāt altius repetentem, ſed breuibus diligenter audies. Quibus mordax calor à natura eſt, adeò, vt fumida gignat excrementa, iis balneum ſalubre eſt, tum motus, qui & exiguus, & lentus ſit, multus autē & celer aduerſiſsimus eſt. Itaque iſtis non ſemel modò, verū etiam bis die lauari conducet, potiſsimùm æſtate. Eſſe quoq; boni ſucci nutrimentum, in quo nihil inſit acre. In ſole autem verſari, & iraſci, & multùm cogitare, his inimica ſunt. Qui diuerſæ ab his naturæ ſunt (hi autem ſunt, qui frigido & humido temperamento ſunt) valentiores motús deſiderāt, ac victum in quo ſuperet quod tenuem ſuccum faciat, is cuiuſmodi ſit diximus ſingulari libro. Hi verò nec ſi in ſole exercites, læduntur: nec etiam ſi balneo abſtineant. Ac maxima quidem eſt dictarum inter ſe naturarū differentia: aduerſiſsimum enim eſt humidū, & frigidum temperamentū ei, quod calidum eſt, & ſiccum: maxima rurſus eſt, & calidi ad frigidum, & humidi ad ſiccum. Porrò frigidum & ſiccum ſenū temperamēto quàm ſimillimum eſt: itaq; etiam celeriter ſeneſcunt eiuſmodi corpora, dictumq; de hoc tempe

ram

ramento ſuprà abundè eſt. Humidum verò, & calidum, fluxionum vitiis obnoxiũ eſt. Cæterùm quod omnibus intemperatis naturis cõmune præceptum eſt, id expedit in hac quoque ſeruari. Eſt autem id, vt eas corrigas quidem cõtrariis, ſed dum planè in otio ſunt: ſerues autem ſimilibus, quum per negotia ſibi vacare non poſſunt. De exercitationibus huiuſmodi corporum ita ſtatuendum eſt: plus quidem his laborandum eſſe, propter corporis humiditatem: præceleri motu non vtendum propter calorem. Porrò attendendum diligenter eſt, quum ex ſegniore vitæ ratione ad exercitationes ſe transferunt. Illico enim fluxionum tentantur morbis, niſi prius ſint vacuati, quàm exercitationes adeant. Quicquid enim in corpore concretum, & craſſum in humoribus fuerit, aut etiam modicè frigidum, id ſtatim in ſpiritum vertitur ac funditur. Itaq; etiam vere tales naturæ maximè iis morbis patent, qui ex plenitudine oriuntur: quales ſunt ſynanchæ, cynanchæ, deſtillationes, quos catarrhos vocant, hæmorrhoides, ſanguinis profluuia, articulares morbi, ophthalmiæ, peripneumoniæ, laterum compunctiones, reliqui deniq; omnes quorum genus eſt phlegmone. Quare etiam occupare per veris initiũ

ſanguinis detractione oportet, aut per inciſam venam, aut ſcarificandis malleolis. Quòd ſi ita inanire recuſent, purgandi medicamento ſunt non ſimplicis facultatis, ſed quod trahere flauam bilem, & pituitam, & ſeroſa excrementa poſsit. Quæ verò de exercitationum ratione diximus, eadem & de balneo dicta eſſe putandum. Quippe quod ipſum quoque non tutum eſt, niſi prius inanitum corpus ſit: inanito verò vtile eſt: potiſsimùm cuius lauacri aqua potabilis non eſt, ſed in qua vis aliqua per halitum digerendi ſubeſt. Vinum autem frigidis ſiccisque naturis vtiliſsimum eſſe prius dictum eſt. An verò calidis omnibus idoneum non ſit, ſed vtilior his aquæ potio ſit, ſicut in libro de popularibus morbis, ſiue epidemion legimus, nunc æſtimandum. Fortaſsis enim abſurdum omnino cuipiam videbitur, iuuenem qui athleticus, vel militaris ſit, aut etiam foſſor, meſſor've, aut arator, vel deniq; qui robuſtum aliquod opus exercet, aquæ tantùm potione vti: atque in hoc falli Hippocratē, cum calida temperamēta aquæ potionē poſcere, abſolutè pronuntiet. Mihi verò Hippocrates non abſolutè id, ſed de naturis ſummè calidis, quæ vtiq; propter intemperiē tales ſint, dixiſſe videtur: non

quòd

quòd plurimum habeant naturalis caloris, quem ipſe augeri in athletarum exercitio confirmat. At qui ex intemperie calidus eſt: is neq; athleta, neque miles bonus, ſed neq; foſſor, meſſor, arator've aut denique ruſtica, vrbana've opera, fortis vnquam euadet: quippe valentium hominum ea ſunt munera. Porrò tales nunquã fuerint, niſi mediocri ſint temperatura: atqui ſi media temperie ſint, vtique plurimus iis fuerit naturalis calor, ac tali quidẽ naturæ mediocre profectò dandum eſt vinum, ſicuti ipſa quoque mediocris eſt. Atque hactenus ſaltem mediocre, quòd ipſa mediocris eſt temperamenti: quando hãc quoque neceſſe eſt non ſolùm in ſenectute, ſed etiam in remiſsionis tẽpore, media temperatura frigidiorẽ euadere. Si cui ergo vt in intemperie, quæ intra ſanitatem conſiſtit: calidiſsimũ temperamentum ſit: huic omnino vinum circũcidiſſe prodeſt. Sed quum triplex genere ſit calidi tẽperamenti differentia, vna in qua reliqua contrarietas (nempe quæ in humido ſiccoq́; conſiſtit) mediam temperiem ſeruat: altera in qua ſiccitas ſubſultat, & tertia in qua vnà cum calido etiam humidum redundat: vtique in qua altera contrarietas medium temperamẽtum tenet, nunquam

fuerit vltimè calor immodicus: quandoquidē huic ſiccitas ſtatim ſuperuenit: iſta verò non ponitur à nobis ſicca. At in qua ſiccitas calori eſt adiuncta, in hac incidere aliquādo plurimus, vt in intemperie, quæ cum ſanitate conſiſtit, præter naturam calor poteſt, idq́; longo tempore: plurimam verò breui ſpatio, etiam quæ cum humiditate coniuncta eſt immoderatā caliditatem, vt in ſanitatis intemperie, fieri licet. At ei quidem quam primo loco diximus differentiæ, tantū diluti vini, quod ὑδατώδεις vocant, exhiberi ſinemus, quantum à ſumma intemperie ipſa receſsit: reliquarum autē neutri, præſertim quum ſumma ſit, quemadmodum eſt oſtenſum. Quæ enim tales intemperies non ſunt, iis dandum vinū eſt: ſed exiguum, & dilutū (tale porrò eſt quod colore quidem eſt album, ſubſtantia tenue) ſicut è diuerſo frigidis intemperantiis calidiora vina præbemus. At quod calidiſsimum quidē vinum eſt: id frigidiſsimis intemperantiis eſt vtile, reliquis verò quod portione reſpondet. Neq; enim eius tantū meminiſſe oportet, quòd contraria contrariorum ſint remedia, ſed etiam quātitatis rationem in ſingulis contrariis habere. Ergo ſicuti de medicamentis oſtendimus non ſolùm æſtimandū eſſe

cal

calidum'ne an frigidum quicquam ſit, ſed etiam quoti in his ordinis ſit: ita & de vinis eſt agendum, non ſolũ dilutum aut calidum deligentibus nobis, ſed quod vt ad intemperantiæ ſpeciem, calore, frigoréve ſuo conuenienter occurrit, ac reſpondet. Hæc verò dicta mihi de iis ſunt, qui mediam ſenectutis ætatem agunt, vtique nec ignoranti primam eius partem eſſe, quæ ὠμογερόντων, id eſt, eorum qui cruda viridíque adhuc ſenecta ſunt, dicitur: propterea quòd adhuc obire ciuilia negotia poſſunt: ſecundam autem cui aptè nomen ipſum inditur, eò quòd ipſa ſit de qua dicitur:

Vt lauit, ſumpſitq; cibum, det membra ſopori.

Quod tamen in tertiam non conuenit: in qua Telephum grammaticum bis ter've menſe lauari dixi: propter enim virium infirmitatem, aſsiduum hi balnei vſum non ſuſtinent, Accedit quòd per habitus frigiditatem, mordacia hi excrementa non pariunt. Nominant eum, qui ad hanc partem peruenit Græcè πέμπελον: ſicuti aiunt qui vocabulorum etymologiis gaudent, ab eo quod eſt πέμπεσθαι εἰς τὴν ἅδου, id eſt, mittendo in pompam quæ ducit ad Manes.

CLAV



CLAVDII GALENI DE SANITATE TVENDA LIB. VI.

THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

Quæ in ſexto libro de tuenda ſanitate continentur.

Quòd corporum, quæ prauam ſortita ſunt constitutionem, alia æqualiter, alia inæqualiter ſunt affecta, & quòd inæquales cōſtitutiones longè deteriores ſunt æqualibus.

Præcepta quædam ad ſanitatē tuendam, ei, qui conuenienti tempore non poteſt corporis ſaluti proſpicere.

Quo pacto quis eis poßit proſpicere, qui praua ſunt corporis constitutione.

Quo pacto hi poßint diu ſani ſeruari, qui quum otio ſeipſos cōmodè curādi non careāt, æquali omnium corporis partium intēperie laborāt.



LIVD huius de ſanitate tuenda ſpeculationis argumentum hoc libro inchoaturus, repetēda cēſeo eorum, quæ hactenus

tracta

tractata ſunt capita, quæ vtiq; dicẽdis ſunt neceſſaria. Igitur primum diximus quid ſit ſanitas: ſecundo loco generalis eius deſcriptio poſita eſt: tertio queãdmodum ſeruari ea poſsit, eſt proditũ. Ad hæc illud adiectũ, animaliũ corpora perpetuò mutari: indeq; adeò neceſſe eſt ſanitatẽ eorum, quæ aliâs corrũpi periclitetur, noſtræ procurationis indigere, antequam tam notabilis mutatio fiat, vnde iã manifeſtè ægrotẽt, procurationẽ verò nõ aliunde cõſtare, q̃ ex cibo potioneq;, quibus quod de ſubſtãtia corporis decidit, reficiatur. Altera incurabilis eſſe demonſtrata mutatio eſt, ſcilicet quæ pro ætatis ratione accedit, propterea quòd cuiuſq; animalis corpus à prima genitura ad exitum vſq;, toto interueniente tẽpore ſicceſcat. Cæterũ qui ſalubrẽ viuendi rationẽ ignorãt, credibile eſt hoc citius, quàm pro naturę ratione interire. Quoniã autẽ (vt diximus) neceſſe eſt omne genitũ animal nutriri: ſubſtãtia verò ciborũ vniuerſa, in nutrimẽtũ nõ abit, ac proinde vitioſum quiddã ex ſuperuacuo eius relinquitur, quod ꝓpriè excremẽtũ vocãt, præparatæ à natura quædã corporis partes ſunt, q̃ id ſecernant atq; emittãt. Plurima verò quum ſit in naturis corporum differentia, rationabile eſt ſuã eſſe cuiq; ſanitatis tuẽdæ prouidentiã.

Primum

Primum igitur eo homine qui optimo ſit ſtatu, pro materia tractationis propoſito: quemadmodum hũc quiſpiam in ſanitate cuſtodiat, tradere ſtuduimus. Quum autẽ variæ occaſiones ſint, quibus ſecũda valetudo variè conuellitur: eũ, qui optimo corporis ſit ſtatu † vni ſibi vacãte] ac ab omni ciuili negotio liberum in ſanitate ſeruare propoſuimus. Atq; hunc quidem quum in primis quinq; libris, quemadmodum quis à prima ineũte ætate, ad vltimam vſq; ſenectutẽ in ſanitate cuſtodiat, docuerimus: nũc ad eos veniemus, quibus per negotiorum qualitates, eſſe, bibere, atq; exercitari debito tempore non licet: prætereà ad eos qui ſtatim ab ortu valetudinarium corporis ſtatum ſunt ſortiti. Sanè breuior erit de his ſermo, quàm prior: quãuis ſuapte natura longior ſit, prompterea quòd plurimarũ materiarũ vires, quibus ad ſecundæ valetudinis tutelam vtimur, prædictæ iam ſunt. Nã quum frictione, balneo, exercitatione, cibo, potione, † fomẽto calido frigidoq;,] veneris tum vſu, tum abſtinentia, & ſi quid aliud eiuſmodi eſt, mutationes fieri corporis cernamus: vtiq; horum omnium vires (vt dixi) prius ſunt proditæ. Vitioſi autem corporũ ſtatus, genere duplices ſunt: quum elemẽtares, & primas corporis particulas, quas

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreſsis ἑαυτῶ φυλὰττειν, pro ἑαυτῶ σχολάζειν vt legitur in veteri.

† In Græ. est θάλπεων τε καὶ ψύξεων id est calefactionibus, & frigefactionibus.

quas Ariſtoteles ὁμοιομερῆ, id eſt ſimilares vocat, alij æquabiliter, alij inæquabiliter attẽperatas habeant. Dico autẽ æquabiliter temperari, quum ad aliquam intemperiem verſę æquabiliter corporis particulę omnes, aut frigidiores iuſtò, aut calidiores ſunt redditę, aut ſicciores, aut humidiores, aut per coniugationem quædã calidiores ſimul, & ſicciores: quædam humidiores, pariter & frigidiores, & quædã humidiores, & calidiores: quædã ſicciores, & frigidiores. Quinetiam in inſtrumentalium partiũ compoſitione, quædam æquabiliter, quædã inæquabiliter ſunt cõditæ. Ac primùm quidem dicam hîc quoq;, qui ſtatus corporum ſunt maximè valetudinarij, ſicuti & prius [qui maximè ſanus eſſet] oſtẽdi. Verùm is vnicus erat, etenim in omniũ rerũ genere, quod optimum eſt, id vnum eſt: vitioſa verò plurima ſunt. Duplex tamen eſt eorũ ſecundũ genus diſcrimẽ, ceu vt paulò antè dixi: aliis ſimili intẽperie omnes partes habentibus, aliis diſsimili. Atq; eorum quidem quæ ſimilem intemperantiam habent, ea peſsima eſſe conſtat, quæ has validas habent, ac potiſsimùm frigidas ſimul, & ſiccas. At quibus inæqualiter ſe habent corporis partes, horum numerare quidem varietates facilè nõ eſt. Cæterùm illa quo-

que duplici genere ſpeciéve, ſiue quouis alio modo nominare velis, variare licet. Nam maximè quidem ea morbis patent, quorũ principes maximè partes contrariis tẽperamẽtis ſunt affectæ: minus obnoxia valetudini ſunt, quibus † diuerſę à principibus partes] ita ſe habent. Equidẽ aliquos iam vidi, quibus vẽter frigidus erat, caput calidum: ſicut cõtrà, quibus caput frigidum erat, venter calidus. Vidimus autem & ex accidenti, nõ primùm, nec propria temperamenti ratione aſsiduè afflictum bili ventrem, qui alioqui non erat natura calidus: ęquè verò, & refrigeratum alterum, quanuis non eſſet natura frigidus, ad eũdẽ modum & caput, & iecur, & lienem, atq; etiã alias partes, aliarum quandoque imtemperantiis affici: quum aut ipſæ haudquaquã læſæ in proprio temperamento eſſent, aut etiã contrarium planè, quàm aliæ affectũ haberent. Primùm ergo de iis verba faciã qui æquali ſunt intemperie: idq; ab iis qui præcalidi ſunt, auſpicatus. Sanè dictũ à nobis in libro, de Tẽperamentis eſt, fieri non poſſe vt intemperies quælibet ſola diu duret: quando ipſa ſibiipſi alteram ex neceſſitate aſciſcit: indeq; factũ, vt pleriq; medicorum quatuor tantùm eſſe intemperãtias putârint, eaſq; cõpoſitas, ſimplices verò

† Μὴ κύριαι id eſt, non principes partes.

rò ne esse quidẽ. Nam & calidam, dum humiditates semper cõsumit, parere siccitatẽ: & frigidã, dũ nihil absumit, †humoris incremento quodammodo conferre. Jeodẽ modo & siccam per eas ætates, quibus augescit animal, calidius ipsum semper efficere: quibus verò decrescit, refrigerare: & siccare quidẽ solidas corporis particulas, cõgerere verò abũdantiã excremẽtorum. Simili modo si humida cum modicè calida coïerit, existere aliquãdo in vtraq; oppositione mediam temperiẽ, vtrãq; oppositionem intelligo, & quæ ex calido ac frigido cõsistit, & quæ ex sicco & humido. Erit aũt medii tẽperamẽti (quod εὔκρατον Græci vocãt) eiusmodi intẽperantia in ipso pręcipui vigoris tẽpore, quàm ἀκμὴν Græci vocant: sed & in remissionis tẽpore prout ipsi conuenit. Optimã nanq; temperiem in adolescentia corpus obtinet: reliquæ omnes ætates deteriores hac sunt, vt prius est ostensum. Atq; hoc etiam meminisse cõueniet, vnũ id quoq; ex iis quæ dicta sunt. Quum enim duplices actiones in animalibus sint, certè corporales pueri præcipuas obtinẽt: quę animi sũt, ea q̃ à pueris ad remissionẽ vsq; succedit ætas. Nec tamẽ est has ætates annorũ nũero circũscribere, quẽadmodũ nõnulli fecerũt: nisi fortè ĩ latitudine qua-

† ὑποτρέφειν ὑγρότητα, id est humiditatem subnutrire.

dam. Ergo pubeſcere quidẽ incipiunt aliqui, vbi quartumdecimum annũ expleuerunt: quidam vno pòſt anno, aut etiã amplius. Initium prætereà remiſsionis nõnulli habent ſtatim à trigeſimo anno: nõnulli poſt quintum & trigeſimũ. Ac robur quidem omnibus minuitur poſt ipſam ſummi vigoris ætatem: non tamen hi ſanitatem amittunt, tametſi minus hanc, quàm antè, laudabilem habẽt. Cæterùm hanc habent, †non ſolùm vſq; ad initium ſenectutis, verumetiam in ipſa ſenectute tota: quæ ipſa quoque quibuſdam naturalis eſſe morbus videtur: quum enim nec dolore anguntur vllo, nec vllã actionũ earũ quibus ad vitæ munia vtimur, aut penitus amiſerunt, aut †omnino imbecillam]habent, vtique ſani ſunt, ſanitate quæ ſenectuti ſit cõgrua. Meminiſſe enim profectò oportet eorũ, quæ de ſanitate demonſtrata ſunt: nempe quòd ampla ſit eius latitudo. Iam ſi tertia quoq; corporis affectio eſt, quam neutrã Herophilus appellat, quæ in iis, qui è graui euaſerũt febri, cõualeſcẽdi tempore cernitur, & ſenili ætate: omnino extra morbũ ſenes erũt, actiones tamẽ perinde, vt ii qui in flore ætatis ſunt, firmas valenteſq; nõ habebunt. Verùm ſi ad vidẽdum, audiendũ, ingrediendũ, aliaq; facienda, quæ ſeni expediunt

† Mendosè legitur in Græ. codi. impreſsis ȣ̓ μὴν pro ȣ̓ μόνον.

† In veteri legitur μὴ πάντα πᾶσιν ἀῤῥωστὸν. id eſt non omnino imbecillam. Et paulò pòſt legendum eſt, ὑγιαίνουσιν. pro ὑγιαίνουσαν et οἰκείαν pro ȣ̓κ οἰκέιαν.

diunt, nullo deficitur corpus: etiam hoc rationabiliter ſenis ſanitatem nomines, vtiq; totum hoc iungens, ſenis ſanitatẽ nõ abſolutè ſanitatem. Hæc enim propter ipſam actionũ virtutẽ integra eſt, & de qua queri non poſsit: ſenũ ſanitas querimoniis nõ vacat, quãuis enim omnes actiones habet, nullam tamen validam habet. Atque adeò illa pars artis quæ de ſenum ductu inſtituitur, huc tantùm cõſilia dirigit, vt ſanitatẽ † eorum] quatenus fieri licet, tueatur. Corpora verò, quæ à prima ſtatim genitura pronũ ad morbos ſtatũ ſortita ſunt, ea planè ad ſenectutẽ nunquam perueniunt: aut ſi quando peruenerũt, vno ſaltem diutino morbo penitus laborãt. Propoſuimus autẽ in hoc libro de iis diſſerere, q vitioſo corporis ſunt ſtatu, atq; hos queẽadmodum ſanos plurimũ tueamur, diſquirere. Ergo initio ab iis ſumpto qui parẽ in omnibus corporis partibus intẽperiem habẽt: primùm de iis agamus, qui calidius temperamentũ ſortiti ſunt, cæterùm in humiditate ac ſiccitate modicè ſe habẽt. Ac talis quidẽ corporis natura ab initio ſtatim magis apparet ſana, quàm ea, quæ in vtraq; oppoſitione, vitioſa eſt. vtrãq; oppoſitionẽ intelligo, & quæ ex calido & frigido conſiſtit, & quæ ex humido & ſicco. Eadẽ dentes edet

† Hæc particula nõ eſt in Græco, ſed diminutè legitur in Græc. cod. impreſsis, τὴν ὑγείαν, ꝓ τὴν γεροντικὴν ὑγείαν. id eſt ſenilẽ ſanitatẽ.

citius, & citius articulatã vocẽ proſeret, & citius ingredietur, & ſingulis annis ad portionem increſcet, poſteà verò quàm adoleſcentiæ annos cõpleuerit, exinde ad remiſſionem vſq; manifeſtè calidior apparebit ſic, vt tũ morbis, tũ ſymptomatis, quæ à bili oriuntur, facilè ſit obnoxia. Multus nãq; calor dũ humorẽ abſumit, ſiccius tẽperamentũ reddit. At quũ florens iam ætas itẽ calida ſit, nimirũ cõpoſita eorũ temperies, calida ſimul, ſiccaq; erit. In talibus autem tẽperamentis, bilis abundare tũ pallida, tũ flaua ſolet. Ergo qui hac natura ſunt, ad ætatẽ vſq; adoleſcentiæ, ſimiliter educandi ij ſunt, qui optimæ ſunt naturæ: de quibus dictum in præcedentibus eſt. Poſteà verò quàm abſolutũ eorũ corpus ſit, conſiderare oportet, vtrúmne bilis excrementũ illis per aluum expellitur, an ad ſuperiorẽ ventrem ſit propẽſum. Si enim deorſum feratur, conſtat nõ debere eſſe ſolicitos: ſin ſuperiorem ventrem petat, per vomitum eſt emittẽdum, ſcilicet longè valere iuſsis philoſophis iis, q̃ vomere ex aqua tepida poſt exercitationes ante cibum vetant. Nam vino nec ipſe ſanè tũc eſſe vtendũ ſuaſerim, niſi difficulter id faciant ex aqua. Quippe eiuſmodi quædã corporum naturæ ſunt, quibus vtiq; vinum dulce, ſed vbi aquam

præbi

præbiberint, eſt concedendum. Præterea etiam magis, vbi temperamentũ eorũ ab initio calidius ſicciuſq́; fuit, vomitio petẽda eſt: propterea quod magis etiam hi bilioſi ſunt, in pręcipui vigoris ętate. Quin & exercitari his vtilius eſt, non acutis exercitationibus & præuegetis, ſed potius tardis, & mollibus: ſunt enim omnes, qui hoc ſtatu ſunt, graciliores. Acutæ verò exercitatiões conſenſu gymnaſtarũ omniũ extenuãt: lẽtæ contrà corpus implent. Sunt verò ex iis qui impẽsè calido tẽperamẽto ſunt, & qui exercitari prorſus non deſiderãt: ſed abundè his ſatisfaciant † inambulatio, balneũ, & mollis ex oleo frictio. Acre nanq; & mordax calidum id eſt, quod ab his exhalat nõ humectãs, quale ἀτμῶδες Græci vocãt, nec ſuaue citraq́; morsũ: hos verò a cibis quoque balneum iuuat. Quidã verò eorũ incredibile eſt, quàm etiã obeſi ſunt redditi ex tali victus ratione. Antiquum autem vinum inimicum his eſt: albũ verò ac tenue idoneum eſt. Aeſtimandũ autem in omnibus eſt, qui à cibo lauãtur, num in dextera præcordiorum parte, vbi ſitũ iecur eſt, dolorem aliquem, aut grauitatem, aut tenſionem ſentiãt. Eiuſmodi nãq; corporum ſtatus iecinoris vitiis tentari ſolet, ſi balneo poſt cibũ vtãtur. Ac ſi quãdo eiuſmodi ali-

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreſsis περìπαντόστε. id eſt de omni, pro περὶ πάντοστε.

quod vitium ſentiunt, illico dandũ aliquid eſt eorum quæ obſtructum iecur liberent, abſtinendũq; ab iis cibis, qui craſſum efficiunt ſuccũ, ac potiſsimùm ſi iidem glutinoſi ſint. De his dictũ abundè nobis eſt tribus libris, quos de alimentorũ viribus ſcripſimus: præthereà in eo libro, quẽ de euchymia, & cacochymia, id eſt cibis boni & mali ſucci, edidimus : itemq; in libro de extenuante victus ratione. Quippe qui dolorẽ in iecinore ſentiunt, iis tali victus ratione vtẽdũ omnino eſt, quoad dolor ſe remiſerit, & dextra præcordia leuia quodãmodo ſentiant. Vtile ſanè fuerit & liquorem in quo macerata ſit abſinthij coma, offerre: præthereà quod tum ex ea, tum ex aniſo, & amaris amygdalis conficitur : quod etiam bibere ex oxymelite præſtat in eo tempore, quod inter ſurgendum à ſomno lauandumq; interuenit. Nam & poſtquã confecta ſunt quæ ex ventre ad iecur reddũtur, talia exhiberi præſtat, & temporis aliquid, eorum opera † ante cibum ſumendũ dari, non inutile eſt & medicamentũ quod diacalaminthen vocant, cuius compoſitionẽ in quarto horum cõmentariorum ſcripſimus. Verùm in bilioſis temperamentis, cauere oportet huius aſsiduum vſum. Sed & ſiquando horũ quiſpiam eo propter iecinor

† Mĕdosè legitur in Grcæ. cod. impreßis περὶ pro πρὸ.

noris obſtructiones vtitur, vtilius eſt ex oxymelite id bibat. Porrò alimēti ſpecies, ſiquis horũ temperamentũ vertere in melius ſtudet, cõtraria eſſe intemperãtiæ debet. Senſim verò id fiet citra noxã, ſi & prę ſit medicus, & qui curatur ita ſit à negotiis liber, vt omnia ſuo tēpore peragat. Nã qui in rebus ciuilibꝰ verſatur, & multis negotiis diſtringitur, huic tutius eſt, vt nec tētet temperamentũ ſuum mutare, ſed accõmoda ſibi nutrimenta ſumat. Porrò apta ſunt humidis quidē humida, & ſiccis, ſicca. Nutritio enim fit, quũ is, qui nutrit, cibus corpori, quod alit, aſsimilatur. Citius autē aſsimilantur ſicca ſiccis, & humida humidis. Quibus verò æquale tēperamentũ eſt, iis quãto iucundius fuerit quod comedũt, tãto vtiq; fit magis nutriēs. At qui inæqualem temperiē ſunt ſortiti, ita vt his aliud iecinoris tēperamentum ſit, aliud ventris, aut alicuius eorũ, quæ circa iecur ſunt, iis diuerſum eſt quod aſſumptu iucundũ eſt, ab eo quod cuiq; particulæ eſt idoneum. Quoniã aũt oſtēſum eſt, duplex eſſe quod ſingulis cõueniens eſt: aliud quod ſecundũ ſimplices qualitates, aliud quod ſecũdum totam ſubſtantiam, quod ſimplicibus qualitatibus maximè aptũ eſt, id qualénam ſit ſuperius paulò eſt cõprehenſum: idq; ſeu

mutare intemperiem per otiũ velis, ſeu cedere cogaris propter negotia. Quod ex tota ſubſtãtia idoneum maximè eſt, ſola experientia diſcernitur. Ac maximam quidẽ vim habet ad ea, quæ eduntur, bibunturq́;, non in ventre modò, ſed etiã toto corpore cõficienda, totius ſubſtantiæ cõuenientia: cuius ratione nutrimẽta animalibus, & varia, & ſpeciebus multùm inter ſe diuerſa habẽtur: quũ nulla ſimilitudo ſit eius quod ex palea, & herbis accedit ei, quod ex oſſibus & carnibus, nulla ſocietas eius, quod ex pane eſt, cum eo quod ex cicuta, & veratro, nã & hæc animantiũ quibuſdã nutrimenta ſunt. Fiũt autẽ qualitatibus conueniẽtię, vtiq; ſi ſeruare tẽperamentũ ſtudes: humidis naturis humectãte cibo maximè quadrãte: ſiccis verò, eo qui ſiccet. Sin alterare placet, cõtrariis. In eo autẽ qui eſt in calido, frigidóve ad intẽperantiam lapſu, contraria dare ſemper expedit: quũ & efficaciſsimè eiuſmodi intemperies ſint, & (vt ita dicam) magis, quàm quæ ex ſiccitate & humiditate cõſiſtunt, potentes: quippe quũ facilè ſimilibus nutrimẽtis in morboſam intemperãtiam abeant. At ſi ſiccius quoduis membrum efficias, nihil manifeſtè lædes, pari modo nec ſi humidiori ſuam humiditatem ſerues. Euidenti verò argumẽ-

to tibi & ętates ſint. Quæ enim à prima genitura adoleſcentiam vſq; habẽtur, humidiſsima iis caro eſt:ſenili ætate impenſe ſicca. Meminiſſe verò in huiuſmodi ſermone oportet eorũ, quæ in opere, de Tẽperamentis ſunt ſcripta: ſcilicet, ne quis exiſtimet qui ſuperuacuis excremẽtis onerãtur, hos humido tẽperamẽto eſſe, quæ res eos qui ſenectutẽ frigidam, & humidam putârunt, falſos habuit. Non enim ipſæ particulæ ſenum, humidiore temperamẽto ſunt, ſed ipſæ capacitates, quæ inter corpora patent: tũ ſenum, tum eorũ qui humidis morbis laborant, ſuperuacua humiditate implentur. Porrò cuiuſmodi ſiccus morbus ſit, certa ſcientia cognoſcet, qui librum, quem de Maraſmo inſcripſimus, diligenter relegerit, nõ ſemel bíſve, nec tranſcurrens, ſed ſingulis inſiſtens atq; intentus. Sanè qui hæc cõmodè leget, hunc exercitari prius conuenit, in ſecũdo de temperamentis libro, in quo demonſtratum eſt ſenis tẽperamentũ ſiccum eſſe. Verùm quod in præſentia nobis ꝓpoſitũ eſt, calidius iuſtò corpus, ſiquidem in prima conſtitutione medium humiditatis ſiccitatiſq; habitum habuerit, omnino id in incrementi ſtatu (quam ἀκμὴν vocãt) ſiccum efficitur, idq; tum magis, tum celerius, ſi etiã natura ſic-

cius

cius erat. Sed & ſeneſcet idem citius, quãto vtiq; ad ſummum incremẽtũ peruenit citius. Nam quũ omnes in remiſsione ætatis ſicceſcimus: ratio eſt, vt qui natura ſit ſiccior, in ſenilis intẽperantiæ ſiccitatẽ citius perueniat. Hi ergo in præcipui vigoris ætate potiſsimùm humidã victus rationẽ poſtulant, cuius formulã proximè deſcripſimus. Perficitur enim humectãtibus cibis ac balneis, tũ exercitationum & quæ †prçceleres, & quæ multæ ſunt, abſtinẽtia. Hi adeò æſtatis tẽpore, & citius lauãtur, & à cibo iterũ: ꝓdeſt his & frigidæ potio. At venus ſiccis tẽperamẽtis eſt inimiciſsima. Vitãdæ quàm maximè his ſunt exuſtiones & laſsitudines, & ſolicitudines, & vigiliæ, & motus omnis celer. Iracundia verò, quũ bilioſas naturas maximè accẽdat, acutas febres parit. Itaq; quæ victus ratio iis laudatur, qui ſtatus incremẽti tẽpore temperie ſunt calida, humiditatẽ tamen ab ortu mediocrem habebãt: hæc iis qui natura calidi ſunt & ſicci, magis cõuenit. Nec dubiũ eſt quin modus quoq; exceſſus ſuperãtis elemẽti imprimis cõſiderãdus ſit. Siquidẽ eatenus intendere, remittere, aut augere victus ſpeciẽ oportet, quatenus ſupra naturalẽ habitũ aucta diminutáve ſunt tẽperamẽti elemẽta. Quapropter ſi eorũ qui natura

† συντό-νων. *id eſt validæ.*

humi

humidiores, calidioresq́; sunt, mutare tẽperamentũ ad frigidiorẽ ficcioremq́; speciem libet: cõtrariam his victus rationem exhibeas oportet, sin id custodire placet, similẽ. Sanè eiusmodi naturæ in puerili ætate fluxionum, & redũdantiæ morbis maximè tẽtantur, itemq́; putredinis, quo magis & pluribus exercitationibus, & exacta vẽtris cõcoctione indigent. Quidquid enim in hoc corrũpitur, id toti corpori morborum putredinis occasio fit. Itaq; & ante cibum bis terq́; hi si lauẽt, ac calidis spõtè or tis vtantur: maximum inde cõmodum sentiunt, quippe huc dirigitur in his cõsilium, vt ipsas animalis particulas seruem⁹ humidas. Quæ res omnis temperamenti cõmunis est, si modò cõtraria ratio omnium animantiũ corpora citius ad senectutẽ perducit, ipsaq́; sit, cuius culpa omne genitũ corpus mortale sit. Quippe si fieri posset, vt tẽperamẽtum corporis humidum perpetuò seruaretur, verus sophistæ (cuius inter initia operis memini) sermo esset, qui sibi auscultãtẽ promisit immortalẽ fore. Sed quoniã naturæ progressum, qui est ad siccitatẽ, effugere corpori nõ licet, vt antè docuimus, idcirco senescere nobis corrumpiq́; necesse est: erit tamen id maximè diuturnũ, quicquid erit minimè siccatũ. Verùm

cùm humida victus ratio excremēta, & succorū abūdantiā pariat, difficile est ita mediocritatem seruare, vt neque morbi incidant, neque senectus maturetur. Quod tamen ad ipsius temperamēti rationem attinet, qui maximè sunt humidi: ii maximè sunt longæui. Iidem & sanitate, vbi corpus ad robur peruenit, plus cæteris fruūtur, & cæteris qui parem ętatem agunt, valentiores ad extremum vsque senium sunt. Ideoque ferme tū medicis omnibus, tum philosophis, qui corporis elementa diligēter inuestigârunt, temperamentum id laudatum est, imò etiam vnum id proinde secundum naturam se habere, quibusdam est visum. Nam quanquā in principio sit deterius, tēpore tamē reliquis præstâtius euadit. Quò magis qui tuendæ huius corporis sanitati pręficitur: iis, quę ab ipso defluūt, prospicere debebit tum exercitatione, vt dixi, tum balneis ante cibum pluribus, tum verò iis, quæ per ventrem, & vrinas redduntur, excernendis. Nec prohibet prætereà quicquam, quin & apophlegmatismis & purgationibus aliquando vtatur, anteq; omnia cibis boni succi, ac vini potione quod vrinas promoueat. Et de calidis quidem tēperamentis abundè dictū est: de frigidis deinceps agēdum. Sunt porrò & horum tres

sum

ſummæ differentiæ.nam aut modicè ſe habent in altero cõtrariorum pari ita vt nec humidi ſint nec ſicci:aut alterum in his redundat, vtiq; vel ſiccũ vel humidum. peſſima tamen meritò ſicca temperatura eſt: quippe quod temporis ſpatio ſeneſcẽtibus accidit, id iis ſtatim ab initio contingit. Ergo iſtos humectare calefacereque oportebit. Id fiet exercitatione modica,& nutrimẽto humectãte,ac calido: præterea vini calidi potione,& ſomno liberaliore: illud interim prouidẽtibus nobis,vt excrementa omnia, quæ vel ex cibis,vel ex potione proueniũt,quotidie expellantur. De veneris vſu dictũ ſuprà eſt, eã omnibus qui ſicco temperamẽto ſunt,inimicam eſſe,nunc verò etiã ex hoc numero potiſsimùm aduerſa eſt iis,qui ſupra ſiccitatẽ frigidi quoque ſunt.Nã innoxia venus iis tãtũ eſt,qui calidi humidiq; ſunt,tũ verò qui genitura naturaliter abũdãt:de quibus inter inæqualia tẽperamẽta mox dicetur.Malum verò & illud frigidum tẽperamẽtũ eſt, quod cũ humiditate cõiũgitur: maximeq; id fluxionũ morbis eſt obiectum. Succuritur huic & balnei abſtinẽtia, & exercitio & tenuiore victu,& vnctionibus,quę modicè calefaciãt:quarũ forma narrata priꝰ eſt, vbi de laſſitudine egimꝰ.At qui frigidi natura ſunt,

cæt

cæterùm in ſicci humidiq; tẽperatura modicè ſe habent: minus ii vel ad ſanitatẽ, vel ad corporis robur ſunt inepti, quàm qui in illis ſunt intẽperati. Horũ igitur excitare: firmareq; calorẽ expediet. In humiditatis verò ſiccitatisq; ſpecie, † tota victus ratio media eſt exhibẽda. Atq; hæc mihi omnia de iis dicta ſunt, quos æqualis intemperies premit, hoc eſt quibus omnes corporis partes ad calidius, vel frigidius, humidius, vel ſiccius, ſimiliter ſunt inclinatę. De iis verò qui inæqualem corporis conſtitutionẽ habent, non poteſt paucis diſſeri, propterea quòd numeroſæ horũ varietates ſunt: quũ aliis alia particula malè temperata ſit. Sed & ſi duas tãtùm quis intemperatas habeat, harum quoque varietates non paucæ ſunt, proindeq; quum prius docuero quæ'nam iis exhibẽda ſint, quibus inculpatus quidẽ eſt corporis ſtatus, viuunt autem vitam ſeruilem, ſiue negotioſam, ſiue quouis modo aliter appellare placet, ab iis verò quę'nam iis, qui æqualem intemperantiã habent, in ſimili viuendi genere: tranſibimus dehinc ad eos qui inæqualẽ in corporis partibus ſtatum habẽt. Ergo ſalubris, & inculpatus corporis ſtatus in latitudine (vt ſępè dictũ eſt) intelligi debet, ſicuti etiam ipſa ſanitas. Nam neq; ſanus eſſe quiſquã noſtrûm

† Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreßis ὕλης, pro ὅλης, & paulò pòst pro μέσον, legẽdũ est μεσονεκλέγεσθαι, vt habetur in veteri.

vid

videri poteſt,ea ſaltē,quæ omnino inoffenſa inculpataq́; ſit ſanitate : neq; inculpabili eſſe corporis ſtatu. At ſanos eſſe dicūt, qui nec parte aliqua corporis dolent,& ad vitę munia haudquaquam ſunt impediti, pari modo & corporis ſtatu illæſo eſſe,quū nec ab externis occaſionibus facilè in morbos incidunt,nec ab internis.Illo nimirum pro re certa prius definito, aſsiduè ægrotare aliquos nō ob proprium corporis ſtatum, ſed propter vitioſam victus rationem,dum aut in deſidia vitam exigunt : aut nimium laborant:aut in ciborum qualitate,quantitatéve,aut tempore peccant:aut exercitium aliquod noxium exercēt:aut in ſomni modo, aut veneris immodico vſu falluntur: aut etiam ægritudine animi,curiſq́; parum neceſſariis ſe macerant. Quippe non paucos nouimus eiuſmodi de cauſis, quotannis ægrotare, quos tamē nō dixeris vitioſo corporis eſſe ſtatu : ſicut eos qui quū nullo horum, quæ recenſui, deliquerunt, tamen perpetuò ægrotant.Ergo primùm propoſitus ſermoni is eſto, qui corporis ſtatū in latitudine inculpatum habet,quique alteri viuens,toto die miniſtrat,aut maximo magiſtratui, aut monarchæ, cæterùm ad extremum diei,liber à domino diſcedit,Quo loco rurſus definiēdum nobis eſt,quem fi-

nem diei dicimus, quando aliâs lectori ſermo noſter imponat:niſi certa diſtinctione ſequetur. Si enim dixero abire tum primũ hominem ad corporis ſui curam,quum ſol occidit, nec adiecero quo die id velim circáne ſolſtitium æſtiuũ an brumam, an circa æquinoctia,an alio quopiã tẽpore,quod dictis interuenit:non poſſunt cõmoda præcepta tradi. Romæ enim maximi dies ac noctes,paulò maiores quindecim æquinoctialibus horis ſunt, contrà,minimi, paulò intra nouẽ. In magna verò Alexãdria maximus dies quatuordecim horarũ eſt,minimus decẽ. Ergo qui in breuiſsimis diebus & longiſsimis noctibus à miniſterio occidente ſole redit,huic fricari per otiũ, & lauari,& modicè dormire licet. Porrò nemo eſt,cui nec in maximis,nec etiam his,liceat aliquid mediocriter agere. Nec ipſe profectò quẽquam nouit tam infelici vitæ ſorte. Antoninus enim,qui imperatorũ,quos ipſi vidimus, promptiſsimus ad curã corporis venit, † breuiſsimis diebus ſole occidente in palæſtram ingreditur, lõgiſsimis autem hora nona, aut ad ſummũ decima. Quare licet iis, quiilli in diurnis officiis aſsiſtunt, vbi diſceſsêre reliquo diei tempore corporis curam agere:ita vt ſole occidente,ad ſomnum ſe conuertant. Nam quum minima nox

† In Græ. codic. impreſ. legitur μακραῖς. i. lõgis, tamen melior lectio videtur, μικραῖς, ſicuti vertit interpres

nox nouẽ horas ęquinoctiales ęquet, abundè iis fuerit, si id totum tempus in somno sumpserint. Ergo vidẽdum est, assuetus'ne per ante actam vitã exercitationi talis minister fuerit, an citra exercitationem lauari. Nam sunt qui ne frictionẽ quidem sibi adhibeant, sed protinus perfusi oleo, balneum ingrediantur, aut etiam strigili tantum arrepto, quo sudorem in ipso balneo destringant. Ac nõnulli quidem hanc consuetudinem modicè ferũt, ita vt aliqui eorum, nec assiduè ægrotẽt, [nec longo tempore,] vtique quibus libera corporis transpiratio est ἐυδιαπνεύστους Græci vocant, eosdem aliqui tum medicorum, tum gymnastarũ ἀραιοσυγκρίτους Gręcè appellant. Quin dictum & ab Hippocrate est huic generi hominũ sanitatẽ magis constare, ait enim: [Laxitas corporis ad transpiratum, quibus plura per cutim feruntur, salubrius: quibus pauciora, minus salubre.] Hãc corporis naturam ad aliã consuetudinẽ transferre nõ oportet, sed nec vllã omnino aliã naturã, nisi quę longo iam tẽpore ægrotat. Quòd si qua assiduè ægrotet, disquirere in ea causam conueniet. Ea inuenietur, si initiũ inquisitionis ab ægritudinis specie cœperimus. Quicquid enim eorũ quæ† in ipsos sunt, corpus affligit, duplici id occasio-

† Mêdosè legitur in Græc. cod. impressis, ἐναντίας, pro ἐν ἀυτοῖς.

ne oritur, aut redundantia, au ſucci vitio. At ſi quidem redundantiæ vitiis ægrotare videbitur, huc vniuerſa tendet victus eius ratio, vt ſuccos ad conuenientẽ modum re uocet: ſin ex ſuccorũ vitio, * vt pares Jeos faciat. Prius autẽ ſpecialiter dicetur, quẽadmodum proſpiciẽdum mediocritati ſit, quæ in quãtitate ſpectatur: pòſt, quemadmodum æqualitati, quæ in qualitate cõſiſtit. Itaq; iam de priore agamus, ducto tandem ad principium ſermone, vbi quod ex corpore exhalat minus eſt iis, quæ accepit, redũdãtiæ oriri morbi ſolent. Ergo proſpiciendũ eſt, vt eorũ quæ eduntur, ac bibuntur, reſpectu eorũ quæ expelluntur, conueniens mediocritas ſeruetur. Sanè is modus ſeruabitur, ſi põderabitur à nobis in vtriſque quãtitas. Qui enim balneũ ſtatim ingrediũtur, iis poſteà frictione vti, atq; etiã prius paulùm dimoueri: qui verò hęc prius obierint, paululum etiã hęc ipſa inaugere, ſuadebimus: detrahere verò de nutrimẽti vel quãtitate, vel qualitate, vel etiã vtraq;, Qui enim celeriter notabilem abundantiam aceruant, iis de vtraq;: qui non celeriter, aut nõ notabilem, iis de altera demptum, eſſe ſat fuerit, vltra videlicet homo ipſe potius voluerit. Ac quemadmodũ de quãtitate dematur, notum eſt, de qualitate

*In veteri cod. legitur ὅπως ἀρίστους. i. vt optimos.

demi

demitur, quum exigui nutrimenti cibus apponitur. Siquidẽ non pauci ſuilla nutriti, celerrimè copiam aceruant: quum aliâs requirat id nutrimentũ, tum frictiones, tum exercitationes planè vehementes. His igitur olera, & legumina, quæ non multũ corpori adiiciant: prætereà piſces, & aues, quæ multum item non nutriant, exhibẽda ſunt. Qui verò vitioſos congerunt ſuccos, ii non perinde vt qui redundantiam cogunt, vni tantùm rei ſunt intenti: quandoquidẽ nec vnica eſt vitioſi ſucci ſpecies. Alii enim magis frigidũ pituitoſumq; eiuſmodi ſuccum congerũt: alii magis calidum ac bilioſum: nonnulli magis aquoſum: alii rurſus magis melancholicũ, id eſt, qui magis atræ ſit bilis. Horum ergo cuique abſtinẽdum ab iis † cibis potionibusq; eſt, qui eum, quem ipſi cõgeſſerunt, ſuccum facilè gignant. Porrò dictum abũdè de iis eſt, in tribus libris qui de ciborum viribus ſunt inſcripti: item in alio, quem de iis qui bonum malúmve ſuccum gignunt * inſcripſimus. Eſt & præter hos alius de iis qui extenuant cibis, vtilis profectò iis qui crudũ congerunt ſuccum, qui craſſus quidem omnino eſt, non tamẽ perpetuò glutinoſus. Sanè omnibus his cõmune auxilium eſt, alui deiectio: potiſsimùm verò quib⁹ eſt naturaliter aſtrictior.

† Mẽdosè legitur in Aldino ἀιτίωντι, pro σιτίων τι.

** Mẽdosè legitur in Græc. cod. impreßis ἡ διάθεσις γίνεται, ℘ ἡ διαίρεσις γίνεται*

Communis porrò est, & veneris conueniẽs mediocritas. Quibus enim inculpata corporis constitutio est, non debent ii, veluti siccis suprà præceptum est, à venere omnino abstinere. Illud tamen cõsiderationem desiderat, semélne die, an bis sit iis qui eiusmodi vitam agunt, comedisse ex vsu. Eius considerationis caput est, & corporis ipsorum natura & ab hac in victus ratione cõsuetudo, & tertio ab his, si mutare victus rationem videbitur, quo pacto eius mutationem homo ferat. Atque ab ipsa quidem natura, eius quod cõducet† significatio datur. Et eorum quidem quibus biliosus venter est (sicuti dictũ nobis in quarto iam est & nunc nihilominus dicetur) primi semper ciborum, ac potionum sint, qui aluum deiiciant. Ex vinis quidem dulcia, & quæ mollire ventrem possunt: nõ enim omnia eius sunt generis. Ex cibis, olera cum oleo & garo. Vitanda verò ex vinis sunt austera: ex cibis, qui astringunt, nisi si firmandi oris ventris causa post totam comestionẽ exhibeantur. Id autem experientia quoque discernẽdum est. Sunt enim quibus astringẽtium vsus adeò aluum non comprimit, vt etiam ad deiiciendam conducat, proptereà quòd os ventris roborat: quod euidẽtissimè in iis, qui imbecillius id obtinẽt

† ἔνδειξις id est, indicatio.

cernit

cernitur. Quicunq; verò palæſtræ exercitiis ante balneũ ſunt vſi, priuſquàm diſtrictè negotiis vitæ ſe addicerent: iis vt ab ipſis abſtinuiſſe eſt incõmodiſsimum: ita vt ſimiliter vtantur, præter incommodũ, etiã fieri omnino nequit. Ergo exercitatione, quæ apotherapia dicitur, de qua ſuprà egimus, iſtis vtẽdum cenſeo: & ſimul de ſuillæ carnis modo, non nihil demendum. Quoniam verò (vt antè dixi) ſunt quibus ante balneum eſitaſſe aliquid eſt melius: dicendum deinceps eſt, tum de hora, qua facere id debent, tum quantitate eorum, quæ ſument, ac qualitate. Ergo quod ipſe facere inſueui, diebus iis quibus propter vel infirmos viſitandos, vel ciuilia negotia, putaui me ſerius ad balneũ acceſſurum, id dicere non grauabor. Ponatur dies quo id fit, tredecim horas æquinoctiales longus, in decimam verò corporis curandi ſpem eſſe: hoc caſu viſum mihi eſt, circa quartam horam ſimplicißimum ſumendum eſſe nutrimentum: qui vtique ſolus eſt panis, atq; ipſe quidem ita feci. Quibuſdam verò pane ſolo veſci ſine obſonio non placet, ſed eum cum palmulis, oliuis, melle, aut ſale ſumunt: ſunt etiam qui poſt eum bibunt. Ego verò nec à tali cibo vnquam bibo, & ſolum panem comedo. Sit autem cuiuſque

eorum modus, is qui decima hora concoctus eſſe poſsit: quippe ſi exercitari cupiāt, eo maximè pacto citra noxam ſe exercitent. Siquidē non leue incommodum nonnullis accidit, quum repleti cibo ſe exercitant: nonnullis enim & caput impletur vaporibus, & in iecinore aut ponderis ſenſus, aut diſtentionis, aut vtriuſque percipitur. Ergo quum tale quippiam incidit, ſuccurrendum ei quàmprimū eſt, ſi iecur obſtructum ſit iis, quæ in viis eius hærentia impeditaque expediāt, ſi caput repletum eſt, ambulationibus: ſed potiſsimùm ante cibum, nihil tamen vetat quin & poſt cibum. Cæterùm has quàm maximè lentas eſſe expedit: illas, quæ ante cibum ſunt, magis his quidē citas, non tamē quales feſtinabundi vſurpamus, opere aliquo vrgēte. Quæ verò iecinoris meatus obſtructos expediunt, eadem tarditati concoctionis conducunt, horum optima ſunt oxymeli, & dia trion pipereon, in quo nullū immiſtum ſit medicamentum non familiare. Ad hæc extenuatorius victus, hæc enim tarditatem cōcoctionis corrigunt, & obſtructiones iecinoris liberant. Vbi verò corruptio ciborum in ventre accidit, quibus id quod corrumpitur per aluum deſcendit, iis maximum id compendium ad ſanitatem eſt.

eſt.Quibus verò non deſcẽdit,ii prouocandi iis ſunt,quæ leuiter deiiciunt:cuiuſmodi ſunt dioſpoliticon , vtique quum pari cum reliquis põdere nitrum immiſtum habet: & quod ex ficis & cnico componitur,aliáque quæ ex cnico vel epithymo conficiuntur.Porrò,iis qui ita ſunt affecti,etiam vomitus ante cibum conducit: vomitus autẽ vini dulcis potione prouocatus.Conſulendum verò his eſt,ne quid fumidũ, aut malè olens, aut deniq; facilè corruptibile nutrimentum accipiant: ſed quæ boni ſucci ſint (medici euchyma vocant) potius eligant. Scriptum verò de his alibi eſt, in iis quæ de boni, malique ſucci cibis prodidimus:præterea in illis tribus,quos de ciborum facultatibus inſcripſimus.Percommodum verò iis,qui ita ſe habent,hominibus eſt, & ſi ex conueniente interuallo aluum ſubducant per ea quæ modicè purgent:cuiuſmodi eſt, quam medici dialoës picran Græcè vocant.Si verò longo tẽpore vitioſum ſuccum augeri ſinas, grauis quiſpiam morbus ipſis incidet. Sanè poſſunt eiuſmodi ſibi curam impendere,iis diebus,quibus publicũ aliquod feſtum celebratur,quo nimirum liberi à ſeruili miniſterio ſunt.Verùm multi per intemperantiam adeò nihil agunt, quò quod vitioſum in corpore col-

lectum eſt corrigãt, vt etiam magis ipſum accumulẽt, dum vitioſo victu in ipſis feſtis vtuntur. Quò fit vt aliis eorũ diutini morbi incidant, à quibus tota vita explicare ſe nequeunt: cuius generis mala ſunt, & podagra, & articularis morbus, & calculus: aliis acuti, ſed qui vel ſingulis annis infeſtent, vel certè alternis omnino: aliqui verò etiã bis ita in vno anno laborãt. Ars verò quæ ſanitati tuendæ præſidet, iis qui ſibi paruerint, conſtaturam ſanitatẽ promittit: qui verò parére recuſant, iis perinde eſt, ac ſi omnino non eſſet. Recuſant autẽ alii ab ipſa in præſens voluptate victi, quos incõtinẽtes intẽperantesq; nominant: alii ambitione, quã Græci hodie κενοδοξίαν, id eſt vanam gloriã vocãt. Quorũ is erat, qui quiduis potius ſuſtinuiſſent, quàm picẽ ſibi toto corpore cõtinenter illini, ſuadẽtibus id medicis, pro gracilitatis remedio. Hæc enim nõnullis propter totius corporis in ſicci frigidiq; exceſſu intemperiẽ oritur: nõnullis verò propter digerentis in corpus, vel nutrientis, vel etiã ambarum facultatũ naturalem imbecillitatem. Porrò omnibus qui ita ſunt affecti, auxiliatur vnguenti genus, quod à Græcis hodie dropax dicitur: vtpote quod & diſtribuendo in corpus alimento, & nutritioni cõducit. Et ſanè mul-

tos ex iis qui prius graciles fuêre, videre licet hoc remedio obesos redditos: potissimũ quibus digerẽdi facultas infirma erat, nutriendi verò firma, sed quæ per aptæ materiæ penuriam affatim nutrire nõ potuit, quod ei nimirum ex deducendi in corpus alimenti defectu, incõmodum accedit. Verùm aliqui per ambitionẽ (vt dixi) ne sicut delicati, aut qui formæ plus satis indulgẽt, pice vngi videantur, refugiunt eiusmodi auxilium: atq; aliud quippiam sibi à nobis excogitari gracilitatis remediũ iubẽt: quũ tamen nullum sit quod huic possit æquari. Prodesse tamen possunt etiam hæc, si ante balneum, manu nec adeò molli, nec rursus aspera, corpus perfrices, quoad ruborẽ cõtrahat: deinde dura frictione nõ multa cutem cogens, densam eam duramq; efficias, ab his, si mediocri exercitatione vsum, ac lotum, citra tamen longã in solio morã, hominem abstergeas, ad iam dictæ frictionis siccæ formam mox vngas oleo exiguo, ac cibum offeras. Quippe studium in his est, vbi bonũ sanguinẽ in corporis molẽ attraxeris, vt tum nutricem vim firmes, túmne, quod attractum est, exhalet, prospicias. Ac firmatur quidem nutriendi vis excitato in carnibus calore. Non exhalabit autem, qui attractus in has sanguis est, si oleo vnxeris:

ris: vtpote quod emplaſtici medicamenti vim habet. Quòd ſi ętas non reclamet, etiã ſi frigida lauatione vnà cum prædictis vtetur, magno fruetur commodo. Contrà verò in iis qui immodicè ſunt obeſi, minuenda digeſtio eſt, augẽda verò corporis exhalatio. Porrò minuetur digeſtio aſsidua vẽtris deiectione: nempe aſſueſacientibus nobis nutrimenti inſtrumẽta, quæcunq; cõtinent, ea ſtatim deorſum impellere. Corporis autẽ exhalatio inaugebitur celeri exercitatione, cuius generis curſus eſt: pręterea vnguẽtis iis, quæ euaporãdi vim habẽt, fricando quàmplurimũ. Sanè frictionẽ mollem eſſe cõueniet, ac quæ laxũ corpus efficiat. Ipſe nanq; prępinguẽ quendam paruo tempore ad mediocritatem carnis reduxi, celeri primũ curſu vti cogens, dein ſudorẽ linteo vel molli admodum, vel admodum aſpero detergens. Ab iis vnguentis euaporantibus, quæ hodie acopa medici iuniores vocare ſolent, largiſsimè perfricui: ac poſt eiuſmodi frictionẽ ad balneum perduxi: à quo non protinus cibum dedi, ſed quieſcere interim iuſſum, aut etiam cõſuetũ aliquod munus obire, rurſus ad balneũ ſecũdò egi: poſteà ciborum multitudinem qui parum nutrirẽt, appoſui eo conſilio, vt ſaturarent illi quidẽ, cæterũ exiguũ nutri-

menti in totum corpus ſubmitterent. Sed & alias quæ totum occupant corpus intẽperies, ſimili ratione corrigere conueniet: primùm eorũ quæ agi oportebit, inuento ſcopo : mox materiis, quæ ea præſtare queant. Nam nũc cõpendio ſermo omnis ſemel peragatur ad eos, qui tum frictionũ, tum exercitationũ, tum balneorum rationes memoria tenẽt, itemq; ciborũ, & medicamentorũ. Ac de frictionibus exercitationibusq; in hoc opere ſuprà dictũ eſt: de cibis verò alibi, atq; etiam de medicamentis. Quippe doctrina quæ methodo, id eſt via rationeq; traditur, quum cõmunia generaliaq; cõplectitur ad multa particularium, tũ facilè recordabilis, tum verò compendiaria efficitur. Ego verò quum non tantũ vniuerſalia ponam, ſed etiã particularium exẽpla his apponam, abſolutiſsimã me arbitror tradere doctrinã. Iam ad inæquales corporum ſtatus accingi tẽpeſtiuũ videtur, ea porrò etiam valetudinaria omnino ſunt. Sanè inæquales ſtatus trifariã fiunt, prout compoſitio corporis noſtri triplex eſt. Vna ex primis elemẽtis, ex quibus conſtant ea, quæ Ariſtoteles ὁμοιομερῆ, id eſt ſimilares partes nominat. Secunda ex his ipſis ſimilaribus, quæ ipſa quoque rurſus ſenſibilia diſsimilarium partiũ ele-

men

menta ſunt, ex quibus inſtrumentalium compoſitio cõſiſtit. Tertia ab his totius corporis compoſitio ex ipſis inſtrumentalibus eſt, ac facillima quidẽ, tum ad diſcernendũ, tum verò ad curãdũ tertia eſt, difficilior ſecunda, maximè lubrica †prima eſt. Cõmodius ergo à tertia incipitur, quæ faciliorẽ ſe, & ad cognoſcendũ præbet, & ad cuſtodiam: vt ſtatim in capite (neque enim alienũ eſt ab eo cœpiſſe) quod intẽperatæ naturę ſit, adeò vt multa excremẽta gignat, vnde lædi ſubiecta mẽbra contingat, in quodcunq; excrementa procubuerint. Ac promptiſsimè quidem in os & nares excremẽta impetum faciũt: decidunt verò & in oculos, nonnullis etiã in aures. Sed excrementi in os decurſum tum gula excipit, tum aſpera arteria, appellant hanc Græci & βρόγχον cuius ſumma pars, quæ ore cõiũgitur (λάρυγξ autẽ Græcè dicitur) inſtrumentũ eſt vocis, vt in libro de voce eſt indicatũ. Ergo is larynx ab iis quæ capite decidunt madefactus, principiò quidẽ raucam vocẽ facit, procedente verò tempore paruã. Si verò longiùs etiam procedit malum, totã adimit: quippe cũ larynge arteria quoque ipſa vna humectatur. Quòd ſi acris fluxio ſit, nõ ſolùm ad vocẽ ineptæ prædictæ partes fiunt, ſed etiã grauiſ

† In Græc. codi. Ald. Mendosè legitur ἡ τρίτη, id est tertia, sed in veteri est, ἡ πρώτη, id est prima.

uiſsima quædã eroſio his accedit: quæ talis eſt naturæ, qualis ſunt, quas ſubinde in cute citra externã cauſam læſa, factas videmus: ita verò & pulmo his exulceratur, & morbus tabes dicitur, Græcè φθόη. At ſi in gulam & ventrẽ fluxio feratur: quæ quidẽ frigida eſt, in frigidã intemperiẽ corpora mutat, quæ calida in calidã, hæc verò etiã exulcerat ſpatio. Inter initia verò appetentiam, & cõcoctionẽ labefactat. At frigida quidem fluxio tarditatem concoctionis, & cruditatem, & acidos ructus creat. Quòd ſi etiam corrupta ſit, alimentum quoq; in corruptelam vertit, quæ vel fumidos, vel acidos, vel alterius cuiuſquã dicibilis indicibilíſve qualitatis ructus emittat. Si verò inferius ſe noxa recipiat: & ieiunũ, & craſſius inteſtinũ, quod colon vocant, affligit. Quinetiã vaſa, quæ ſunt in meſenterio, & per quæ fit in iecur cibi digeſtio, tãgit. At nonnullos quidẽ carẽtia appetitus excipit, alios appetẽtiæ à natura alienæ, quas caninas appellant: aut etiã vitioſi cibi cupiditas: qualis grauidis, quas κιττῶσας Græcè vocãt, accidit. Sanè nõ latet vnã quoque & pariſthmia, & parulides, & antiandes, & dẽtium eroſiones, & vlcera, & putredines in ore, ſaniẽ hãc, quæ à capite in ipſa decidit, conſequi. Ac pleraq; medicorum pars, aut

Col

Columellam incidunt, aut medicamenta quibus expui faciãt quod in pulmonẽ per aſperam arteriã defluxit,exhibẽt. Alii ventri proſpiciunt:alii dentibus & ori,aut etiã iis quæ in naribus conſtitére,prouident:vt de oculis auribusq́; taceam, qui ipſi quoq; in nõ paucis læduntur:quum ſatius (arbitror) eſſe ipſum mali ceu fontẽ tollere,caput ipſum firmando:aut ſi hoc præ magnitudine naturalis intẽperantiæ non liceret, ſaltem illi proſpicere, ab ipſa ſcilicet vitii ſpecie, prouidentiæ ſignificatione ſemper accepta:nec committere,vt quod nonnulli medicorum faciũt, qui omni capiti medicamentũ, quod ex thapſia & ſinapi cõponitur,applicant: id ipſi quoq; facerẽt,quãdo ſi ex calida intemperie caput malè habet, talia medicamenta noceant. Expedit igitur hos frequẽti balneo potabilis aquæ fouere,quo & calidos vapores, qui in capite ſunt,euocemus,& totum capitis temperamẽtum melius reddamus. Calidarũ autem quæ ſpõtè naſcuntur, noxius his vſus eſt:ſiquidẽ quæ ex iis ſulfuroſę,bituminoſæ've ſunt,eæ propterea quòd calefaciunt: inimiciſsimæ calido naturaliter capiti ſunt:aluminoſæ verò, qm̃ anguſtos habitꝰ meatus claudũt.Solis autem iis ſpontè natis citra noxã vtantur (ſi tamẽ ipſis vtẽdũ)

quæ

quę vtiq; dulces ſunt:ſic enim tutò dixeris. Nã quod vtile etiã aliquid ex ipſis proueniat,id verò nõ perinde tutò dixeris:quando nec calidæ fortaſſe forẽt,ſi omnis calefaciẽtis medicamẽtoſæ virtutis eſſent expertes.Satius aũt ſit,eiuſmodi aquas experiẽtia diſcernere:quando etiã raræ inuẽtu ſunt,apud nos ſtadiis ab vrbe paulò plus cẽtum:in Pruſa,minus decẽ. Ergo quæ apud nos eſt in Allianis (ita enim locum appellant) vnius tota rationis eſt,atque ex vno fonte manãs:quæ verò in Pruſa eſt,[diuerſæ.] Item diuerſus medicamentoſæ aquæ fons,æquè vt apud nos,in Licetis. Quibus verò caput vehementer calidum,æſtuãſq; eſt, iis præſtat æſtatis tẽpore roſaceo perungi,quod ex roſis tantùm,ac ſine frondibus ſit cõfectum. Atq; in hoc ipſo genere illud præſtantius eſt, quod ex crudo oleo (quod omphacinũ & omotribes Gręcè vocant) iniectis roſis componitur,quod lõgè etiã melius eſt, ſi ſalis omnino ſit expers. Sunt capita,quæ propter arteriarum tẽperamẽtum in vertigines (quę Gręcè ſcotomata vocant) & capitis dolores incidũt,in quibus etiã arterias incidere ſolemus. Sed hoc genus propoſitæ artis limites egreditur. Quæ tamẽ ex nimis acuto neruorum ſenſu aſiduè dolent, qui à capite orti plu-

rima ſui parte, os vẽtris texunt,pars etiam ad reliquũ ventrẽ deſcendit. His ſanè mederi propoſitæ iam artis officiũ eſt,potius tamen cõſiliũ eſt, id agere quo minus hæc vllo modo incidant, cauẽdo, ne aut bilioſus humor in ventrem prorſus cõfluat,aut quàm celerrimè inde expellatur. Atque vt ne prorſus quidẽ cõfluat conſulueris, ſi citius cibũ exhibeas. Vbi enim totius corporis bilioſius temperamentũ eſt, vẽter imbecillus vtique cibo, qui ventrem roboret (euſtomachum Græcè vocãt) firmari poſtulat. Vbi enim ita non proſpicitur, defluunt in eũ,quas corpus aceruat,ſuperuacuę ſanies, quos Græci icholes vocant. Ex quarum vapore nõ ſolùm capitis dolores nõnullis oboriuntur, ſed etiã ſuffuſorum, quos ὑποχεομένους vocant,ſymptomata.aliquibus verò & comitialis conuulſio. Horũ itaq; omniũ vniuerſa victus ratio ad frigidius potius, humidiuſq; mutãda eſt. Quod autẽ in ventrem confluit, id vomitione,ac ventris ſolutione expellendum eſt.Stomachus verò cibis quidẽ quotidie prius,quàm bilem cõtrahat, firmandus, purgetur verò medicamentis,ex maiore interuallo,abſinthij coma, & compoſitione ex aloë:quam picram vocant, quippe hæc quod altius in tunicas bilioſi ventris ſe recepit,expurgat:

abſin

abſinthio parum id præſtare valente. Eſt enim abſinthio vis tãtùm detergẽdi,aſtringendiq́;,ac talis quæ(vt ſic dicã) ſordes tunicarũ ventris detergeat, nõ ſi quid altius in eo imbibitum eſt, foras extrahat atque expellat ſicut aloë. Quæ autem poſt hanc ventri extrinſecus admouẽtur vnctiones, eæ modicè aſtringẽtes ſunto:vt melinum, maſtichinum,& nardinũ, & alia id genus. Ac æſtate quidẽ potius melinũ,hyeme nardinũ,vere maſtichinũ:nam id medium eſt inter melinũ & vnguentũ nardinum, hoc enim calefacit,potiſſimùm quũ amomum liberalius immiſtũ habet:illud refrigerat. Eſt autẽ opulẽtis mulieribus, & quod præſtantius nardino vnguentum ſit,nempe foliatum:prætereà quæ ſpicata vocãtur,quæ ventrem & roborare poſſunt, & calefacere. Si verò non modò caput calidam ſaniẽ ventris partibus tranſmittit, ſed etiã venter ipſe calidam intemperiem habeat:vtique qui frigefaciant,tum cibo,tum potione ſemper vti conueniet:atque eam qualitatem in his pro temporum anni ratione intendere variè,ac remittere:nuſquam tamen ad contrariam peruenire, id quod in iis qui medij temperamenti erant,fecimus,hyeme calefacientes,æſtate refrigerãtes. Ad eundem modum ſi vtraq; pars fri-

gida intemperie ſit affecta,ſemper calefacientibus tum cibis,tũ potione,tũ vnctione vtendum eſt:variè tamẽ ea pro temporum ratione intendẽda, remittẽdaq́; ſunt. Porrò difficilis cõnexio eſt, quoties vel in calidum vẽtrem frigida & pituitoſa ſanies defluit,vel in frigidum calida, atq; harum duarum alteram ſemper expertus ſum magis ad curandũ rebellẽ:nẽpe in qua frigidi pituitoſiq́; ſucci in calidũ decidunt ventrẽ. Peſsimus verò is ſtatus eſt, quũ homo ea compoſitione naturaq́; eſt,vt nec vẽtrẽ facilè ſolubilẽ habeat,nec vomere ex facili poſsit.Corrũpũtur enim pituitoſi humores,ſi diu ſint in ventre morati : adeò vt & ipſum erodant , & ſimul vitioſos interim halitus ad caput ſummittãt. Nam ſi pituitoſus ſuccus à capite in frigidũ natura ventrẽ decurrat , facilè his ſuccurritur, ſi manè aliquid ſimplicis medicamenti ſumpſerint, quod dia trion pipereon dicitur. Sed & piper ſolũ ad exactũ cõtritum leuorem aquæ miſtũ bibere his licet. Ad quẽ vſum melius ſtomachoq́; aptius albũ piper eſt. Porrò abſinthij potio his eſt aduerſiſsima, vt quæ pituitoſum ſuccũ ipſorũ vẽtri affigat, quum detergẽdi vim nõ habeat, quæ adeò ſit æſtimanda:ſed nec aloë valde his cõducit,quum ei bilioſi trahendi humoris

facul

facultas ſit, eoq́ue excogitata ſalubriter eſt cõpoſitio, quã picran vocant: quæ acrimonia caloreq; eorũ quæ in ſe habet, craſſos & lẽtos ſuccos diſſecat, ac deterget: cuius generis cinnamomum eſt. Verùm aſsiduè vti hoc medicamẽto nõ licet, ſicut dia triõ pipereon, aut dia calaminthes, quibus etiã ſi quotidie vtatur, quem frigidus vẽter infeſtat, nihil incõmodi ex iis ſentiet. In totũ ergo ad aloës drachmas centum, reliquorum cuiuſque coniiciuntur drachmæ ſex, quæ ipſa quoque ſex ſunt, atque hæc eſt picra quã Romæ omnes præparant. Ego verò etiam alias duas compono, atq; in altera eorũ quæ calefaciunt plus, in altera minus coniicio. At plus quidem reliquorum immiſcebimus, ſi de aloës ſolius pondere detrahemus ſic, vt in illius drachmas octoginta, reliquorũ cuiuſq; addamus ſex: minus verò, quũ aloës modũ augebimus, viginti drachmis adiectis ſic, vt centum viginti eius drachmis cæterorum cuiuſque adiiciamus ſex. Minimè verò latet, & quod in penuria cinnamomi ponendum pro eo ſit optimæ caſiæ duplum: quam aliàs ea eſſe virtute nõnulli putant, vt nihil ab inualido cinnamomo abſit: nã à generoſo, etiam talis caſia longè ſuperatur. Verùm ſicut in boni panis inopia, vel viliſsimo ve

ſcimur: ſic in cinnamomi penuria, exquiſitiſsima vtemur caſia. At in quibus quidem venter aut frigidus eſt, aut etiã tẽperatus, cæterùm ad frigus propẽſior: iis aptũ medicamentũ eſt, quod dioſpoliticon vocant. Quod ipſum quoq; dupliciter cõfici aſſueuit, iis qui aluo ſunt aſtricta, nitro quod Berenicarium vocant, cum cumino, ruta, & pipere pari pondere admiſto: pro iis qui ſoluta ſunt, dimidio. Conuenit nanque ab hoc medicamẽto & pituitam extenuari, & ſpiritum flatulentum expelli. Grauis autẽ nec facilè tractabilis cõplexio eſt ventris, qui intemperanter calidus ſit, cum frigido capite. Quæ enim in ventrem defluit pituita, dia trion pipereon, ac dia calaminthes eget, etiam cuius modò mentionem fecimus, dioſpolitici. Os autem ventris ab iis qui calorem accendunt, offenditur. Ergo in iis qui ita ſunt affecti id agendũ, vt pituitã diſſeces, detergeaſq; iis quæ haudquaquam calefaciunt; quod genus oxymeli eſſe nouimus. Iam lubrica atq; ad curationem difficilis cõnexio eſt, vbi tales partium affectus coïerint, in quibus os vẽtris (quem ſtomachũ vocãt) imbecillum eſt, ac nauſeoſum: † vẽter autẽ ipſe retinetur. Quippe quæ hunc laceſſunt, *ſtomachum omnia ſubuertũt ita, vt in ſummo eius cibi

† In græc. codic. impreſsis deeſt ἡ γαστὴρ, quod in ãtiquis habetur.

* In veteri additur εὐθέως, id eſt ſtatim.

bi natent, & nauſeam ſubinde excitent:his neceſſariò incidit, vt cibũ parũ bellè concoquant. Quòd ſi contrà illis ea, quæ ſtomachum firmant,exhibueris:etiam in tertium quartumq́ue diem ipſis venter ſiſtitur. Huiuſcemodi igitur hominibus vnicam victus rationem cõuenire animaduerti:nempe vt primo loco olera cum oleo & garo, aliaq́ue, quæ ventrẽ mollire ſolent, ſumerẽt: poſt iuſtum autem cibi modum, aliquid eorum quæ ſtomachum roborent, acciperent:ea ſunt mala, & pira,& punica: quippe aliqua ſunt horum generum, quæ citra acorem aſtringãt.Ipſe autem qui affligitur, omnibus ſeorſum vſu exploratis: quod minimè noxium iucundiſsimumq; inuenerit, eo vtitor. †Nõ multum]autem de horum ſingulis eſt ſumẽdum : ſed quãtum (vt dixi) inbecillitatem ſtomachi reficiet, nam eiuſmodi horum vſum vẽtrem ſoluere experientia comperi. Atque in totum magis qui ita ſunt affecti deiiciunt, ſi quid aſtringẽs poſt cibũ ſumpſerint,quàm ſi eo prorſus caruerint: proptereà quòd os ventris iam roboratum,& trudit deorſum quæ in ſummo natant,& cum his vnà quæ in toto ſuperiore ſunt ventre, tum verò ipſum ciborum momentũ inteſtina quoq; exceptum ſeruant, ipſa quoque impellen-

† Mẽdosè legitur in Græc.cod. impreßis μὴ παχὺ, id eſt, non craſſum, pro μὴ πολὺ, vt vertit interpres, & in veteri habetur.

tia, quæ à ſuperioribus acceperunt. Videtur enim ipſa tum impellendi, tum expellẽdi vis, etiã ſi à ſede ipſa aliquid ſurſũm impulerit ipſum motũ longiſsimè tueri, quãuis pręter naturam ſit eiuſmodi in animalis corpore tranſitus. Cæterùm ita ſe habere, vt dicimus, cuius intelligere licet, ſi quod ſæpè nobis accidit, ad memoriã reuocet. Nam mordax interim humor in locum aliquem ſedi vicinum receptus, ad expulſionem ſui nos irritat: quem tamẽ cohibere propter ciuilia negotia coacti, nec ab his expediti eum expellimus, & facta conuerſione † eius] caput inde dolere ſæpenumero ſentimus. Optima igitur ratione, tãetſi lubricantes cibi ſtomachum innatant, auſtera ſumpta vbi ſuperioribus vẽtris partibus robur addiderint, principiũ deorſum ferẽdi iis, quę in eo cõtinentur, ſuppeditãt. Id ferendi principiũ inteſtina tũ excipere, tum ad imum vſq; exitum ſeruare ſolent. Atque quũ ſatis de his hactenus ſit dictũ, ad aliam inæqualẽ cõpoſitionem tranſire par eſt, quæ nulli dictarum in malitia cedit: vtiq; in qua renes calculũ gignunt, aut tophos, quos Græcè πώρους, aut quomodocunque aliter vocant: totus verò corporis habitus gracilis eſt, hi nanque medicamẽta, victumq;, quæ extenuare poſsint, requirunt

† In Græ. codic. impreſ. nõ eſt hæc particula, ſed eius loco deeſt τῆς γαστρὸς. id eſt ventriculi, & illud ἀνατρεπομένον, legendũ eſt ἀνατρεπομένης, ſicuti locus legitur in veteri cod.

runt. At ea gracili corpori ſunt inimiciſsima: adeò vt quidam qui propter renum vitiũ vſus his fuerat, vbi digitos deterius moueri, ſentireq; ſenſit, & vt ipſe locutus eſt, veluti†cauum quiddam]ſonãtes, communicauit rem medicis, primùm in Cãpania, vbi ipſe agebat: hi, tãquam* eo affectu laboraret qui paralyſin, id eſt reſolutionem neruorum minaretur, medicamentis, quæ ex euphorbio, & limneſi (quã etiã ἄδαρκην, vel ἄδαρκον Græci vocant) vtebantur. Vt autem affectus ei in deterius ceſsit, & ſymptomata cum vehementi dolore ad ſuperiores partes ſemper aſcenderẽt: mihi qui id temporis in Campania fortè eram, rem indicauit, opemq; rogauit. Ego verò quũ ex iis medicamẽtis, quæ memorauit, ſiccatum, in hunc affectũ veniſſe intellexi: quęrẽtiq; qua maximè victus ratione ſiccitati ſuæ citra rerũ noxam mederi quis poſſet, ptiſanæ cremorẽ excogitaui, & piſces tum ſaxatiles, tũ qui in alto mari degũt, alioſq; in quibus nihil eſſet glutinoſum. Simili modo & ex volatilibus quæcunque ſimilem carnem habent. Porrò multæ ex montanis vocatis volucribus, tali ſunt tẽperamento. Quas nanque in vrbibus cõcluſas caupones qui eas venditant, humido ac copioſo nutrimento inpinguant, aduerſiſsimæ

†In Græ. legitur τὶ καπνυρὸν. id eſt quid ſimile carnibus à fumo exiccatis.

**In veteri Græc. codi. legitur non καταὑχομένου ἀυτοῦ, ſicuti in impreſsis, ſed καταψυχθέντων ἀυτῶν. id eſt, ipſis perfrigeratis.*

Vide noſtras annotationes.

me his ſunt. Optima verò iis, qui ita ſunt affecti, caro eſt, vt ex auibus perdicũ, proxima attagenarum, & ſturnorum, & merularum, & turdorum. Quòd ſi montanarum auium copia non eſt, de iis quæ in agro victitant, & gregalibus columbis, qui in turribus nidificant, ſumere licebit, itẽque paſſerculos, qui ſimiliter in turribus nidificant, pyrgitas Græci vocant. Sunto autem in editis locis eiuſmodi turres: ita nanque & gallinis, & gallinaceis, qui in corte alũtur vti licet. Lac verò ſic affectis reliquorum quidem animalium eſt prohibendum: vnum verò aſininum concedendum: propterea quòd cæteris omnibus eſt tenuius. Ac, vt vno verbo dicam, mediam eſſe conuenit inter extenuantem impinguantemque victus eorum rationem. Particularem verò quæ his conueniat materiam, tum in iis libris ſcripſimus, qui ſunt de ciborum virtutibus editi, tum in eo in quo de euchymia & cacochymia præcipimus: Adeò ſuperuacuum eſt hoc loco pluribus morari: quũ id tantùm dixiſſe ſit ſatis, de toto horum corpore nutriẽdo curã habendã, per eã, quam ſuprà comprehendi, victus rationẽ, vbi de eo ſermonem feci, qui quiduis potius ſufferre voluit, quàm picę illini. At ſi obeſus ſit, quem calculus

inſ

infeſtat,audacter huic tenuem victum iniungito. Eadem & iis qui articulorum vitiis laborant conuenire pręcepta cenſebis. Quippe ipſi quoq; medicamentis arthriticis podagriciſque ebibitis, ſi carnoſi, & craſsi,& pingues ſunt,nullum ſentiunt incommodum: ſin graciles, non modò totum corpus,ſed etiam pedes ipſos,interim verò & manus (ſi hæ quoq; prius malè habebant) in grauiſsimum ſtatum ſiccando perducũt.Scire tamen licet podagrica hęc antidota multum à nephriticis diſtare, nõ in eo modò,quòd craſſos glutinoſoſq; ſuccos attenuent, verùmetiam quòd calefaciant & ſiccent, nam calculoſis quæ valde calefaciãt,dari nullo modo cõuenit.Quoniam verò dictum abundè de talibus omnibus eſt, in opere quod de medendi ratione conſcripſimus,prætereà in iis libris, quos de medicamentis edidimus: qui ipſi duplices ſunt, qui priores ordine ſunt, de medicamentis ſimplicibus:qui poſteriores de compoſitis: profectò nec omnino nihil, nec prolixius meminiſſe de iis conueniebat, propterea quòd eiuſmodi corpora inter ea, quæ exactam ſanitatem habent, & quæ iam ægrotant,medium ſtatum obtinent, ſiquidem ea pars artis quæ inſtantem morbum declinat (prophylactice

Græcè

græcè dicitur) affectis in hunc modũ corporibus consulit. Nemini enim ex iis qui corporis habitum inculpatum habent: aut medicamenta bibenda, aut tenuante victu vtendum censemus. Sed qui pro naturali imbecillitate, aut corporis totius, aut partiũ quarũdam, ex leui causa læduntur: hos ad prædictæ prospicientis partis victũ, traducẽdos cẽsemus, atq; à suspecto summouendos, quẽ tamẽ nemini esse noxium videmus eorum qui naturali corporis bono sunt habitu, & modicè laborare non grauãtur. Verùm qui ex leui causa afficiũtur, ita vt magnis morbis asiduè vexentur, veluti comitiali, vertigine (quod scotoma Grȩcè dicitur) capitis doloribus, item aliis in quibus caput subiectis partibus, symptomatũ occasio est, quarum sunt dentes, gingiuæ, columella, vno verbo, omnes quȩ in ore, & faucibus sunt partes: ad hæc aures, & oculi, & stomachus, & vẽter, & spirãdi partes, nẽpe summa arteria, quæ larynx dicitur, & aspera arteria, & pulmo, & thorax, his victus communis scopus est, caput ipsum ante omnia, & quàm accuratisimè minus opportunum ad vitia reddere: mox etiam afflictis partibus prospicere, modò tamen ne ignoretur, hoc ipsum quoq; alia determinatione egere, vtiq; hac: Nõ om-

nes quæ læſæ ſunt partes,eſſe roborandas. Optima verò determinatio eſt,quæ ex vſu earum petitur : quippe oculorum & auriũ permagnus eſt vſus. Idcirco decidentibus in has à capite excrementis , deriuatio per vicinas partes (parocheteuſin Hippocrates vocat)moliẽda eſt,ac ad naſum potiſsimùm trahenda,quæ in has partes ferũtur: ſin ad naſum non ſequuntur , in os ipſum: vtique per ea quæ pituitam eliciunt (apophlegmatiſmata Græci vocãt) ſicuti ad naſum, tũ per ea quæ ſternutamẽta mouent, tum quæ eius obſtructiones aperiũt.Oculis verò ipſis robur adiicies, ſi ſicco collyrio,quod ex Phrygio lapide componitur, vtare : ac ſic palpebris ſpecillo inducas,ne oculi membranã intus contingas,ita nanque mulieres quotidie faciunt , quum ſtibio oculis gratiam conciliant. Ad aurium verò robur, adhibeas vel glaucium ſolum ſuper cote tritum cũ aceto , mox tepidum per ſpecillum blandè infuſum , aut etiam per inſtrumentum illud, quod publicè in vſu eſt , & oricularium clyſterem Græcè ὠτέγχυτα vocant , vbi verò ſatis firmatæ ſunt,ita vt nihil in has confluat:aſsiduè inſtillandum optimi nardini vnguenti aliquid , id olim duntaxat Laodiceæ in Aſia prẹſtantiſsimũ fiebat,nunc verò & in aliis

fit

fit vrbibus. Robur autem auribus vel magis afferet, iiſdēq; proficiet collyriū, quod dia glaucium, propterea quòd glauciū recipit, vocant: præterea diarhodon, & crocodes, & nardinum, & quod Δι'οἴνου, Græcè dicitur: præterea ex vnguentis ea, quæ Romæ opulentis mulieribus conficiūtur, quæ foliata & ſpicata vocant. Quòd ſi larga fluxio, & ſanies aſsiduè in aures à capite feratur, & exulceratio iā facta ſit: ſanè exulcerationi, Andronis medicamento, & ſimilibus medeberis. Inter autem id agendum, auertere materiam ad naſum, & os debebis: quo facto, iam comprenſis vteris. Veluti autem ex iis quæ à capite defluunt, identidem læduntur aliqua eorum, quæ illi ſubiecta ſunt: ſic ex iecinore, & renibus, vel liene in alias partes, quę ipſis ſunt imbecilliores, morbi incidunt. Siquidem demonſtratum in iis commētariis eſt, qui ſunt de naturalibus facultatibus inſcripti, ſingulas partes trahēdi facultatē habere proprij ſibi ac cōuenientis ſucci, quē alterantes aſsimilantesq; abutūtur ad nutrimentū. Rurſus aliam facultatem habere, qua, quod ſuperuacuum eſt, expellere in vicinū deſiderent. Ac ſi quidem ipſa quæ vicina particula eſt, corporis habitū firmū habeat: quod ſibi obtruditur, vtiq; non admittit, facitq;

vt

vt in ipſa ſolùm, quę primùm affecta particula eſt, dolor vſque ſubſiſtat. Sin imbecillior ſit, quàm illa vnde excrementum mittitur: admittit illa quidem, cæterùm ipſa quoq; ad imbecilliorem quãpiam à ſe rurſus tranſmitit: atque hæc rurſus ad aliam, donec in eam procumbat, cui imbecillior nulla ſit reliqua. Atque ad hunc quidẽ modum, quorũ nulla victus ſui cura eſt, alius alia parte aſsiduè vexatur. Qui verò nihil colligunt ſuperuacui, his manent imbecillæ partes ſemper in tuto. Cuius rei euidentiſsimum argumentum eſt quòd aliqui ſex mẽſibus pluribúsve infirmis partibus laborãt: quum ſi ſola imbecillitas ipſa † id efficeret, perpetuò laboraret infirma pars, ceu cui ægrotatiõis cauſa nunquã abeſſet. Nunc quoniã perpetuò non laborat, manifeſtũ eſt aliud quippiam interuenire, quod eius affectus gignẽdi ſit occaſio: quod certè aliud non eſt, quàm quod vel quãtitate, vel qualitate redundat. Atque hoc ipſum quod redundat, aut per totũ colligitur corpus, vocantq; eum affectũ Græcè plethoran, aut in parte aliqua principe, ſed quæ alioqui natura ſit imbecillior. Id verò aut in ipſa manẽs, aut ſe in imbecilliorẽ quãpiam natura recipiens, noxam ingerit. Illud ergo ante omnia cõſiderandum, definien

† *Mẽdosè legitur in Græ. cod. impreßis,* τὴν βλάβην, *pro* τῆς βλάβης αἰτίαν, *vt habetur in veteri.*

niẽdumq́; eſt proptérne ſemetipſum perpetuò laboret mẽbrum, an propter aliud quod prius ipſo ſit affectum. Atqui extrinſecus quidẽ nonnunquam imbecillæ parti noxa incidit, ex eo quòd refrigerata † aut contuſa, aut vulnerata, aut laſſata eſt: plurimũ tamen ex victus ratione, quæ redundantiam vitioſúmve ſuccũ contrahit. Attendere itaq; magnitudini naturalis infirmitatis membri cõueniet, hac prius diſcretione vſum, ac tenuiorem quidem homini victum quàm prius exhibere, tũ idoneam exercitationẽ iniungere, cauere verò ne quid ab externis cauſis noxæ incidat. Poſteà ſi ab his nec ipſe gracilis fiat, nec imbecilla eius pars affligatur: inſiſtendũ eidem victus rationi eſt: ſin autem aut omnibus membris fiat gracilis, aut malè afficiatur quod vitioſo eſt habitu, mutare talem victus rationem debebis: vtique ſi affligitur, duorum alterũ faciens, aut victum hominis in tenuiorẽ mutãs, aut certo anni tempore purgatione vtẽs. Ac aliis quidem vna quotãnis purgatio vere incipiente, ſatisfacit, aliis altera quoq; poſt hanc, autũno eſt opus. Ac ſi ſanguinis quidem abundãtiam corpus accumulauit, mittẽdus iis eſt: ſin vitioſum ſuccum, vacuãdus hic medicamento eſt, quod ſuperãtem humorem purget.

† In veteri Græco cod. additur ἢ φλεχθεῖσιν, *id eſt aut inflãmata.*

Quod

Quòd ſi ex tenui victu pars afflicta leuatur, ſed corpus emaciatur, picatione vtendum: ſicut anteà eſt cõprehenſum, ad extenuati habitu refectionem. Sanè peſsimus corporis ſtatus eſt & ille. Sunt enim, qui genitale ſemen copioſum calidũq́; gignunt, quod eos ad expulſionẽ ſui proritat: poſtquã & ventris os illis reſoluitur (quod ſtomachus non à medicis modò, ſed etiam ab aliis hominibus vocatur, ita vt à veteribus Græcè καρδία) & ipſi toto corpore non ſolùm relaxantur, imbecilliq́; fiũt, ſed etiam ſicci, graciles, pallidi, cauiſq́; oculis cernũtur. Quòd ſi propterea quòd ex concubitu ſic vexantur ab hoc ſe retrahant nõ modò capitis moleſtiã, ſed etiam ſtomachi offenſionẽ, faſtidiaq́; ſentiunt: ſed nec ex continentia magnopere iuuãtur. Accidũt enim ipſis per nocturnas imagines non minora incõmoda iis, quæ à concubitu ſenſerunt. Horũ quum quidam mordax præcalidũq́; ſemẽ inter emittendum ſentire non ſolùm ſe, ſed etiã mulieres cum quibus rem haberet, referret: ſuaſi homini abſtineret à cibis, qui ſemen genitale augerent: ſumeret autem non cibos modò, verùm etiã medicamenta, quæ id extinguerent: quorum tradita nobis materia eſt, in his libris quos de alimentis, itemque quos de ſimplicibus

medicamẽtis conſcripſimus, tũ verò exercitationibus vteretur, quæ ſupernas partes potius exercent: cuiuſmodi eſt, quæ parua pila, & quæ folle fit, & quæ per alteres. A balneo verò lumbos totos vngeret, vnctione quapiam frigida. Talia ſunt & crudum, & acerbum oleum quod ὠμοτριβὲς & omphacinum vocant, & roſaceum & melinũ, vtique quod ex eiuſmodi fit oleo. Ipſe verò craſsioris ſubſtantiæ vnctiones nonnullis compono, †ne facilè à corpore defluãt. Eſt autem cõpoſitio earum ex cera, & aliquo eorum quæ refrigerẽt. Primum autẽ vbi ceratum (quod à medicis Græcè κηρέλαιον dicitur) feceris: dein in mortario manibus affatim ſubegeris, infundes refrigerantem ſuccum, quẽ etiam quàm maximè cum cera ſic permiſcebis, vt vnitas fiat, ſuccorum verò id genus deſcriptã materiam habes in ſimplicium medicamentorum libris. Quorum obuii maximè, facillimeq; parabiles ſunt, & ſemperuiui, & ſolani, & vmbilici veneris, & pſyllii, & polygoni, & tribuli, & portulacæ, hæc verò ſuccum non remittit, niſi dum in mortario tũditur, adfuſum ſit humoris quippiã, qui tenuis aquoſæque † non lentæ & craſſæ ſubſtantiæ ſit, qualis vuæ immaturæ eſt, & roſarum. Verùm hi æſtate reliquorum nõ pauci etiam

aliis

† Mẽdosè legitur in Græ. codi. Aldi. καὶ ῥᾳδίως, pro μὴ ῥᾳδίως.

† Perperã legitur in Græ. codi. impreſsis, καὶ γλίσχρου. i. & lentæ pro, μὴ γλίσχρου, vt vertit interpres.

† Locus hic in Græc. codi. impreßis est tum mendosus tum diminutus. In veteri ita legitur, μήτε ὅταν ἀκμάζει τὰ φυτὰ, καθάπερ τοῖς προειρημένοις, οὕτω καὶ τούτοις ἐστὶν ὑποστρώμασι χρῆσθαι. αἱ γὰρ σφοδραὶ ψύξεις τῶν ἐπιθεμένων τοῖς κατὰ τὴν ὀσφυνχωρίοις ἀδικοῦσι τοὺς νεφρούς. *i. Neq; quũ in vigore consistunt herbæ, sicuti prædictis, ita his quoq; substratis est vtẽdũ, etenim vehementes refrigerationes eorum quæ circa ilia apponuntur, renibus noxam inferunt.*

aliis temporibus habentur, veluti lactucæ: qui ipse quoq; ex refrigerãtibus est: Quinetiã lini semẽ si in aqua coquas, refrigerantem cremorem efficit. Porrò gymnastarũ quẽpiam vidimus ex iis qui athletis prȩfuerat, qui athletæ cuiusdã renibus plũbi laminã superposuit, quo nocturnis imaginibus careret. Idq́; quũ è plebe cuidã, qui sic esset affectus, indicarẽ: adiut⁹ gratias egit. Alter verò cui carnis natura imbecillior erat, nõ tulit plũbi duritiã, huic ergo suasi, earũ quas suprà dixi herbarũ aliquas substernere, ac cum ipsis molles amerinȩ frondes, & rutæ: sensitq́; illico ex his fructum, itaque vsus deinceps asiduè est. Quin vbi amerinȩ semine asiduè vesci suasi, etiã ob id gratias egit, sicuti etiã pro ruta. At taliũ quidẽ materia tum in opere de simplicibus medicamentis, tum in libris de ciborum virib⁹ tradita est. Nunc illud visum est sermoni necessariò adiiciendum, cauendas esse vnctione frigidas, quæcunq; ex papauere, mãdragoráve fiũt. Neq; enim horũ quippiã admouendũ† neq; etiam quum in summo

viriũ ſunt, herbæ ipſæ ſubſternẽdæ. Nam ſicuti prædictis, ita iis quoq; ſubſtratis, vti licet.]Quin roſas experiri cuidã ſuaſi, ſenſitq́; ex his ſubſtratis leuamẽ citra vllã renũ noxam. Sed & aliud excogitaui, iis qui ita ſunt affecti, non inſalubre, veluti ex ipſo vſu cõperi. Quippe experiẽtia normæ vice ſemp habẽda eſt eorũ, quæ excogitaueris: nec ſcribẽdũ pro vtili quicquã eſt, quod nõ ſis expertus: niſi tamen hoc ipſum teſteris, non eſſe tibi adhuc expertũ. Quid ergo eſt quod à me excogitatũ magnæ eſſe vtilitatis ſũ prçfatus? nẽpe ſeruare oportere, qui hoc vitio corporis vrgẽtur, quãdo maximè genitalis ſeminis abũdantiã, quod excerni poſtulet collegerint, ac die quopiã poſtquã boni ſucci cibis in cœna ſe modicè ĩpleuerint, ad ſomnũ cõuerſos cõcũbere, poſtero die quũ ſatis dormierint, ac ſurrexerint, linteo fricari, quoad rubor per cutẽ appareat, mox aliqua ex oleo frictione modicè vti: tũ exiguo interpoſito tẽpore, panis aliq͞d * bene fermẽtati & furno cocti,]ac puri, ex vino miſto guſtare: atq; ita ad opus cõſuetũ redire, medio tamẽ tẽpore frictionis ex oleo & panis guſtãdi, ſi quis locus in vicino ſit, in eo ambulare, excepto ſi hybernũ frigus ſit, tũ enim intus manere ſatius duco. Non diſsimilẽ roborandi per cibũ ſto-

*In veteri Græ.co. legitur, nõ ἔνζυμον, ſed ἄζυμον, id eſt, Nequaquam fermentati, id quòd cõfirmat verbum ſtatim ſequẽs κλιβανίτην, quod erat vertẽdum in teſtes cocti nõ in furno, vt vertit interpres. vide noſtras annotationes.

ma

machi rationẽ,& Grãmatico cuidã, quem comitialis ſpaſmus aſsiduè vrgebat, ſuaſi: ac mirificè contulit. Maximè verò in fiduciã veni hominis iuuãdi, vbi didici tũ ſpaſmos incidere, quum diutius à cibo abſtinuiſſet, magisq́; ſi dolor interim, iráve interueniſſet. Quinetiã habitũ corporis eius cõtuebar, †ſciſcitantiq́; de hac ipſa re, ſtomachũ aſsiduè bili vrgeri eſt faſſus. Omnibus verò qui hæc legent cõmuniter illud ſuaſum velim, præſertim qui tametſi medicinæ artis ſunt ignari, cogitationẽ tamen habent exercitatã, ne veluti vulgus, ita ipſi quoque pecorum ritu, victus ratione vtantur, quin potius vſu explorent, quínã ipſis cibus, potúsve ſit noxius, quę pręthereà quãtaq́; dimotiô. Pari modo & de venere obſeruẽt: num noxia ſibi innoxiáve ſit: tũ ex quãto interuallo vtẽtibus noxia innoxiáve ſit. Nã, ſicut retuli, nõnulli immodicè læduntur: alii citra noxã vſu eius ad ſenium vſq; ſufficiunt. Verũ hæc ambo genera rara: nempè eorum qui magnopere læduntur, & qui nullum ſentiunt incõmodum. Totum verò quod in medio eſt, id cum maioris, minorisq́; diſcrimine, ad magnũ hominum numerum ſe extendit: quorum qui nõ rudes ſunt, ſed ratione probè exercitata (nõ enim quorũlibet eſt hæc noſſe)

† In Græ. codic. impreſ deeſt, ἰσχνὴν id eſt gracilem, quod habetur in veteri.

iis ſuadeo obſeruent, ex quibus lædi ſe iuuarí ve ſentiant, ita enim fiet, vt in paucisſimis medicorum opera indigeãt, quoad in ſanitate ſunt. Hactenus prodiderã, quum amicorum quiſpiam toto opere perlecto, vnum omnino reſtare dicebat, quod ſuperius à me relictum, pòſt erat dicendũ, nempe medicamentum quod ex malorum ſucco conficitur, quod tum ad appetentiã excitãdam iis, quibus ea languet, eſt vtile: tũ ad concoctionem iis, qui parũ feliciter cibos concoquunt: & in ſumma, vẽtri robur cõciliat. Laudato igitur homine, quod admonuit appoſui, & compoſitionem ipſius, quæ ad hũc modum ſe habet: Accipies ſucci malorum cotoneorũ quæ dulciora maioraque ſunt, ac minus acerba, quæque noſtrates in Aſia Græcè ſtruthia vocant, ſextarios Romanos duos, quibus mellis optimi tãtundẽ miſcebis, aceti ſextariũ vnum & ſemiſſem, hęc quum ſuper prunas modicè coxeris, & ſpumam detraxeris, immittes zingiberis vncias tres, piperis albi duas, dein rurſus in ſimili igni recoques, donec mellis craſsitudo exiſtat, qua vtiq; craſsitudine ſtomachica medicamẽta prępararari ſolent. Hoc verum medicamentum etiam iis quibꝰ inualidũ iecur eſt, ſalutare in primis eſt. Illud verò latére non debet, ieiunis id

maximè dãdũ eſſe, mediocris myſtri modo, quãquam nec ſi à cibo ſit ſumptũ, quicquam lædit. Commodè quoque dabitur, etiã ſi prius pranſus, quiſpiam ante cœnam id ſumpſerit. Maximè tamẽ tempeſtiuè id duabus horis, aut tribus ante cibũ obtuleris. Quòd ſi id aſtringere magis voles, etiã ex cotoneorum ſucco conficias. Cæterùm ſicut vẽter intemperie caloris laborat, aut etiam bili quouis modo abundat, huic auferri & piper, & zingiber debebit, ac ſuccus malorũ cũ aceto & melle, tantũ ad præſcriptam craſsitudinẽ coctus dari. Qui verò medio tẽperamento ventres habent, ita vt nec bilioſum excremẽtum, nec pituitoſum congerãt: iis piperis & zingiberis dimidium eius, qui prædictus eſt, modi, ſat erit: ita nimirum, vt ſit piperis vncia vna, zingiberis vna & ſemis. At quibus frigiditas temperiẽ vitiat: iis quatuor zingiberis, piperis tres, aut duas & ſemis vncias iniicies, licebit & quũ ad mediũ modũ præpraraueris, in ipſo vſu piper addere. Atque ad hũc modum iis quibus in diuerſis mẽbris pugnantia tẽperamenta ſunt, conſulendum cenſemus. Quibus verò in vna qualibet ſimilari inſtrumentalíve parte imparitas tẽperamenti viſitur, de iis alio opere agetur.



INDEX IN SEX LIBROS GALENI DE SAnitate tuenda,

qui duplici numero inscribitur: primus paginam, secundus lineam denotat.

A

Atrop

Con

Cor

Ex

modo

incr

vir


Pit-

Re

 aſsid

Ven

FINIS.



CLAVDII GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBRI TRES,

*

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE:


Nuperrimè ad exemplar Venetum recogniti & diuulgati, cum indice rerum ſcitu dignarum.



LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium, ſub ſcuto Veneto.

1550.





CL. GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS, LIBER PRIMVS,

*

IOANNE GVINTERio Andernaco interprete.

Quæ in primo libro de diebus decretoriis continentur.

vigesimum.

Quòd medicorum inscitia, ægrotantium aliqua difficilis solicitudo, & quædam quæ extrinsecus præter opinionem accidunt, crisis diem certum permutant.

Quòd, si in nullo prædictorum erratum sit, in primis ipsis diebus crisis præcognitio fiat.

Quòd morborum diuturnorum, quorundam quidem in secunda, quorundam verò in tertia septimana exactæ solutiones præcognoscantur.

CAP. I.



VO' solutiones morborũ qui non paulatim, verùm subito finierũt, certas esse cognoscamus: excretio quædam copiosa, vel abscessus insignis apparebit. Nam qui morbi citra hęc quiescunt ac finiuntur, in iis recidiua timenda est. Quare animum diligenter adhibere conuenit, ægrũq; modis omnibus obseruare, ne quæ omnino sanis vel in cibo, vel in potu, vel balneis, vel motu, vel denique in aliis quibuslibet concedimus, agere ipsum permittamus. Si nanq; morbus quiescens exiguus fuerit, forsan ob tam exactã victus rationẽ prorsus subsederit, vt postea nunquam reuertatur. Porrò si malignior existat, etiam tunc quum hoc viuendi modo vsus fueris,

re

redibit: sed tamen nõ cum summo discrimine. Si verò neglexeris, parumq́; studiosè animum aduertas tanquàm planè soluto, multo grauior quàm antea euadet. Itaque morbi cuiusdam magni, & vehementis solutionem firmam, signa quæ λυτήρια, id est solutoria vocat Hippocrates, præcedere oportet. Partim sudores bonos ex toto corpore manantes, vel vrinarum, vel alui recrementorum copiam, vel vomituũ: Partim sanguinis ex naribus profusionem, vel aliam quãdam eius euacuationẽ, velut ex ani venis fluorẽ, quas αἱμοῤῥοΐδας appellãt, vel ex vtero: Partim in glandulis, quæ auribus subiacent, abscessus, aut in alia quadam ignobili particula, aut articulis. Cæterùm, quibus nullo huiusmodi signo apparẽte morbus finisse videtur, de his Hippocrates vndequaque admirabilis, cõmuni quidem sermone† hunc in modum pronuntiat: Quæ sine signis finita sunt, ferè reuertuntur. Membratim verò & in ipsis Aphorismis, & opere Prognostico, nec minus in Epidemiis perdocuit, quorúmnam recidiua exitio sit, quorum minus. Itẽ quæ nobis curare licet, & prohibere ne reuertantur. De his sanè alibi sententiam ipsius explicauimus. At nunc de iis morbis qui simul cum signis desierunt, quiq́; iam in iu-

† In veteri cod. additur διὰ τῶν ἀφορισμῶν. id est, in aphorismis, & ita videtur legisse antiquus interpres.

dicationem venisse dicuntur, verba faciẽda esse censeo illis qui boni quippiam de decretoriis diebus intellecturi sunt, cognitu necessaria. Præcedit enim nunc excretiones in his & abscessus, nõ mediocris in ægri corpore perturbatio. Hic siquidẽ frequenter spiritum subito difficilius trahit, vel delirat, vel caliginem vel splendores ob oculos versari putat, vel lachrymas fundit, vel oculos rubentes habet, vel tempora grauia, vel in ceruice dolores percipit, interim vel capite dolet, vel nigra quędam seu obscura oculis offundi queritur, vel stomacho laborat, vel inferius labrũ quasi tremulum ac intro contractum habet, vel rigore vehementi conquassatur. Quinetiã plerisq; præcordia attrahuntur: iidem male se habent, exiliunt, frigidamq́; expetũt, & vri se magis ac antea dicunt. Nonnullis ipsorũ accessio quoq; maturior incipit & longior, vehemẽtiorq́; euadit. Ad hęc grauis sopor, aut aliud quoddam† symptoma occupat. Atque hic iam vniuersos qui adsunt in metu esse maximo videre licet, audireq́; dicentes, quòd ægrotus nihil ab iis distat, qui in foro de morte iudicantur. Vnde mihi quidam medicorum ne affuisse quidem huiusmodi ægrotantium perturbationibus apparent: vel non inquirerent

† In græc. cod. impressis hoc in loco addi. καὶ ἄλλο. id est, & aliud, in veteri non habetur.

rent quid iudicationis vocabulo ſignificaretur, neque an res ita fieri poſſet, vel minus. Vtrum enim morborum quaſdam ſubitas ſolutiones cum excretiõe aliqua vel abſceſſu fieri dubitant? an hoc quidem vidiſſe ſe profitentur, alia verò ſymptomata, quæ ante paulũ recenſui adeſſe ipſis, ignorant? an hæc quoque intelligunt, non autem id quod accidit, iudicationem appellandam eſſe prædicant? Quod ſi eſt, non de re, ſed nomine diſceptatio eſt, nam neque cognoſcere ſe fatentur turbationes quaſdam ſubitas oboriri ægro, corde, hoc eſt ſtomachi orificio, laboranti, vel exiliẽti, deſipienti, aliaq; id genus patienti: tum neque paulò poſt in eis vel ſudore, vel ſanguinis profluuio, vel alio quodam ſimili eueniente, ſecuram morbi ſolutionẽ conſecutam eſſe, vel extremæ contentionis ac cauilli, vel dementiæ eſſe iudico, ſiquidem hæc non inter ea numerantur, quæ raro contingunt, ſed quæ potius quotidie apparent. Nos ſanè turbationẽ adeò ſubitam, iudicium ſeu criſim appellamus, atque finire ipſam plerunque ad ſalutem, interim ad exitiũ affirmamus. Si porrò quis aliud quippiam, non hoc iudicium eſſe dicat, & deinde contentioſus ſermoni meo obſtrepat, is opinionem ſuam, non me reprehen-

dit. Præstabat igitur, scientes quid tandem sibi velit ipsum vocabulum, eos de re sermonem instituere. Sed horum inscitiæ ac contẽtioni ne quidẽ Aesculapius ipse mederi possit. Atque hæc mihi præter institutum aduersus illos dicta sunt. Cæterùm, quibus artis opera curæ sunt, cum illis iam de proposita hic consideratione disseram.

CAP. II.

IVdicia enim seu crises ipsę singulis diebus accidunt, sed neque pares numero, neque ex æquali fide. Hoc intercedit discriminis inter illas, quòd aliæ salubres, aliæ malè eueniant. Quædam cum pluribus, & difficilioribus symptomatis, & maiore certamine: nonnullæ statim ab initio tuto accidunt. Quinetiam in hoc plurimum differunt, quòd hæ deficientes, illæ perfectæ sunt. Nec minus, quòd aliæ certis statutisque diebus indicatæ prius fiunt: aliæ repentè, & ex improuiso, non indoctis modo, sed peritis etiam artificibus eueniũt. Tot autem iudiciorum, quot dierum decretoriorũ differentię existunt. In duodecimo etenim & decimosexto, nullum vnquam iudicatum vidi. In septimo, ne vel numerare omnes adhuc possum.

ſum. In ſexto iudicantur, ſed cum difficilibus ſymptomatis, & periculo non mediocri, ad hæc abſque fide, imperfectè, obſcurè, ſine notis, & ad pernitiem. Quum igitur non ſolum mihi tot annis obſeruanti huiuſmodi quædam dierum differentia, ſed Archigenis etiam imitatoribus in artis operibus diligenter admodum verſatis inuenta ſit: inſuper his ſuperioribus Tarantini Heraclidis ſtudioſis, qui ex vſu ſpeculationem collegerunt: poſtremo etiam Philotimi, & Dioclis ſectatoribus, aliisque veteribus: tum ante hos vniuerſos Hippocratis diuino ingenio admirabilis æmulatoribus: quomodo non quis iure in dierum numero differentiam quãdam ſtatuat? Nam quod in tot annis ſeptimum quoque iudicantem ſubinde ſimul & abſolutè, fideliter, tuto, manifeſtè, conſpicuè, & ſalubriter: Sextum è contrario viderim, non paruum quoddam diſcrimen oſtendit. Porrò quòd ego quidem nunquam duodecimum viderim iudicantem, alius autem quiſpiam raro ſimul & imperfectè, infirmiter, cum periculo, obſcure, ſine ſignis, & malè: neque hoc exiguam dierum differentiam indicat. Multi ſiquidem morbi ſunt, qui in ſeptimo die iudicantur abſolutè pariter & ſecurè, tuto, apertè, cũ

bonis ſignis, & dextrè. In duodecimo rari quidem adeò, vt nobis viſi ſint nondum. Et ſi cui aliquando ante nos in duodecimo die criſis eueniſſe viſa eſt, vel imperfecta, vel infida, vel periculoſa, vel obſcura, vel ſine ſignis, vel omnino ad malum accidere viſa eſt. Voco imperfectam iudicationem, quum ex morbo quippiam relinquitur: Infidam ſeu incertam, quum morbi recidiua contingit: Periculoſam, quæ cum ſymptomatis grauibus accidit: Obſcuram, quæ citra excretionem, vel abſceſſum quempiam euidentem euenit. Sine ſignis fieri dicitur, quæ à nullo priore die indicata eſt. Mala dicitur, quòd in ægri perniciem omnino definit. Rurſus abſolutam voco, quæ in morbo nihil facit reliqui: Fidam, firmam, ſecuram, certam, quæ redit nunquam: Tutam, quæ ſine periculoſis ſymptomatibus accidit: Sic manifeſtam, cui excretio quædam, vel abſceſſus inſignis ac conſpicuus adeſt. Cum bonis ſignis accidit, quæ à contemplatorio prius indicata eſt. Bonam eſſe, quæ ad ſanitatem definit, non puto quempiam latere. Verùm ſi hæc ita apparent, maximam eſſe dierum inuicem differentiam nullus reclamabit.

CAP.

CAPVT III.

DIcet forſan aliquis, nihil verum eſſe eorum quæ diximus: ſed nos argentum à iudiciariis diebus accipientes, ipſos in res medicas introducere, tanquam nothos quoſdam pueros, germano veroq́ue generi aſsimilantes. Qua enim remoti alia quàm argento euidentia mentiremur? Non enim generatim iudiciarii nobis cõueniunt, neque ciues aut familiares ſunt, vt ipſis ſine mercede ſubueniamus. Quid nanque vel melius eſſet, vel illis vt decretorii eſſe putentur, vel nobis, ſi vt ſunt, oſtenderimus? At quemadmodum alia quoque per experientiam cognita indicamus libere, iniquiſsimum eſſe putantes, veritatem occultare: ſic dierum differentias, quas crebro ſpectauimus, dicimus vti vidimus. Quum autem optimos medicos ſimul & homines (ambo enim ſunt Dioclis & Hippocratis ſtudioſi) item alios, quorum prius mentionem fecimus, eadem de ipſis pronuntiaſſe inueniamus, adhuc etiam magis, vt puto, confidimus tanquam vera dicentes. Verùm non conſentiunt vniuerſi hi (inquiunt) de iudiciariis diebus, ſed hi plures, illi

illi pauciores esse dicunt. Item quidam hos quidam illos iudiciarios esse pronuntiat: non eosdem vniuersi, sed vt cuiq; sua est opinio. Quid igitur per deos quæso ad illos dicas? Num in quo dissensum est, hoc omnino non esse dicitis? Atqui nondum conueneritis. Nam quòd accuratiore experientia, inquisitione & iudicio huiusmodi opus habeant, apud omnes in confesso est. At quòd nullus eorum qui dissentiunt, vera nuntiet, nõ modo nõ vos ô eximij decretoriorum calumniatores, sed ne Pironeam quidem dubitationem profeßi recipiũt: quoniã hi dissensionẽ inexplicabilẽ nõ simpliciter vniuersam quãlibet, rei quã ignorant signũ pronuntiant. An igitur nõ licet iudicare, quis de decretoriis diebus vera, quis falsa dicat? An poßibile quidem, sed non facile? An etiam tempus longum, atque diligentiam accuratam desiderat? Nam morborum initia interim latent. Vtrum iam is dies decretorius putandus est, in quo iudicii aliquis dies extitit, an in quo morbus primum discussus sit, considerationem quandam desiderat. Alius enim quispiam alterum ipsorum, arbitror, alius alterum opinabitur, forsan etiam aliquis neutrum: sed in quem plurimum iudicii tempus †peruenit,] eundem

†*Mendosè in ald. legitur ἀρίκετο, pro ἀφίκετο.*

dem esse decretorium dicet, quando ad hoc vsurpamus etiam, quod frequenter viderimus. Erat autem hoc in diebus quibusdam impossibile, qui raro iudicant, vel casu quopiam. Non enim impossibilis est hypothesis, si quis raris diebus incidat primis: dein priusquam longum iudicium expectarint, de ipsis tanquam decretoriis ferant sententiam. Ex huiusmodi vniuersis, necessarium est veram dierum iudicii historiam turbari. Si etenim in quo quis iudicatus est eum decretorium diceremus, facillima sic eorum cognitio euaderet, & prope omnibus decretoriis esse liceret. Quoniam verò non satis est raro iudicantem vidisse, verùm cerebrò: tum vt crisis sit, quemadmodum recensui, bona, perfecta, secura, manifesta, adhęc tuta, & prius indicata, constat vniuersum in Soriticam dubitationem incidere. Si enim quædam ex his quæ dixi, adsint, quædam absint, & præsentia æquentur absentibus, vel exiguus aliorum sit excessus, liquet nos de huiusmodi die addubitaturos esse decretorium an non appellare oporteat. Siquidem omnibus quæ dixi præsentibus, vel plurimis & maximis, adhuc dubitare, summa est stultitia: quemadmodum si nullum ipsorum, vel omnino pauca leuique

quę potētia prędita adfuerint, quinetiā hic nō ex decretoriis numerādus est. Quod si parua quædam eorum quæ ei adsunt, & nō adsunt, differentia sit, manifestum est nos in dubitationē venturos, vtrū ex decretoriis hic referendus est, an minus. Ego itaque ipse ab adolescentulo quidem dies decretorios obseruare incepi, vt ex mea ipsius experientia, de ipsorum dissensione iudicarem: etsi iam clare de quibusdam memoriæ pręteritę vitio pronuntiare nō possim. Tale etiā Hippocrati viro nimirū veraci, diu admodum accidisse videtur, si quid ex primo Epidemion cōiecturare oportet: vbi multos dies in vnū congessit, quos in Prognostico & Aphorismis circuncidere videtur. Demonstratum verò nobis est alibi, nec iam minus ex sequentibus clarum euadet † priores, Epidemion libros Hippocratem scripsisse, dū speculationes adhuc experimentis exploraret, nec generatim sententiam de eis proferre auderet. Quamobrem ii qui dies iudiciarios tollunt tanquā non existentes, quoniam de illis inter medicos non conueniat, non adeò in artis operibus animum aduertisse mihi apparēt. Nam si aduertissent, non solum in quibusdam diebus discordare scribentes de iis, sed etiam in plurimis conuenire, vbi cōsidera

† In veteri cod. legitur πρότερα, non προτέραν vt mendose in Ald. In aliis legitur πρότερον, id est prius, & ita videtur legisse vetus interpres.

derarint, & deinde experientiæ suæ meminerint, inuenirent nimirum alterius esse naturæ illos in quibus cōsentiunt, alterius illos vbi discrepant. Quis enim vel septimum vel vndecimū, vel decimumquartū, vel alios quosdam similes non dixerit esse iudiciarios? Nemo opinor. Apparent enim omnes tanquam vno ore de ipsis iudicium pronunciare. Atqui si de omnibus inter scriptores conueniret, forsan omnes ipsos ordine liceret sine iudicio & inquisitione veritatis aliquem imitari, qui primus de iudiciariis diebus disseruit. Quū autem in plurimis discordant, non adhuc huiusmodi quid cogitare licet. Sed mihi mirari succurrit, viros ob veritatis acquirendæ studium, nempe quòd non eosdem omnes dicāt, sed in quibusdam discrepent, neque temere, neque sine ratione mihi facere videntur. At qui dies omnes iudicationum notas conseruant paulò antè à me scriptas, in iis vniuersi pari modo sentiunt. Qui verò ambiguitatem aliquam ac dubitationem habent inde, quòd nonnullæ eis notæ adsunt, quædam non, haud ita simili modo ab omnibus scribuntur. Vnde coniicere est non obscure, decretoriorum dierum naturam quandam esse propriam eximiā. Quos enim seorsum vnusquis

quis

quisque nostrum ad talium experientiam deueniens, iudiciarios pronunciauerit ex eo quòd omnes conseruent iudicationum notas, †eosdem] apud illos quoq; in confesso esse inuenias: sicut etiam quos experientia nemo potest iudicare, de his esse dissensionem. Nullum igitur ego his maius iudicium de iudiciariorum dierum natura existimo, quã quòd eos, qui omnes iudicationũ notas habent, has quoque apud illos reperias, omnesq; conuenire: de quibus quis dubitet, de is dissentire. Nam in talibus controuersia fidem iis qui in confesso sunt, firmam astruit. Præstaret sophistis cauillos aliquando odio prosecutis, de illis qui omnes habent iudicationum notas, omnibusq; in confesso sunt, promptè sententiam dicere, & de reliquis considerare: quandoquidem propter dubitationem quæ in paucissimis est, certitudinẽ in plurimis adeò conspicuam peruertere, extreme absurdũ est. Age igitur nos, si veritati studemus, ipsorũ iudicio integrè manũ admoliamur, & primos sanè tanquam regulas quasdã omnes iudiciorum notas habentes, apponamus: secũdos his proximos: deinde tertium quendam & quartum ordinem statuamus, & cuiusq; dignitatem indicemus. Etenim huiusmodi cognitio ad

†Mendosè in græ. im pressis legitur ταῦτα pro ταύτας.

cura.

curationes morborum, † & ſolutiones,] non leue momentum affert:ne videlicet iis timeamus, qui fidis diebus iudicati ſunt,aut tenuem victum præbeamus,néve perfidis diebus iudicatos parum diligenter obſeruemus.

†*In veteri græco cod. non legitur* καὶ λύσεις, *neque habetur in veteri tranſlatione.*

CAPVT IIII.

PRimum itaq; omnium dierum decretoriorum ſeptimū dicimus non numero videlicet & ordine primū, ſed potentia & dignitate, omnes enim ſummatim decretoriorū notas occupat:quinetiam plurimos iudicat,& abſolute, item cū manifeſta excretione,vel abſceſſu,ſine periculo vehementi,& vt plurimum quartus eum prænūtiat. Nam ſi vrinæ in illo planæ, vel ſputi,vel deiectionis,vel appetitus,vel mentis vel ſenſus,vel alterius cuiuſdam ſimilis,manifeſta contigit mutatio: quā vt non ſimilis in ſeptimo iudicatio comitetur,quomodo fieri poſſet?bona ſi ad ſalutem, mala ſi ad peiora pertendat. Plerunque igitur bona iudicia eueniūt in die ſeptimo,etenim hoc ei præter cæteros accedit:quanquā nō nulli etiā in eo moriātur,& euidēti conuerſione ad peiora pergentes,in ſequenti quodam decretorio intereunt. Sextum verò diem,quanto pauciores in eo iudicantur quam in ſeptimo,tanto quoq; maligniorē

inuenio, vt qui ferè ex aduerso natura septimo oppositus sit. Quinetiã qui in quarto ad peiorem statũ recidunt, pleriq; sexto moriuntur. Econtrario rursus si bona conuersio contingat, septimum expectabit. Et si raro interim ad meliora conuersionem in quarto die eueniẽtẽ sextus excipiens iudicarit, dici nõ potest quãta cum perturbatione, periculo, & metu hoc fiat, quasi æger statim adeò fato sit functurus. Nam si in delationem animi, quam cataphoram dicunt, incidant, sopori graui simile quid ipsis obuenit: fiũtq; tum omnis sensus, tum vocis expertes: & si qua excretio proueniat, animo cõsternuntur, pulsus ipsorum concidunt, color abit, tremunt, collabuntur. At septimus dies semper pro excretionis portione, reficit ipsos magis ac recreat. Atque igitur sexto die maligna, acria, fœtida multa tum deiiciunt, tum vomunt. Sudores rari quidem æquales toto manãtes corpore, & calidi: quales siquando oboriuntur, plurimum afficiunt ægrotos. Timor inuadit spectantes eius rei ignaros, interdum parotides malignæ, vel etiã arquatus, vel alius quidam abscessus, alterum certamen, quo discutiatur requirens emergit. Ex vrinis iudicas? Nec interim in his boni quippiã inueneris. Etenim

enim crudæ decolores,tenues, boni nihil quod subsidet,habẽtes:sed nunc quasi testa ceũ,nũc arenosum,in totũ autẽ inæquale, incoctũ,ipsa copia tãtũ in sexto die,quibus apparent conducens.Atq; hæc moderatissima leuissimaq; sunt,quæ illo die incolumi futuro cõtingũt.plurimos autẽ alios statim syncopa corripi,vel suffocari largo sanguinis profluuio,vel euacuatione parũ moderata,itẽ vel catoche quadam vel insania, quam *μανίαν* Græci appellant,vides, alios in manifestã perniciẽ iniecit, arquatos cõcilians,parotidas nõ bonas educens, & tabem insanabilem interim excitãs,demum quod mali genus non adfert?Mihi equidem frequenter in mentem venit septimi diei naturam, regi assimilare, sexti verò tyranno. Ille siquidem clementior tanquam bonus,aliquis princeps iis quos iudicat, vel supplicii partem adimit, vel illustrat victoriam:Hic econtrario vel pernicie illius quem iudicandum accepit,gaudet,vel salute dolet,quæritq; vbi animum expleat, & malè ægrum, qui in ipsum incidit,tractet, & longa punitione exerceat. Age igitur sermo hic mihi sistat,prius quã aliorum dierum decretoriorum naturam explicem.Si quis roget me de septimo die, an decretorius sit,dein vbi hoc affirma-

rim ex parato, de ſexto rurſus quærat quid ei reſpondero? Nam ſi eandem huic quoque appellationẽ imponã, putabit aliquis natura ipſum ſeptimo aſsimilẽ me exiſtimare. Si verò natura contrarium, ideoq; ex decretoriis diebus exemerim, forſan opinabitur eodem genere cum duodecimo, & decimoſexto comprehendi: de quibus antea dixi, nunquam me videlicet ipſos vidiſſe iudicãtes. De his ſane quid ſentiã, promptè, vt de ſeptimo dixi, enunciabo. Illos enim quòd nullam decernendi notam habent, non decretorios dicam: Hunc, quia omnes habet, decretorium eſſe. De ſexto non tam abſolutam enũciationem ſtatuere poſſum: decernit etenim frequenter de morbis, ſed dolosè, & prauè. Quapropter ſiquis me cogat de ipſo ferre ſentẽtiam, nõ longa oratione vſus, vt paulò ante quum vniuerſam eius naturam recenſerem, ſed ſummam complectens, ſextum diem malum eſſe decretoriũ dixero, quemadmodũ ſeptimũ bonũ. Non tamen ſic cõuenit ſimpliciter, atq; anguſta oratione de re nõ ſimplici pronũciare: nã præter alia medicorũ pleriq; rei ipſius obliti, de nomine cõtendũt. Nonnulli ſubitã in morbo mutationẽ iudicationem appellant. quidam, niſi bene ægro ceſſerit, tale criſim nõ vocitãt: aliqui
ho

horum vtrunq; iudicii opus esse ferunt. At iudicium ipsum perturbationē subito mutatam cum signo quodam euidenti, ex ipsa videlicet morbi natura prouenientem, nō extrinsecus esse arbitrantur: deinde multum ac diu de significato contendunt. Neque id ipsum intelligentes, tanquam à rebus medicis desciscētes, vel dialecticis vel grammaticis, vel rhetoribus conuenientem considerationem recipiunt. Siquidem dialectici munus est, de nominum rectitudine disputare: Rhetorum & grammaticorum est inspicere nomen an Latinis in vsu sit. Atque hæc nonnulli medicorum factitant, tantam vel dialectices, vel grammaticę vel rhetoricæ cognitionem ac intelligentiam habētes, quantam asinus lyræ. Hi ergo medicorum res omittentes, & aliena malè tractantes, vtrinq; grauiter peccant. Nos sanè quomodo quis medicis nominibus optimè vtatur, alibi demonstrauimus. In præsenti cōmētario dierum naturā interpretari statuimus, sophistarū nugas aliis relinquētes, qui artis opera parū curāt, sed nugantur velut in adolescētiū diatribis. Dicetur tamen nonnihil in sequentibus etiā de prædictis nominibus, vt illorum cauillos quis posit diluere, homonymias distinguens. Nunc autem prius ipsam vtilitatem

explicemus quemadmodũ in omnibus cõ mentariis fecimus, vt hãc iam tenens, eaq́; fruens abunde, ſophiſtarum nugas reprehendere condiſcas. Nam vt alia ſine longa ipſorum nugacitate, artis cãdidati poſſunt ediſcere, omnem adamuſsim dierum naturam ex ipſa doctrina opere poſſunt conſequi. Atqui in totum ab eorũ loquacitate tam vulgata abſtinere, impoſsibile eſt: poſtremo quoq; in priore ſermone vel inuiti ipſam attigimus.

CAP. V.

PVta itaque illa vice procemii alicuius propter ſpeculationes celebritate mihi eſſe prælibata. Vtilitatem autem ipſam, & præſtantiam ad artis opera nunc deinceps dicere vniuerſam, tempus poſtulat, quòd quidem vtilitas ſit, etiam ſine appellatione oſtenditur, quòd autem veritas nõ ſtatim apparet, ſed ex ipſis rebus iudicationem expectat. Quare lectores hoc adhortari opportunũ eſt. Vt poſtquam, quẽadmodum & nos omnia hic ſcripta multo tempore iudicauimus, ipſi quoq; in ægris eadem explorauerint, tum audeant de dictorum veritate ſentẽtiam proferre, prius autem non. Igitur denuo ab iis exordiamur, à quibus in ipſius libri initio incepimus,

mus,&,vt ſolum memoria teneantur, per capita reſumentes quæcunque prius dicta ſunt, reperamus: quæcunq; verò nondum enarrauimus, fuſa oratione interpretemur. Hæc autem dicta ſunt: Morborũ ſolutiones, quæ ſubito, vniuerſimq́ue fiunt, excretionem quandam vel abſceſſum euidentem requirere. Dierum verò in quibus eueniunt, naturas eſſe differentes. Etenim ſeptimum,& frequenter ſoluere,& perfecte,& cum fide,& ſalubriter,& ſine periculo,& clare,& notabiliter. Sextum frequenter quidem & ipſum, ſed non ſeptimo ſimiliter. Nam & pauciores ipſum iudicare,& ſolutionis modo plurimũ differre. Neq; enim bonas ſalubresq́; ipſas eſſe, verùm malitioſas plurimas: neq; ſi bonas, omnino & perfectas: imo neque ſi perfectas, ſtatim etiam cum fide: quia nonnunquam morbus reuertitur, exacte licet ſolutus eſſe videatur. Quinetiam cũ periculo, & obſcure ſextum diem iudicare, idq́ue ei maxime proprium eſſe, hoc quoque diximus. Attamen ſine ſignis iudicium non ita ſexti propriũ eſt, ſed quartus ipſius vt etiã ſeptimi index eſt. Hæc igitur præfati ſumus: quæ reſtant, nunc adiiciamus. Septimi naturã decimuſquartus maxime imitatur. Proximi his ſunt nonus, vndecimus,

& vigesimus, prope hos verò tertiusdecimus & quintus, post hos quartus: hunc sequũtur tertius, & decimusoctauus. At sexti naturam nullus exacte aliorum dierum imitatur. Si aliquando in octauum diẽ vel decimum subita morbi solutio incidat, similis ferè ei est quæ sexta accidat: verùm raro in his soluitur, nec cum fide, nec bene, †nec salubriter,]nec perfecte, insuper ad hæc obscure simul & citra notas: vnde alterius esse naturæ ipsi cum supra dictis ostenduntur. Quemadmodũ in his morbus subito non soluitur, ita nec iis quos statim recensebimus, duodecimo, sextodecimo & nonodecimo. Medius inter hos ordines dierum subito non soluentium, octaui dico, decimi, duodecimi, decimisexti, deciminoni, quos iam retulimus: & tertii, quarti, quinti, sexti, septimi, noni, vndecimi, decimiquarti, decimiseptimi, decimioctaui, vigesimi, decimustertius maxime videtur mihi esse positus. Nec scilicet ita reiiciendus sicut hi qui secũdæ sunt notæ: nec ita soluere morbos natus, sicut ii qui primæ sunt notæ. Huiusmodi quædã dictorum dierum ad vigesimum vsq; differentia est. Reliquas ordine deinceps dicturus sum, hoc primũ in memoriam reuocato, quod ante paulùm promisi. Nam

† *Non est in græco.*

quan

quantum ad artis opera attinet, longo ad inuentionem tempore opus est, breuissimo autem ad disciplinam. Quicquid est aliud reliquum, vel sophistarum nugæ, vel aduersus hos controuersia est, etsi hæc quoq; deliramentum sit: præstaret etenim ipsos despicere: propter iuuenes tamẽ qui aliquando à cauillationibus circunuenti à naturali ratiocinatione recedunt, necessario locum habet. Igitur quid proposuerimus manifeste iam liquet. Nã sine nominibus etiam his, iudicari, iudicatum esse, iudicium, & decretorium, differentias dierum interpretatus sum: non à ratione quadam, vel dogmate abditorum eas introducens, verùm ex solo diuturno vsu speculationem constituens. Porrò quicunq; hoc omisso, vel quomodo iudicationem definire conueniat, vel quæ ratio sit, cuius occasione non æquè in vniuersis prædictis diebus iudicia fiunt, disquirit, sophistis cõtrouersiæ ansam præbebit, qui huiusmodi sermonibus cõtradicẽtes, rẽ ipsam se subuertere putant, veluti siquis videndi causis, quas philosophi dicunt, reclamans, se visum sustulisse credat: vel siquis de motu quid dicat non habeat, vel de loco, tempore, generatione, & corruptione, cum sermonibus res quoque sustulisse arbitretur.

Talis est enim de iudicio & decretoriis diebus sophistarum dicendi facultas: qui euidens ipsum sanè amouere nõ possunt, significata transponunt, & ad finitiones quasdam reclamant, postremo de natura numerorum placita proscindunt. Quanquam à nobis nuper scripta præceptio ac disciplina nihil horum attigit: atq; huius rei gratia sophistarum os obturat, vtilitatem vsumq́ue breuiter edocet. Pari modo dierum post vigesimum differẽtias compendiose tractassem, nisi ratio quædã necessaria obstitisset: quam & ipsam Empirici, †qui nihil euidenter apparentibus attribuunt,] accurate nouerunt: non tamen qui primum artem recipiunt.

† In veteri græco codi. legitur κὴ μηδὲν ἄλλο ἢ τοῖς ἐνεργῶς φαινομένοις προσδοξάζοντες. *vt vertendũ sit: qui nihil aliud recipiũt nisi quæ euidenter apparent. Et ita legitãt interpretes.*

CAP. VI.

CAeterũ est aliquis hic qui roget, quod tandem morborum principium? Etenim vigilant, cibos fastidiunt, capite grauantur, segnes, & ad motum pigri fiunt, toto corpore lassitudinem sentiunt, aliaq́; id genus infinita patiuntur plurimi ægrotaturi. Atq; hæc primo adueniunt modice, verùm semper magis augescunt, paulatim obambulantibus iam, & cõsueta facientibus. Posteaquam verò nimisquam displicere sibi cœperint, ac ab affectu victi

primum fuerint, tunc decumbunt. Vnde perſpicuum euadit, morbi principium ſtatuere conueniens, non leuioris eſſe negotii. Quippe adamuſsim primum, inſenſibile eſſe: vbi iam decubuerit, non morbi, ſed decubitus eſſe principium. Quinetiam quòd fortiores quidam ſunt, malique patientes: item quòd [ſuſtinentur à quodam †in ciuili actione] longiusq; eunt, & procul à domo deducuntur, atq; ob alias huiuſmodi cauſas poſsit quis nondum decumbere, ſed malè affectus quidem eſſe: ſi mollis quiſpiam animo, imbecillis, timidus, & de quamlibet leui cauſa ſuſpicioſus, ſtatim decumbit. Cuius igitur decubitus morbi initium putandus, nemo facile inuenerit. Atqui ſi neque primum exacte principium capere licet, neque decubitum morbi initium conſiſtere ratio eſt, conſtat neq; aliud tempus aliquod, vel ante decubitum, vel poſt eum. Siquidē priora omnia inique capientur primo principio neglecto: quæ poſt decubitum ſunt, multo iniquius, ſi neque huius tempus morbi exordium eſt. Huiuſmodi quidem ſunt addubitationes. Porrò ipſorum ſolutiones diuerſæ ſunt: Prima & maxima multos repente morbos inducit, vel ſimul cum rigore, vel dolore vehementi, nullo planè

† In veteri græco codi. nō habetur ἐπὶ, adeo vt locus ita vertendus ſit: occupati ſunt in aliquo ciuili negotio.

ſenſibili ſymptomate eũ prægreſſo. Morbis itaq; aliis, in quibus obſcura principia ſunt omiſsis, decretorios dies in manifeſtiſsimis experiamur. Quin & cœnatis facillime pleriſq; & exercitatis, tum lotis ſubito morbus aduenit: quemadmodũ Hippocrates quoq; de multis ægris ſcriptũ reliquit: vt idem autor de aliis ægrotis ſcribere conſueuit, quia prius, quàm ægrotare inciperent, ſtando in erectum fatigabantur. Et quidẽ hoc ipſum dicẽtes, antequam morbus incepiſſet, inſcii ac imprudentes veritatem cõfitemur. Nam morbi initium tempus illud ipſis putandũ eſt, quum manifeſto febricitare incipientes decubuerint. Non enim idem ſibi vult capitis dolor & febris: ſicut nec vigilia, & cibi faſtidium, & totius corporis grauitas, vel laſsitudinis ſenſus, verùm ſingula hæc, diuerſa quædam à febre exiſtẽtia, febrem denunciant. Tu igitur ô ſophiſta, mẽtem his aduerte. Febris inuadens, maximeque acuta, neq; nos, neq; idiotã quemlibet latere poteſt. Finge autẽ, ſi voles, latere nos quoq;, ſed mirarer, ſi diutius hora ægrotantem, licet omnino ſenſus expers ſis, latuerit. Putemus itaq; inuaſiſſe hora decima: ſit autẽ verum initium, quòd non decima, ſed nona hora contigerit: quid hoc ad dies de-

cre

cretorios?In hoc artis medicę opera nimis vti vides,pereunt,quòd ægrotãtium nonnulla hora vna latuit. Hippocrates ſanè medicorum omnium diligẽtiſsimus, vniuerſa hæc quum obſeruaſſet, quemadmodum,quòd complures repentè nullo prius oborto ſymptomate quidam ſtando in rectum fatigati,febricitare inceperunt,memoriæ prodidit:ita iudicationes euenientes à primo die quo febricitauit homo,nõ ab illo quo capite doluit, vel huiuſmodi aliud quippiam paſſus eſt, accurate inſpexit:quoniam in huiuſmodi principiis decretoriorum dierum experientia medicis eſt.Porrò tu ſi principia ratione contẽplabilia vis inſpicere,forſan ἀειπαθείας, id eſt perpetuæ inualetudinis placitum attinges. At non Aſclepiadarum medicina talis eſt. Ratione ſiquidem cõtemplatorias illi febres neq; dignoſcere,neq; curare dignati ſunt:Senſiles autem,& claras,& potiſsimũ quum acutæ ſint,in quibus & decretoriorum dierum contemplationẽ requirimus, neq; idiotam quemlibet,neq; medicũ latere poſſunt. Quid iam tibi vis?An ex iis qui ſtatim decubuerunt obſeruationẽ facere;vel qui ſtando in erectum defatigati ſunt?Hippocrates etenim in vtriſq; faciẽs, eoſdem de ambobus decretorios pronun-

cia

ciauit, non vbi primum capite doluit, sed quum primū febricitauit, morbi initium constituens. Ita singuli alii, quibus ars curæ est, non sermones falsi, probabiliter cōtexti. Iam quidem morbi principium medicis facillime cognoscitur. Porrò siquis seipsum ab hac appellatione eximit, nondumq; persuasum habet: tum nugari non solùm nos, sed etiam Hippocratem, Dioclem, reliquosq; alios, quorum prius mentionem fecimus, existimat, is Cadmæam victoriam celebret.

CAP. VII.

NOs enim sophistas reprehendere nūc non instituimus, quoniam superuacuum: verùm iis, qui veritatem sectantur, speculationem nostrā impertimus. Ponamus iam huiusmodi quendā ægrum, clarioris doctrinæ gratia, qui decima diei hora acuta febre conflictari incipiat: vnde sophistis quærere iubentes principium ratione contemplatorium, ipsum secundum diem, vel siquod aliud initiū accessio altera in ipso faciat sensibile & clarum obseruabimus: dein eodem modo tertiū, vt siue per triduum, siue quotidie fiant accessiones, cognoscamus. Hoc autem magis siue in paribus siue imparibus diebus vehemē-
tius

tius intendatur. Esto febris † continens:] per triduum accessiones: Tertio quidem die, hora vndecima: Quinto, noctis hora prima accessionem habeat: Septimo, noctis hora tertia, semper enim accessionem duabus horis post, venire statuamus. Quapropter etiam noni diei noctis hora quinta, vndecimi septima fiet accessio. Sunto iam huic alia similia per vniuersum morbi decursum à principio, ad vsque noctem vndecimam. Vndecimo verò die coloratiores simul vrinæ reddãtur, & quasi albæ nubeculæ in iis innatent prius non visæ. Hic non mediocris spes est verè medicis, morbum in decimo quarto die discussum iri. Euenit tamen subinde, solutionem in dierum quendam sequentium incidere. At hoc quo pacto fiat, sermonis de iudiciis proprium existit, eaq; de causa in illo dicemus. Nunc autem de decretoriis diebus disserere proposuimus. Cuius autem gratia exemplum requirebam, propius venire apparet. Inuadat enim quotacunq; hora decimætertiæ noctis accessio cum totius corporis concussione, quam Græci ῥῖγος nominant. Fieri siquidem potest vt horam consuetam præoccupet, aut non præoccupet, ambo enim eueniunt, magis tamẽ vt alterũ præoccupet quũ crisis futura est. Sit

† In græ. est συνεχὴς. i. continua.

iam

iam quoq; molesta grauisq; si placet, tota nox decimatertia facta, quò certius firmiusq; iudicium fore speremus: quoniam impossibile est eum qui tam grauiter laborarit, in accesione decimatertia nocte incipiente non iudicari. Iam verò vt nihil indefinitum sit, fingamus noctẽ grauem, inuadat accessio hora octaua cum vehementi corporis concussione, nullumque aliud ex iis quæ in crisibus superueniunt, symptoma cõtingat. Pulsus fiat inordinatus, inæqualis: sed motus crebriores, elati, & magni appareant: huiusmodi æger, vbi accessio cum corporis concussione inuadens vigorem suum receperit, sudare statim decretorio modo in decimoquarto videlicet die incipit. Sic enim euenit decimatertia nocte, hora octaua, si accessio inuadat. Itaq; iam facilius pro euacuationis ratione spiret, moueatque sese, & pulsus edat meliores, tum facilis toleratio ista comitetur, & toto die vniuersum corpus æqualiter insudet, dein ad vesperam in totum febri leuetur: talis æger tuto iudicatus est, procedente tẽpore paulatim ipsum recreare cibis & reficere conuenit, nihil etiam timere. Dies enim cum fide omnes decretorias notas continet. Nempe quòd vndecimo die in vrinis quid iudicaretur

appa

apparuit, signum est iudicij, quod notabile merito nuncupatur. Item, nox grauis, quæ accessionẽ præcedit, & insultus cum concussione, pulsuum commotio decretoria, sudores boni: atque ob hoc clarum iudicium merito nominatur, quod sine periculis horrendis euenerit, tutum, quinetiam perfectum, quod febrem perfectè discussit. Bonum ob hoc ipsum, & quòd sine periculo. Quod igitur iudicio testimonium afferendum relinquitur? Huic mihi animũ adhibeas, quòd fidele est, securum, & à metu de morbi recidiua remotum. Vnde hoc accepimus? Nempe quòd alia singula ex vno quopiam, vel etiam duobus, vel pluribus quidem, sed non ex vniuersis factis oriuntur: verùm quòd cum fide, omnibus quæ commemorantur indiget, in quibus diei quoque natura est. Nam si aliis omnibus quæ retuli, euenientibus, crisis in decimumquintum incidisset, non perinde secura esset. Fides igitur in iudicio, à die spectatur. Atque hic decretoriorum dierum vsus. At si quis solos ipsos omne posse existimet, is nõ solùm plus ignorat, quàm cognoscit: imò sophistis etiam contradicendi occasionem exhibet. Dicunt igitur rectè, si fidem in morborum solutionibus decimiquarti diei natura præberet, fidum

ipſum eſſe, vel ſine multis ſudoribus & ſalubribus oporteret, quomodo autem ſermo nugax ſit, ego ne vel oſtendere prorſus volui, ſed ſingulos medicorum ſcholã frequentantes tantum prius eruditos eſſe quàm frequentarent, vt cauillos ac captiones ſaltem manifeſtas adeò poſsint cognoſcere. Huiuſmodi ſiquidẽ nugacitas omne peruertit auxilium: neq; venæ inciſionem nonnunquã auxiliari demonſtrans. Si nãque auxiliaretur, cur tandẽ non ſtatim eos quibus vena inciſa eſt, in balneum dimittimus, audacterque nutrimus: verùm in lecto continemus, & tenui victus ratione fouemus? Quid, quòd nec cataplaſma apponimus? Etenim hoc repletos, lotos & ebrios iuuat. Quin nec clyſterem, neque ex omnibus aliud quodlibet, ſimilis nanque loquacitas eſt. Sed quoniam artem tam mirabilem ac magnam pro Aſclepiadis veteribus Lanifices & Telonæ tractant, oportet videlicet nos quoque eam oppugnatam vindicare dicereque tanquam ſeu cauſam, ſeu ſignum quodlibet. Siquidem vnũ vnius vel efficiens, vel index eſſe dicatur, indicare quis nequiens ipſum circa appellationem, vt quod alterius pręſentiam ſemper requirat, pulchrè opinionem reprehendet. Si verò aut facere, aut indicare ſimul

plu

plura coëuntia, hoc aliquod dicatur, nugax est qui seorsum ipsorum vnumquodque aggreditur. Non enim vnumquodque ipsorum priuatim tanquam non sufficiens, sed vniuersa simul subuertere conuenit. Dixeris equidem sic puto, & si decẽ aliqui pondus quodlibet atollere poßint, singuli verò priuatim nullum poßint, ad operis totius absolutionem vnum inferri. Quid iam vis? vtrum decretorios dies fidæ morborum solutiõis esse causas, an signa? In vtrisque siquidem sophisma promptè deprehenditur. Vis prius causas statuamus, quemadmodum & venæ sectionem, & clysterem, & cataplasma, aliáque singula presidia causas sanitatis esse dicimus: verùm vt illorum nullum adeò validum erat, vt sine aliis restituant sanitatem, ita nec decretorius dies. Rursus igitur si tibi videtur non causas, sed signa dicamus, qualia in vrinis, alui recrementis sputo, atque huiusmodi aliis vniuersis cernuntur, sed nec illorum vllum solum poterat vel salutem, vel mortem indicare. Et sanè, si neque vt causas neque vt signa decretorios dies censeam semper solos aut facere, aut indicare idem. verùm cum plurium cõgressu, nullam adhuc rationẽ sophisma ipsorum habebit. Non enim hæc decreto-

riorum dierũ recta exploratio, quòd etiam sine aliis signis decretoriis fidi sint, verùm alia quædam re vera est. Nam si aliis vniuersis indiciis eodem modo habẽtibus decretorius dies solum destituatur, multum à iudicii fide tolletur. Quòd si verò aliis decernendi signis non admodum completis, decretoriũ ipsis diem apposueris, solutionis securæ spes quædam affulget. Iam verò si hoc solum decretoriis diebus adsit, nempe cum ipsis frequenter vel plurima & maxima decretoria signa, vel etiam vniuersa, æquum videlicet esset huius tantum occasione propriam decernendi dierum naturam esse putare. Quum igitur ad hoc à seipsis quoque aliquid adferunt in medium: non multo sanè magis ipsos, his qui nihil inferunt, neq; multis iudicandi signis concurrunt, seligemus? ceu propriam illi quidem, hi verò propriam quoque naturam habeant? quippe mihi maximè videtur. Itaque rursus à sophistis, qui artis optima conspurcant, recedentes, memores præscriptæ paulò ante hypothesis, claritatis disciplinæ gratia, ægrum illum, quem continuè febricitantem, per triduum accessionem experiri, ad diem vndecimum deducentes sermone, decretorium in vrinis posuimus signum habuisse, deinde quarto-
de

decimo iudicatum esse: nunc haud ita sic, sed iniudicatum adhuc, in decimamquintam noctem, accessionem quæ in ea accidit, deducentes, similiter cum totius corporis concussione inuadentem. Pari modo sudore iudicari fingamus in die sextodecimo, vt euidenter cognoscamus, quantam virtutem dies decretorius obtineat. Primum etenim neque probè sudauerit huiusmodi, neque perfectè in illo die febris eum dimiserit. Quòd si aliquid vtique præter opinionem euenerit, sine fide omnino crisis est, itẽ si æger quid peccet, morbi recidiua timenda est.

CAP. VIII.

ITerum ergo protrahentes eundem ægrotum, quarto die signum decretorium habuisse ponamus, quemadmodum paulò supra, vndecimo statuimus crisim septimano aduenire. Contemplatorius enim in secunda septimana vndecimus: in prima quartus etiam indicare natus est, sicut vndecimus, quartũdecimum, ita quartus septimum, qualísnam erit. Fiat autem in septima nocte, hora tertia accessio sicut prius statutum est: item concussio, pulsuũ mutationes eueniant, nocte iam finiente sudare incipiat: postea toto deinceps die octauo pulchrè sudet: postremò febri le-

uetur ad vesperam. Hic rursus animũ mihi aduertas. Cuius enim gratia ægrum produxerim, non paruum est. Siquidem in prima hypothesi decimatertia nocte accessionem expertus more decretorio: deinde quartodecimo febri liberatus, non decimotertio, sed decimoquarto iudicatus esse dicebatur. Nũc autẽ sudores licet ex morbi solutione in octauum diem totum exciderint, tamẽ septimo die hic iudicatus dici queat. Adhibendus enim animus est, neque simpliciter accessionum principiis, an etiam cum decretoriis notis inuadant: neque quum primum sudare, vel alio quouis pacto inceperint iudicari. Etenim hoc solum fidem non habet, imò nec quum primum febris decessit. Quanquam nec duo coëuntia reliquo maiorem potentiam necessariò habent. Etenim tria conuenientia omnem quæstionem tollere conspicuum est. Dico autem si in vno aliquo die accessio cum signis decretoriis inuadat, ipsaque crisis incipiat, & sequatur perfecta solutio. Si quidem partitionem fecerimus, distinguetur primum & maximè diebus, quos indices & contemplatorios appellant. Si nanque vel quarto vel vndecimo indice facto crisis quolibet modo attigerit vel septimum, vel decimumquartum,

illo

illorum ipſam criſim eſſe arbitrari opus eſt. Porrò ſi iudicium extra illos dies cadat, vt neque in illis incipiat, neque compleatur, conſtat non adhuc eſſe dicendum, morbum in ſeptimo, aut decimoquarto iudicatum, verùm in alio quopiam die qui totam criſim in ſe comprehendat. Etſi tamen nullo indice prius habito criſis ſubito contingat, duos attingens dies, ad notas has reſpiciens, diſtingues, vtriúſnam ſit: nempe ad acceſsionum proportionem, ad dierum naturam, ad decernendi temporum numerum, ad ipſum iudicij tempus. Ad acceſsionũ proportionem ſic: Imparibus diebus ſi æger magis laborauit, proprium magis diei imparis iudiciũ: quẽadmodũ ſi paribus, illius proprium. Nam in acceſsionibus plurimum iudicia contingunt. Cęterùm ad dierum naturam hoc pacto: Si ambigas, vtrum noni diei, vel decimi ſit iudicium: ſi enim ſalubre ac bonum perfectum, ſine periculo, noni magis eſt: ſi imperfectũ, malũ, & periculoſum, decimi. Ad numerum decernendi temporũ, quoniã hæc tria erãt, decretoriæ acceſsionis initiũ, decretoriæ motionis principiũ, finis ipſe iudicij, qui dies tẽpora duo accipit in ſeſe, magis iudiciũ ſibi aſſumit. Sic & ipſum tẽpus iudicij vtra die fuerit lõgius,

illi magis iudicium attribui debet. Si verò quatuor hæ notæ vno die introducantur, huic tu quoq; iudicium attribues: & si vna ex his relinquatur, sic quoq; adhuc adscribes: sed iam & alterũ diem ipsius crisis participem esse putandum est. Si autẽ æquales notæ fuerint, iudiciũ quoq; vtriusque diei commune esse censebis. Interim non duos modo, sed tres etiam dies iudicium attingit. Iterum igitur hic, quantum ad temporis longitudinem attinet, medius præferẽdus est: non tamẽ vniuersum ei concedes, sed primum quidem, sine indice & cõtemplatorio die crisis fuit, considerandum est: quoniam diximus maximam hoc potentiã habere. Secundo regulis quoque aliis, quas modo enarrare desij, vtendum est: nempe accessionum collatione dierum natura, decernendi temporum numero, & ipso iudicij tempore.

CAP. IX.

Quoniam verò de his abũdè satis definitum est, reuersi denuò, vti prius vsq; ad diem vigesimum, ita iam post illũ decretorios enumerabimus: tantummodo prius relatis iam adiicientes, quantum ad præsentẽ disputationem conducit: item ne vlla iam cõmemoratis quæstio desit. Quid verò est hoc? De primo nimirum die in

mor

morbis,& ſecundo,nõ diximus in ſuperiore ſermone: etſi Dioclis imitatoribus hi quoq; decernere de morbis viſi ſint. Quomodo igitur de hoc intelligendũ ſit,diſtinctione docebimus. Nam ſi præceps ac ſubita in ægrotãtis corpore perturbatio,morbi ſolutionem præcedens, criſis ſiue iudicium nominatur,neq; primum diem,neq; ſecundũ decretorios eſſe cenſebimus:quia velut fluctuatio ſolutionem præcedẽs,nequaquam in his eſt conſpicua.Si autem ſolutio ſimpliciter appellanda eſt criſis, hi quoque erunt decretorij:quare omnes febres diariæ ſolutionem partim in primo ſtatim die partim in ſecundo nanciſcuntur.De ſignificatu igitur quæſtio hîc magis eſt,quàm de re ipſa. Ipſam enim rem,liberari videlicet pleroſq; febribus in primis ſtatim diebus, nemo ignorat. Ad hoc genus quæſtionis pertinet illud quoque: An vbi perturbatio in morbi ſolutionẽ finierit,criſim eſſe factam dicendũ: an quando in ſignis quæpiã mutatio acciderit. Quinetiam ipſum ſolutionis nomẽ, vtrũ quum ad ſanitatẽ æger reciderit, duntaxat inferendũ ſit,an etiam vbi mors ſecuta, adhuc morbus ſic quoq; ſolui dicendus,magnam inquiſitionẽ obtinet. Quũ verò huiuſmodi diſquirendi otiũ ſuppetet, rurſus expo-

nemus. Nunc autem in hoc priore cōmentario solam ipsam vtilitatem commōstrare proposuimus, quam & sine demonstratiōibus logicis ex hypothesi colligere possum. Fingamus enim nos † exactā solutionis perturbationem, crisim simpliciter appellari.] Aliarum nulla crisis absolutè, verùm quæ ad pernitiem tendit, mala crisis nominetur. Quę insigne quidē momentum attulit, morbum verò nō soluit perfectè, deficiens appelletur. Alia quæ insigniter ad peiora declinat, imperfecta simul & mala. Ita sanè, quum singulas res priuatim absolutè clareq; indicare voluerimus. Interdum verò vtentes interpretationibus defectiuis, vt vocant, iudicia nominamus vniuersas quatuor differentias, citra appositionē mali vel imperfecti. Atque hanc deficiētem interpretationē apud omnes homines satis in vsu esse, alibi declaratum est copiosius: sed nunc quoq; dicemus, quantum ad præsens institutum satis est. Chœnicem sanè, & cubitum, & pedem aut aliam quandam mensuram, neq; quum maior quàm par sit, existat, neque quum minor iusto, eodem appellasse vocabulo conuenit: quoniam quantitaté aliquam certam vnumquodque tale nomen indicat. Attamē est, quum Chœnicem mi-

† In anti. translatio ne hîc locus ita habetur. Per totum hoc turbationem quæ fit ante cō sumptionē ægritudinis perfectam dici crisim sermone absoluto.

norem, maioremq́; ac conuenit, nuncupamus: ſimiliter cubitum, pedẽ, & alias quaſque menſuras. At quum exacte interpretamur, non cubitum ſimpliciter, ſed magnum cubitum aut paruum nominamus: abſolute ſolũ iuſtum. Aliquando nonnulla ſecundum vehementem exceſſum generis totius appellationem ſortiuntur: quemadmodum etiam apud poëtam ſcribi dicimus, alium præter Homerum neminem intelligentes, infiniti licet alij poëtæ ſint. Huius farinæ eſt, quod dicitur apud Comicum: † Et] carum eſt, vt qui homo, ſit homo. Nam agreſtem, belluinum, amentem, ruſticum, non ſecundum hominis naturam eſſe putantes, ad integros in ea natura & conſummatos nomen transferimus. Siue igitur, ſic per exceſſum quendam iudicij nomen dicimus, ſiue iuxta priorem rationem, alterius temporis eſt diſputatio. Quid autem ad medicinæ opera momenti afferat, iam colligere eſt ex præſcriptorum nominum hypotheſi. Quod enim omnes iudiciorum notas habet, iudicium abſoluto ſermone vocatur: alia cum appoſitione nominis appellabuntur. Iam ſi non ſubitæ mutationis perturbationem, verùm ſolam ipſam mutationem voluerit quiſpiam iudicationem nominare bona

† In veteri græco cod. pro καὶ legitur ὡς, id eſt, vt.

quũ

quidem, ſimulq́; perfecta ſolutio, ſimplici ſermone Criſis vocabitur: reliquę cum appoſitione omnes.

CAP. X.

PRoinde qui poſt vigeſimum diem decretorij? hoc enim vnà mihi propoſitum eſt percenſere. Archigenis, Dioclisq́; ſtudioſi vigeſimumprimum ante omnes potiſsimum primo loco dignãtur. Etenim Archigenes ipſum vigeſimo prępoṅit. Mihi tamen aliter viſum eſt, ſicut & Hippocrati: oſtendemus id in ſequentibus. Simili modo etiam de vigeſimoſeptimo habet, ſiquidem ego hũc etiam vigeſimooctauo antepono: illi poſtponunt. Habet autem trigeſimusquartus potentiã mentione dignam atq; hoc magis quadrageſimus. His minus decernũt vigeſimuſquartus, & trigeſimuſprimus: & multo his adhuc minus trigeſimuſſeptimus: ita vt in dierũ decernentiũ, & eorum qui nõ decernunt, medio collocatus eſſe videatur, & magis ex non decernentibus eſſe. Porrò alia tota dierum multitudo inter vigeſimum & quadrageſimum, decernendi omnino expers eſt. Audi ipſos: iam tibi referũtur. Vigeſimuſſecũdus, vigeſimuſtertius vigeſimuſquintus, vigeſimuſſextus, vigeſimus, trigeſimus, trigeſimuſſecundus, trigeſimuſtertius, trigeſimuſ

musquintus, trigeſimuſoctauus, trigeſimuſ nonus. Vniuerſi duodecim ſunt. Et vſq; ad quartũdecimũ quidẽ magnæ ſunt perturbationes in morbis. Proximo loco ſuccedũt quæ vſq; ad vigeſimum habẽtur. Quæ poſt hunc ad quadrageſimũ ſuccedũt, paulatim vehementiã efficaciãq; remittũt: vt qui poſt quadrageſimũ ſunt, omnes prorſus languent, concoctione potius & abſceſsibus, quàm criſibus morbos finientes. Accidunt in his quoque per excretiones interdũ iudicia, ſed rarò, nec magnã habẽt vehementiã. Et frequenter pluribus diebus iudicia complentur, maximè quum in abſceſſum finiunt. Atque alios quidem qui poſt quadrageſimum habẽtur, Hippocrates plane contemnere videtur: ſexageſimi tamen & octogeſimi, & centeſimi rationem habet. Ab iis alios quidem ſeptem menſibus, alios ſeptem annis finiri ait, alios verò, vt veriſimile eſt, in binis annorum hebdomadis & ternis. Non deſunt qui etiam quadrageſimiſecundi & quadrageſimiquinti, inſuper quadrageſimioctaui, & quorundam aliorum dierum meminerunt, de quibus vniuerſis ſermo nobis futurus eſt.

CAPVT XI.

Itaq; plurimis medicis impoſsibile videtur præſagiri diem quo de morbo de-

cer

cernetur. Re vera tamen impoſsibile non eſt, ſi quis accuratè Hippocratis ſpeculatione lecta, artem tractare audeat. At ſi vel priuſquam edidicerit, apud ægrotos verſetur, nihil amplius aget, quàm operam fruſtra ludet: vel ſi ipſam diligenter didicerit, operari verò neglexerit, lõge quidẽ altero, qui non antea didicit, melior: abeſt tamen permultum is quoque à perfectione. Quapropter qui præſcius eſſe cogitat diei de morbo iudicaturi, huic in primis adamuſsim cognoſcenda ſunt quæ Hippocrates in opere prognoſtico tradidit: deinde quæ de conſtitutionibus in aliis libris memoriæ prodidit: poſtea de ætatibus, naturis, anni temporibus, & locis: quorum nõnulla etiam in Prognoſtico perdocuit. vbi iam hæc edidicerit: pulſuum cognitionem adiungens, facili negotio iudicij diẽ prænoſcet. Vbi ſiquidem morbus acutus nullum periculoſum ſignum referat, & quarto die euidens quædam concoctionis nota cõparuerit, ſeptimo criſis futura eſt. Atque hæc breuibus †ita] explicata ſunt lõge veriſsima. Porrò ſi quis lethalia ſigna, periculoſa, & ſalutaria ignoret, nihil ex hoc ſermone promouebit: quanquam ſi hæc quoq; cognoſcat, coctionis autem notas ignoret, etiã nihil hinc frugis relaturus eſt.

† In veteri græco cod. pro οὕτως lègitur ἤδη, id eſt, iam & ſic quoque habetur in ant. tranſlatione.

Ha

Huius rei gratia Hippocratis præſagiorum opus relegendum præcepi:nam periculoſis ſymptomatis præſentibus vnà cũ concoctionis nota quarto die apparente, iudicium, ſi paribus diebus acceſsio fiat, ſexto expectandum eſt:quòd ſi hunc exceſſerit, octauo, ſi in imparibus diebus, ſeptimo. Bonis ſignis apparentibus, ſeptimo die morbus diſcutietur. Etenim lethalia ſigna cũ notis concoctionis nũquam euenerint. Hæc autem non minus quàm periculoſa, & ſalutaria inſpicienda ſunt, quia ſi quarto apparuerint, ſeptimo aderit mors. Dictum eſt hoc nominari criſim malam. Animum hic aduertas neceſſe eſt lethalium ſignorum tum magnitudini, tum copiæ. Si nanque multa magnaq́ue die quarto euenerint, acceſsionibus diſtinguendum erit de morte futura:ad hæc cognoſcendum hominem ſexto die moriturum eſſe, modo acceſsio diebus paribus facta ſit:ſi imparibus, ſeptimo. Interdum ſextus hominem iugulat, etiam ſi acceſsio contigerit in imparibus, propter morbi celeritatem, magnitudinem, & ſymptomatũ in quarto die euenientiũ copiam. Quamobrẽ accidentiũ magnitudo, quæ ex potentia ſumitur, exacte dignoſcenda eſt:verùm quomodo hæc ab illa, quæ ab imaginatione æſtimatur,

matur, distinguenda veniat, in libris De crisi narratur. Omnia in omnibus cōfundere & conturbare nō oportet: sed quantū ad dies tātū decretorios proprie pertinet, huc transferendum est. Quum enim accurate admodum acutos morbos obseruassemus, quartum diem septimi esse indicem ex sua natura deprehendimus. Ex sua natura, inquam, hoc est, si nullum rarū & magnum incidat, vel extrinsecus, vel ex ipsa morbi conditione, vel etiam ægrotantis habitu, quartus omnino septimum indicat. Cæterum si quid extrinsecus præter opinionem accidat, quo de postea mentionem facturi sumus: vel morbus vehementer, vel obscure ad iudicium propellatur & ægrotantis vires aut validæ, aut imbecilles extiterint, attendendum est distinguendumq́; ęger periturus'ne sit ante diem septimum, an post hunc de ipso decernetur. Siquidem vbi malum aliquod extrinsecus præter spem euenerit, & morbus non simpliciter acutus, verùm peracutus sit, ad hæc vires ęgri imbecillæ: signum malum, quod in quarto die apparuit, septimum diem non expectat, verùm sexto ęger huiusmodi morietur, præsertim si paribus diebus accessiones acceperit. Quòd si nihil extrinsecus erratum sit, & morbi motus haud ita

ita præceps ac velox, & æger validus: ſi
quidem manifeſtum in quarto die ma-
lum indicium fuit, ſeptimo interitus co-
mitabitur: Si verò obſcurum, excedet húc
quoque. Iam verò ſi acceſsiones paribus
diebus contigerint, octauo: ſi imparibus,
nono çger decedet. Quæ porrò manifeſta,
quæ obſcura indicia vocitem, in libris De
criſi † demonſtratum eſt.] Quinetiam in
hoc ſermone procedente indicaturi ſu-
mus. Prius autem ad reliquas definitiones
reuertor. Appareat enim euidẽter bonum
in quarto die ſignum, nullius periculi cir-
ca ægrotum ſit ſuſpicio: fieri non poteſt,
quo minus ſeptimo die fiat iudicium, ſi ni
hil extrinſecus peccatum fuerit. Commit-
tuntur autem quædam peccata ab ipſo æ-
groto videlicet, quædam à medicis his ad-
mirandis, putantibus, niſi quis introgreſ-
ſus ad ægrum, deinde ſuccingens ſe, vel ca
taplaſma impoſuerit, vel perfuderit, *vel
aduſſerit,] vel clyſterion indiderit, vel ve-
nam inciderit, vel cucurbitulas adiun-
xerit, vel confricuerit, vel nutrierit, aut hu
iuſmodi aliud factitauerit, nihil ab ipſo
geſtum eſſe artificioſum. Hi enim quoties
ægrum accedunt, toties peccant. Non igi
tur iudicium in ſeptimo die ad quem pa-
ratum erat, fieri poteſt, tot interea errori-

† *In veteri cod. additur ἀκριβέστερον et pro* [illegible] *legitur εἰρήσεται, id eſt demonſtrabitur.*

* *Ex ant. trãſlatione ſumptũ eſt, in qua habetur cauterizat.*

bus admissis. Quando quidem naturæ motus statutis periodis pro sui ratione contingit: interim ab exterioribus peccatis circuitus seruare prohibetur. Sic itaque Hippocrates vndequaque admirabilis inquit: Natura omnino sufficit. Peccatur in hanc extrinsecus cataplásmate: inunctione: & totius & partis fotu. Sic etiam medicum naturæ ministrũ appellat, re vera medicum, non pharmacopolam quendam ex triuio. Tantum enim hic à iusta naturæ ministri appellatione abest, vt etiam maxime contrarium nomen ipsi magis conueniat, inimico videlicet & naturæ ipsius, tum ægrotantium hosti iure appellato. Quapropter nos meritò, quum quispiam de ægro aliquo euentum iubet prædicere, cum distinctione id facimus dicentes, huic morbus soluetur isto die, primum si victus ratione à nobis, non alio quodam medico regatur: deinde si nihil ipse peccet, & faciat quæ iniunguntur omnia: postremo si nullus magnus extrinsecus error admissus fuerit. Quæ iam exteriora peccata sint, quoniam hoc quoque definire pollicitus sum, opportunum erit dicere: Vt si æger incendio domus accidente, aut latronibus inuadentibus, aut fluuio inundante, subito cogatur fugere, quanta ei noxa aduenerit,

quorſum attinet referre? Simili modo ſi tegmen aliquod delapſum vel parietem †ſentiens] extimeſcat ſimul & fugam repente moliatur: item ſi per tegulam quippiam defluat, vel pluuia copioſior oborta capiti ægrotantis incidat, vel alius etiam quomodocunque ipſum irrigauerit, vt locum mutare, vigil eſſe, & timere, cogatur, & hoc non mediocrem ipſi offenſam conciliat. Eodem pacto vicinorum tumultus, vel alia quædam talis vigiliæ cauſa eueniens, aut nuncium aliquod triſte pro noxæ ipſius magnitudine, etiam prædictionis perfectionem corrumpit. Vigiliæ ſiquidem propter ipſum morbum, intra prædictionem & criſim ægris aduenientes, nihil præſagia offendunt. Quæ verò extrinſecus inopinata veniunt, horum nihil medicus prægnoſcit, vnde nec futuram inde offenſam coniicere poteſt, nec prædictioni ſecundum morbi rationem factæ adiicere. Hæc itaque ipſa Hippocrates ſtatim in Aphoriſmorum principio
» præcipit inquiens: Oportet non ſolum
» ipſum, quæ res poſtulat, facere, verùm e-
» tiam ægrum, & aſsidentes, & exteriora.
Si nanq; ait, diſquirere quippiam & indagare ex †noſtris] cogitas, ipſe primum opportuna facito vniuerſa: deinde æger in

† In veteri codice pro γνοὺς legitur ἐγγυόυ. id eſt propinquum. Cui lectioni ſuffragatur an. trãſlatio.

† In veteri cod. legitur non ἡμετέρων vt in impreſſis, ſed ἡμερῶν, id eſt diebus.

omnibus præcipienti obtemperet, nihilque ex intemperantia peccet. Postea ij qui adsunt ei nihil erroris committant, vt vel iram ob delicta concitent, vel tristitiam ex intempestiuis nūciis afferant, vel offensam, quòd imperfectius in re administranda se gerant: sed apparatus omnis ante iudicij tempus, prompte statuatur, obsonia pulchre parentur, ministerium rite exhibeatur. Est insuper quartum genus eorum de quibus rationem habendam esse præcipit: nominat autem ipsum vno complexus nomine, exteriora, ac licet multiforme existat, & hoc culpa vacet. Etenim pluuiæ, tonitrua fulgura, vicinorum tumultus, canum latratus, insultus latronum, domus ruina, defluens aqua, fluuius irruens, incendia, ictus, atque eius generis vniuersa, exterioribus attribuuntur. Hæc igitur quatuor genera, quorum partes etiam sunt diuersæ, dum naturæ motibus incidunt, subinde circuituum ordinem destruunt: quoniam vbi quartus dies euidens iudicij signum attulerit, si neque medicus quid peccauerit, neque æger neque ministrorum quisquam, imo si neque extrinsecus error admissus, sit septimo die necessariò futura est. Ex quo innotescit non alium quendam esse qui exa-

cte præſagibit, alium qui rectam victus rationem inſtituet: ſed in eũdẽ vtraq; conuenire neceſſarium, niſi alterũ ab altero corrumpendum ſit. Quòd ſanè peccatũ in victus modo quodlibet (ſic autẽ nomino vniuerſam morbi curationẽ) iudicium impediat, abunde oſtendimus. Quòd autẽ nec victus ratio proba ſine ſtatus morbi & criſis præſagio inſtitui poſsit, in medẽdi Methodo declaratũ eſt. Si igitur hæc mutua opera perpetuo indigent, non alius quiſpiam medicus recte curauerit, alius exacte præſagiet: verũ quicunq; optimus fuerit, is pręſagiet vnà & curabit. Sed de huiuſmodi in aliis commentariis plenius tractamus. Nunc, quod ab initio ſtatueramus, ad id reuertemur. Quartus dies, quũ clarum aliquod iudicium bonũ afferat, ſeptimo die iudicium fore innuit: nullo ex iis, quos retulimus, errore interea commiſſo. At ſiquis contingant, magnitudo eius inſpicienda eſt. Si enim exiguus extiterit, erit etiam ſic iudicium ſeptimanum; verũ bono aliquo iudicio alterũ cõtingit inferius. Dictũ eſt in prioribus, quod perfecte, ſalubriter, ſine periculo, & ſimilia, bonis adſunt iudiciis. Si maius ſit erratum, in ſeptimo die criſim fieri adhuc non permiſerit. Animus itaque diligenter adhibendus eſt hic omnibus, &

offensæ magnitudo signis colligenda. Nã interpretari ipsam non solum difficile, sed prorsus etiam impossibile. Artificiosum vero discipulũ reddere, vt hæc quoque adamussim perdiscat, possibile. Sed huius temporis non est, magis ad speculationem de crisi pertinet. Quare rursus ad sermonis, reliquum redeamus, primã hypothesim in memoriam reuocantes. Quippe positum erat decernendi signũ manifestum & validũ in quarto die morbi acuti, & natura salubris euenisse: deinde nullo errore cõmisso, bonã omnino crisim ad septimũ diem futuram indicari. Si porrò leuis planè contigerit, ita quoq; in septimo euenturã: non tamẽ exacte bonã. Si magnus, vt à septimo in sequentium aliquem recidat, attendendũ esse noxæ magnitudini iubemus: nam exacta huius regula deprehendet clare, an in nonum diem, siue vndecimum crisis delabetur. Itaque morbi qui prorsus sine periculo sunt, ob delicta diuturni esse solẽt: qui incolumitatẽ pollicentur, nõ tamẽ sine periculosis symptomatis, ob errata lethales fiũt. Quinetiam illi qui omni periculo vacant, multis magnisq; deinceps erroribus commissis, in lethalium naturam incidũt: nec mirum esse puto. Quum enim in sanis delicta grandia morborũ lethalium causæ

fiunt

fiunt, quid in ægrotis expectandum est? Proinde iam clarum est, iudicum & decretoriorum dierum sermonem, quẽ Hippocrates nos docuit, non examinari ab alio quodam in apparentium cõsensu posse, quàm qui ex æquo par illi victus instituendi artifex est. Hic enim solus errorum vim disquirit pernoscitque: tum solus offensæ magnitudinem, & diei iudicaturi delapsum intelligere potest. Quemadmodum verò in morbis periculo vacantibus iudicia tantum remorantur, quantam ex peccatis interim noxam ægri acceperint: ita in lethalibus præueniunt. Si enim quum dies quartus in lethali morbo signũ lethale indicarit, in septimum diem mala prædicetur crisis: peccatum verò si non ita exiguum interea temporis contigerit, septimum diem crisis non expectabit: sed interim morbus iudicio malo videlicet finietur. Sed an quinto, vel sexto, tum ex ipsius morbi celeritate, tũ ex offensæ magnitudine, tum ex accessionum figura definietur. Quippe quãdo in imparibus ipsæ fiunt, morbus peracutus est, & peccata nõ admodũ exigua in ipso quarto videlicet, miraculum nõ est in quinto hominem interire. Quãdo in paribus accessiones eueniunt, nec morbus peracutus sit, nec erra-

torum magna offensa, sextū expectat. Huiusmodi autem omnia, indicium & decretoriorum dierum speculationem confundunt: quum pauci medici recte victū præscribant, pauci ægri obtemperēt, pauci suū ministerij munus legitime obeant: pauciores adhuc, quibus nihil externi aduersatū sit. Quapropter medicum tum accurate curādi, tum præsagiendi peritū esse cōuenit. Accurate verò etiam læsionis magnitudinem discernere, vt, & si aliquando iudicij diem prædicat, sed interea temporis offendi ægrum cōtingat, mutare ipse prædictionem possit. Hinc perspicuū euadit, quòd quicunq; animo pusillus, humilisq; fuerit, non solū non singula quæ recensuimus in ægris cognoscere studet, sed ne speculationem ipsam quidē ediscere sustinet.

CAP. XII.

AT generosus aliquis, veriq; amator, um qui labores in optimis quibusq; rebus non refugiat, neque theorematum difficultatem, neque temporis prolixitatem, neq; exercitij laborem veritus, ad cōmemoratorum perfectionem veniet, vt non solum diem firmiter aliquādo possit dicere sed etiam horā ipsam, in qua ægrū quempiam liberari, vel mori necessarium

est

est. Posteaquam enim diē mortis aliquando, verbi gratia, cognoueris, cōsiderandū est inde, in quo potissimum accessionis tēpore æger maxime grauetur. Si etenim statim inuadente ea refrigeretur vehemētius, vt vix ad calorem reduci possit, calor diutissime absit, pulsus exiguus, aut nullus aut malus appareat: motus pigritia, vel etiam somnus veternosus, aut aliud quidpiam, hoc maxime tēpus considerandum est. Quòd si hoc quidē moderatum fuerit, in statu autem vel delirantē, vel cū impetu exilientem vel dissolutum videas, aut febris magnitudinem non tolerantem, sed vehementer inardescentem, vertigine affectum, capite dolētem, corde, hoc est stomacho laborantem, vel id genus aliis, hoc maxime tempus esse suspicari conuenit. Porrò si principio accessionis vigoreque mediocriter eueniētibus, declinatio quædam, animi deliquia, sudores inæquales frigidos, vel circa caput solum, vel ceruicem, vel pectus inferat, pulsus obscuros, exiguosque efficiat, & his similia: hoc non mediocriter tēpus obseruandum est, sciendumque manifesto, in pessimo accessionis tempore hominem moriturum. Atqui si hoc definitum, cognitumque aperte sit, nullum adhuc esse negotium, mortis ho-

ram dicere: quippe quum ſecundus dies, exempli gratia, & quartus vehemētiſsimā acceſsionem afferat, vel primus, tertius, & quintus: ad ſextum diem mors prædicetur. Si verò pars acceſsionis in ipſius inſultu grauiſsima eaq́; ſexta hora apparet, in hac moriturum hominem non eſt operoſum dicere. At hoc† non] dico, vt quis putet nunquam tali ſpeculatione fretum falli poſſe: verùm maiore ex parte veritatem aſſequi nō probabili ſermone, ſed re ipſa oſtendimus. Illud autem noui certo quoſdam, qui optimis inuident, facere. Volunt enim futurum nos ſemper prædicere, licet nullum interim ſignum firmum habeamus: quanquam aruſpicibus auguribusq́; diuinare, coniicereq́ue concedant, quum obſcura vaticinia fuerint. Deinde ſimul quidem obſtrepunt nobis, tanquam maiorem quàm hominibus conueniat ſpeculationem appetentibus: ſimul verò in operibus tam acerbe prædictiones, vt nulla vaticinia inquirunt. Atqui non illos reſpicere, ſed veritatem ipſam, & ſignorum facultates diligenti exercitio pernoſcere oportet: quoniam ſic definire licet tuto prædicere conantem: ſi autem quid obſcurum fuerit: ſequentem diem expectare. Porrò ſi nihil in ipſo firmiter præſagire poſsimus,

† [In Aldi. deeſt οὐ ne gatio quæ habetur in veteri, & anti. etiā trāſlatio, aſtipulatur.

mus, satius est tacere, quàm temere pronunciantem falli. Ego sanè ex tali securitate motus, haud noui me in prædictione longo tempore errasse, & si in primo statim febris initio subinde de tota ipsius natura pronunciauerim, vel tertianam esse hanc inuadentem febrẽ inquiẽs, vel quartanam, vel quotidianã vel harum quidem nullam: † continentẽ] verò & acutam aliquam, quartũ diem non excedentem. Verùm in omni principio futurũ cognoscere non licet, nisi quis adamussim morbi speciem perspectam referat: & hoc ad opus de crisi pertinet. †In græ. est συνεχῆ i. cõtinuã.

CAP. XIII.

ITerum igitur ad institutum reuersi dicamus, siquis primo die acuta febre infestatur, nullum autẽ periculosum signum ipsi adfuerit, sed in vrinis aliqua cõcoctionis nota inuenta fuerit, non extra quartũ diem morbus soluetur. Quinetiam si multa lethalia primo die statim deprehendantur, morietur planè nõ extra quartũ diem. At si acute febricitet, nullũ verò lethale adsit, imò nec aliqua concoctionis nota fieri non potest: vt hic quartanus decedat. Distinguendũ hic rursus est, vtrũ sicut nulla concoctionis nota adest ei, eodem modo neq; tẽporis longi vlla: an præter ꝙ cõcoctio

ctionis indicia desunt, etiam temporis signa adsunt. Si nanque vt concoctionis, ita temporis omnino signa absint, in secundo quaternione morbus statũ accipiet. Quòd si longi temporis indicium adfuerit, excedet omnino secundum quaternionem, hoc est diem septimum. Cæterùm quantũ extendetur, hoc non licet statim ab initio cognoscere, sed in sequentibus diebus distinguetur. Tantum autem iam præterquam vt probam victus rationem præcipias, poteris ex dicta prænotione cognoscere, scilicet tantum alimenti modo conuenire, quantum statu post futuro. Quum enim morbus peracutus est, statim etiam extremos labores habet, in quo tenuissima victus ratione vtendum est. Quũ autem secus est, paulò pleniorem victũ tantum admittere conuenit, quanto morbus extremis mitior clementiorque sit. Extrema statum morbi appellat: siquidem peracutum quoq; morbum extremos labores statim habere dicit, hoc est accessiones & symptomata: id autẽ aliud nihil est quàm morbum vigere. Talẽ iam morbũ à principio statim quòd secundum quaternionem excessurus sit, indicantem secundo & tertio die accuratius intellexeris, in quã tam temporis prolixitatem extendetur. In

quar

quarto vel proxime conieceris futurum ſtatum,& criſim. Nam ſi cruditatis ſigna & temporis nihil mentione dignum referunt, etiam tertio quaternione longius ægritudo extendetur. Enimuerò ſi claram aliquam mutationem faciat, non tamen iam ſignum aliquod concoctionis in primo quaternione appareat, in tertio quaternione criſis expectanda eſt. At ſi crudus adhuc videatur in ſeptimo die,non tamen inſigne quoddam, & magnum temporis indicium habens,ſperandum in quartum quaternionem, hoc eſt,in decimumquartum diem criſim eius extenſum iri:definiendum verò eſt exacte in vndecimo:vt enim quartus ſeptimi, ſic vndecimus decimiquarti index eſt. Vbi verò clarum aliquod & fidum adamuſsim ſignum concoctionis iam antea innotuerit,in decimoquarto iudicium fore ait: obſcurũ ſi eueniat,aliis attendendum eſt.Si nanq; morbus celerem motum obtineat, & aliorum nullum obſtet,forſan etiam decimuſquartus decernet:ſin minus in decimoſeptimo criſis erit. At ſi nihil in vndecimo prorſus ante fuerit indicatum, in decimoquarto indicium eſſe nequit.Conſiderandum hic totius morbi motus aliaque ſymptomata omnia & iudicia,vtrum decimoſeptimo,

vel

vel etiam octauo crisis sperãda sit, an longius progressura. Interdum enim in his quoq; iudicatur, plerunq; vigesimo, interim in vigesimoprimo. Index autẽ amborum est decimusseptimus, & magis vigesimi, decimusoctauus autem vigesimiprimi. Porrò si morbus quispiam mox ab initio non adeo celeriter moueatur, sed velut comburens inuadat, & alia signa longioris temporis adsint, huius statum præsagire in principio nemini licet: verùm quòd non intra decimumquartum diem crisim accipiet, liquido constat: quousque verò extendetur, non constat, sed distinguere oportet prius, an periculosus sit, vel non. Si periculosus est, & præterea vires ægri imbecillæ, mors antequàm in longũ extendatur tempus, præuertet: Si periculo vacat procul omnino crisis est, non enim celeriter iudicari potest nota lõgi temporis index. Quãtum igitur tempus adamussim ei accedet, non modo non primo die, aut secundo aut tertio, sed ne quarto quidem inuenire absolute sperandum, verùm in decretoriorum dierum sequentibus periodis perspicuum est. In secundo quidem quaternione latior est coniectura, in tertio accuratior. Quòd si enim ad septimum vsque diem, cruditatis & temporis indicia

cia vehementiora compareant, ante vigesimum diem crisis esse non potest: Si moderatiora eueniunt, aut permanent æqualia, potest. Itaque si ante vigesimum diem decerni non posse manifesto noueris, idque temporis notis vehementibus, inspice tertium quaternionem: & si adhuc temporis, cruditatisque signa in hoc intendantur, procul à vigesimo die crisim productũ iri spem habeto. Aequalibus signis manentibus, hic quoque post vigesimum venturam dicere licet: diem verò ipsum cognoscere iam non est: tertius autem & quartus quaternio eum indicabit. Si nanq; semper magisque cruditatis signa exoluantur, primo post tertiam septimanam quaternario crisim morbi sperato: si nulla insignis mutatio fiat, in quartam hebdomadem progredietur. Morbi autem, qui ad decimumquartum crudi omnino sunt, & tardius quodammodo mouentur, non citius quadragesimo finiuntur. Post quadragesimum verò dissolui iudicia, & maxime lentis concoctionibus, potius quàm subitis mutationibus morbos solui, & nobis quidem prius dictum est: & aliis omnibus, qui artis opera in obseruatione habent, sic videtur, vt etiam Archigeni. Accidunt aliquando in his quoque

præ

præcipites mutationes, quemadmodum in ægris ab Hippocrate descriptis inuenias. Præsagiendi verò ipsorum methodus hæc est. In summa enim signorum vires cognoscere oportet, sicut Hippocra. etiam præcepit, si quis præsagiendi peritus exacte futurus est. Plerique medici, qui huiusmodi speculationem audent attingere, ad signorum numerum, non potestates respiciunt. Sed hæc in opere de crisi tractantur.

Tempus autem fuerit discordiæ sermonem aggredi, & experientia ac ratione eum explorare. Has siquidem alibi etiam ostendimus omniũ quæ in medicina disquiruntur, esse iudices.

*





CL. GALENI

DE DIEBVS DECRETORIIS, LIBER SECVNDVS,

*

IOANNE GVINTERIO Andernaco interprete.

Quæ in ſecundo libro de diebus decretoriis continentur.

Quòd dierum decretoriorum nonnulli quidē ſunt ſecundum periodos, nonnulli verò concidunt ipſis periodis.

Periodi maiores ſunt & minores.

Periodorum maxima & perfectiſsima eſt quæ tribus ſeptimanis completur vigeſimo die: tardiſsima quæ quaternione: media inter vtranque quæ ſeptimana.

Quòd morborum nonnulli quidem ſimpliciter acuti, aliqui autem vt diuturni, quidam verò horum medij ex decidentia acutorum dicuntur.

CAP. I.

† In græco. impressis deest περὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν quod habetur in veteri.



VANTA sanè † ex diebus decretoriis] medicinę operibus commoditas adueniat, superiori commentario vniuersim ostẽdimus. Cur autem non omnes eodem modo de omnibus scripserint, dictum est hoc quoque antea. At quo pacto nõnulli ipsorum errauerint, alij recte senserint, nondum exposuimus. Hoc itaque primum nunc repetendum, deinde causa explicanda erit, ob quam neque omnium dierum numerus est decretorius, neque decernere nati eandem habent omnes potentiam. Porrò quum vniuersæ medicinæ artis speculationes, aliæ experientia, aliæ ratione, aliæ vtroque inueniantur, probenturq́ue: conabimur hîc quoque ambobus instrumentis erratum deprehendere, rectè scriptum laudare ap-probareq́ue. At quoniam mẽtiri fortè cuipiam videar, si ex ægris à me obseruatis prædictos dies ab vsu commendari tibi persuadere coner: satius esse duco, illos quos Hippocrates, vir vt cæteris fide dignior, ita omnium consensu decernendi peritissimus, animaduertit, sermoni apponere.

CAP.

CAP. II.

ET primum quidem confusum ac indefinitum experimento (cuius & ante memini) ad definita reducam. Dictum est in ipsis, primum vnum certè, dierum puta decretoriorum inquisitionem in omnibus deinceps ægrotis fieri non esse necessariũ: illos tantum numerandos, probandosq́;, in quibus nec ipse medicus, nec æger quid peccauerit, imò nec † præsentes,] aut etiam extrinsecus offensa quæpiam obuenerit. Deinde morborum initia non ex ratione quapiam, sed ex ipsa actione capiẽda, quũ primum æger ipse manifesto sensit morbum sic eum inuadentem, vt præsentem quempiam medicum de hoc consulere desiderarit. Tertium, quum in plures se ordines consequentes dies crisis partita sit, cuius propria dicatur, posse dignoscere. Nisi enim quispiam his definitis experimento decretorios dies disquisiuerit, vehementer errabit, & quidem in experientia ipsa iudicium tale est. Ratione verò quemadmodũ iudicari ipsam experientiam cõuenit, post hæc enarrabo. Naturalem esse conuenit, qui hæc iudicet: & persuasum habere, naturam prorsus sufficere, & summa quadam prouidentia corpori nostro prospicere: itẽ

† *In græc. est* παρα-μένοντες, *id est aßistentes.*

propriis etiam motibus ordinatis, si quid aliud, ita & ipsam vti. Horum quædam ex libris de particularum vsu ratiocinari licet: ostensum enim est ibidem summum naturæ in animali fingendo artificiũ: quędam in conceptuum incremento, perfectione, & partu. Nam cuiusque animantis conceptui suum generis statutum tempus exactè seruatur, natura videlicet ordinatos motus semper habente. Sic etiam post editionem seu partum vnumquodq; animans increscit, absoluitur, & declinat prędefinitis tẽporibus. Iam verò, qui libros perlegerit de facultatibus naturalibus item alios quos particulatim de singulis naturalibus actionibus conscripsimus: persuasum opinor habebit, quantum prouidentiæ simul & ordinationis naturæ motus habeãt. Si iam hæc crediderit, mireturq; artificiũ pariter & ordinem naturæ, recordatus iterum quantum ipsa superetur prouidentia & ordine à cœlestibus: inordinationem quandam, puto, substantiæ nostræ motui connatam tribuet: atque pulchrum omne, quod hic pulchrum sit, atque etiam ordinatum & artificiosum, ex supernis naturæ innasci intelliget: inordinatum, & erraticum ex materia, quę hic versatur, prouenire. Atque hæc primus omnium, quorum me

memoria ad nos peruenit, Græcorũ Hippocrates credidit: post eum philosophorũ præcipui. At nisi sermo in longum proueheretur, demonstrationes forsan, quas dicunt, ad fidem prædictorum dogmatum adduxissem. Verùm hæc præsenti sermoni sufficiunt. Expedit igitur medicũ, qui Hippocratis arte dignus futurus est, si quid aliud, hoc certè persuasum habere experientiam iudicare, naturam, rem quandam esse ordinatam: & quum materiam superauerit, proportionibus quibusdam definitis, & periodis ordinatis motiones ipsius fieri. At quæ pręter rationem incidunt aliquando, ordinemq́; confundunt, tunc ipsi obueniunt, quum non planè materiã vicerit, sed impeditur ab ea, prohiberturq́; suis proportionibus moueri. Hoc enim si tibi persuaseris, ac dein experientiam perdidiceris, septimo die crisim esse tutam simul & perfectam, sine periculo, notabilem, & crebrã: ad hæc ei quæ decimoquarto euenit, assimilem: insuper quartum diem septimi esse indicem, vndecimum verò decimiquarti: subibit statim de septimo considerare quippiam. Vbi enim prima hebdomada bifariam diuisa, quartus sectionem recipiẽs, qualis finis futurus erit, prænuntiat, & secunda similiter, quomodo nõ

quis intelliget ſeptimanam quanque perfectam eſſe periodum? quum medium ab vtroque extremo æquo diſtet, & propterea quoque ad ambo communionem ſimilem obtineat? Nã quartus morbos qui primo die non ceſſarunt, ſoluit: vndecimus rurſum, quos ſeptimus nõ diſcuſsit. Quòd ſi morbus maior ſit, quàm quarto die criſim accipiat, ſolutio ipſius in eodem apparabitur: finis ſeptimo adiicitur. Pari modo, qui ſeptimo non deſierunt, vndecimo die natura ſoluere molitur. Atque ſic in ipſo vel decernit, vel decimoquarto præparat. Ego quidem hic in ſpeculatione ſiſto. Numeri verò ipſi agere nati ſint, an ordinatos motus ſequantur nõ agentes ipſi, verùm ſubſtantias quæ in temporis quodam ſpatio agunt comitantes, philoſophis conſiderandum relinquo. Quum ergo id quis cœperit, quod vtriſque communiter in confeſſo eſt, videlicet cœleſtes ſubſtantias ſemper ſuis motus proportionibus vſas apparere: iam verò & in terrenis animantibus, quando exacta fruuntur valetudine, aliud aliam imprægnationis partus, incrementi, perfectionis, vigoris, inclinationis, & diſſolutionis numeri proportionem poſsidere, crediderit nimirum & decretorios dies numerum ordinatum haber

bere: interim hunc in morbis ex diſpoſitionibus naturæ contrariis cõfundi. Nam ſi, vt ante dixi, ad experientiam deuenerit, ſeptimanas nimiſquam potentes inueniet, proximè his quaterniones: inſpiciet autem dies intercalarios, tertium puta, quintum, ſextum, nonum, qua ratione fiat, vt decernere poſsint. Ad hæc magis inquiret, inueſtigabitque diem ſeptimumdecimum, decimumoctauum vigeſimum, vigeſimumprimum, omnesque deinceps his reſpondentes. Si etenim in vigeſimum diem tres ſeptimanæ finiunt, vt Hippocrates arbitratur, oportet indubiè decimumſeptimũ vigeſimi eſſe indicem: excidere autem è primo dierum decretoriorum ordine, decimumoctauum, & vigeſimũprimum. Porrò ſi integræ hebdomades connumerandæ ſunt, decimuſoctauus vigeſimiprimi index erit: †rationem verò nullam decretoriam] habebunt decimuſſeptimus & vigeſimus dies.

†Mendosè legitur in græc. cod. impreßis λόγον οὐδὲν ἀκρίσιμον, *pro* λόγον οὐδένα τῶν κρισίμων.

CAP. III.

PRimum itaque quomodo experientia hos cõmmẽdet, percenſeamus: deinde ſic ad rationem perueniamus. Cæterùm experientiæ mentionem ab Hippocratis

ſentẽtia ſumemus, auſpicati à primo libro de morbis vulgaribus. Scripſit itaque de morbis, qui ex ſecunda aëris mutatione prouenerunt, hunc in modum. Febres ardentes paucißimæ ortæ ſunt, minimeque his obnoxij, laborarunt. Neque enim ſanguinis profluuium niſi exiguum adeo, idq; paucis accidit, neque deliria, reliqua omnia facilè tulerunt. Criſis conuenienti admodum ordine plurimis his contigit decimoſeptimo die cum remittẽtibus. Dein ad finem tertiæ conſtitutionis exquiſitius adhuc de iis qui decimoſeptimo die iudicati ſunt, ita pronuntiat: Quæ circa iudicia vnde cognoſcimus ſimilia, aut diſsimilia ſunt: quippe fratres duo Epigenis eadẽ ſimul hora febricitare inceperunt, decubuerunt iuxta theatrũ. Natu maioris morbus ſexto, iunioris ſeptimo die iudicatus eſt, remiſit diebus quinque alterum, ſex alterum. Inde eadem vtriſque hora ſimul reuerſus eſt. Poſt vniuerſus morbus vtrique pariter decimoſeptimo die in criſim incidit. At hoc nondum fidei ſatis forſan habet, quò decimumſeptimum diem ordini decretorio annumerandum, aut inde reiiciendum eſſe credamus, quòd duos iudicauerit. Adhibeamus igitur animum iis quæ deinceps dicuntur. Plurimis ſexto die iu-

» dicium de morbo euenit. Remiſsiões eius
» diebus ſex durarunt. A' reditu quinto die
» criſis ſubſecuta eſt. Hoc iam memoratu dignum eſt, ſi & in ſecunda aëris conſtitutione ſeptimodecimo nouit permultos ad iudicium perueniſſe. Item in tertia non ſolum fratres duos, verũ etiam alios cõplures ſexto die criſim ſuſtinuiſſe primũ ait: deinde febrim eos ſex diebus remiſiſſe: poſtea criſim acceſsiſſe die quinto, hoc eſt decimoſeptimo à morbi exordio. Sed his
» ſubiungit: Quibus ſeptimo die criſis adue
» nit, ſeptem quoque diebus remiſsiones ha-
» buerunt. Poſt recidiuam tertio iudicati
» ſunt, hoc eſt hi quoque in vniuerſum de-
» cimoſeptimo. Poſt hæc rurſus: Quibus iu-
» dicium quinto die obuenit, & febris ſe-
» ptem diebus remiſit, deinde reuerſa tri-
» duum eos exercuit, rurſus die vno remiſit,
» altero rediit, & his decimoſeptimo die de
» morbo iudicium cõtigit. Quinetiam alios quoſdam ſexto die criſim paſſos ſcribit, ſex item diebus morbum remiſiſſe, dein reuerſum tribus diebus occupaſſe: poſtea remiſiſſe rurſus die vno, altero ipſius recidiuam accidiſſe, tandem decimoſeptimo ſolutum. Verùm alios quoſdam ſexto die iudicatos eſſe commemorat, ſeptem diebus morbum ceſſaſſe: poſt hoc

repetiſſe, & quarto die, hoc eſt in ſumma decimoſeptimo criſi fuiſſe diſcuſſum. Cæterùm quum non contentus Hippocrates, etſi poſſet oſtendere decimiſeptimi diei fortitudinem in iudicio, intulit huic ſermoni: Nulli ægroto hac ratione recidi- «
uam eſſe factam cognoui. Quare non ſo- «
lum frequenter decernere decimuſſeptimus, ſed etiam firmiter idoneus eſt. Non igitur ex coincidentibus, ſed validis, & primis annumerari debet. Atqui ſi ex illis eſt, proportionem quandam ad decimumquartum ſeruari, rationi eſt conſentaneum. Si itaque coniunctum quaternionem cogitaueris ſalutarem, vt in decimoquarto incipiat, in decimumſeptimum deſinat, habuerimus ſic ſalutarem periodum. Si porrò diſiunxerimus vt decimuſquartus ſecundæ hebdomadæ finis, incipiat autem à decimoquinto tertiam, non ad ſeptimumdecimum ſic, verùm ad decimumoctauum primus tertiæ hebdomadæ quaternio perueniet. Atqui ſi hoc verum eſt, tertia ſeptimana in vigeſimumprimum neceſſariò finiet: quemadmodum ſi etiam decimumſeptimum ſtatuerimus primi in tertia ſeptimana quaternionis finem eſſe, ad vigeſimum diem huius ſeptimanæ finis producetur. Merito igitur Hippocra.
pu

putauit ſicut ſeptimumdecimum experiẽtia inueſtigauit, ita & vigeſimum experientia explorandum. Quum enim decretorius inuentus ſit, maximum decimiſeptimi diei teſtimonium erit. Vbi ex decretoriorum dierum numero deciderit, vel planè à vigeſimoprimo ſuperetur, quæſtionem non exiguam mouebit. Ratio ſiquidem eſſe videtur decimumſeptimum fortiorem decimooctauo: vigeſimum imbecilliorem vigeſimoprimo eſſe. Quapropter poſt illa quæ de ſeptimodecimo in primo libro Epidemion ſcripſit, hunc in
» modum ait: Quibus ſub auribus ipſis pa-
» rotides ortæ ſunt, vigeſimo die criſim
» habuerunt. Deſcendere autem omnibus,
» quibus in pus verſæ non ſunt, verùm ad
» veſicam declinarunt. Atq; de hoc ſatis. Iterum: Quibus ſeptimus dies iudicium attulit, nouem diebus remiſsiones fuerunt: poſt repetitionem morbi quarto die criſis aduenit: in vniuerſum videlicet vigeſimo. Ad hos deinceps addit nonnullos, quibus ſeptimo die criſis apparuit: ſex diebus remiſsiones: mox repetitio morbi, deinde ſeptimo iudicium: ſummatim vigeſimo accidit. Poſtea paululum progreſſus. Sunt,
» ait, qui vndecimo die criſim exceperunt,
» repetitionẽ decimoquarto, criſim abſolu-

te vigeſimo. His deinde ſubnectens. Si ve- « rò, inquit, nonnulli irriguerint in vigeſi- « mo, his iudicium quadrageſimo accedit.

CAPVT IIII.

† In veteri codice, pro ὅρας σύμοι legitur ὁρᾷς οἶμαι. id eſt, vides existimo.

Vides† hic mihi rurſus viri diligẽtiam. Nouit enim ſiquis validis decretoriis, hoc eſt, qui in quaternionibus & ſeptimanis augentur, decimumſeptimum & vigeſimum aſcribat, cogetur, ſtatim & quadrageſimum attribuere: quemadmodum & vigeſimumquartum & trigeſimumprimum, ſi vigeſimum apponat, ſtatim nimirum cogetur decimumquartum, decimumſeptimum & quadrageſimũ adiicere. Quinetiam quadrageſimũ ſiquis valide iudicantibus attribuat, liquet etiam decimumſeptimum, & vigeſimum eſſe annumerandum. Etenim vſq; ad decimumquartum nulla de diebus eſt inter medicos diſſenſio: verùm ſequentium hos ordo totus ab illis confunditur: quia nonnulli non adeò experientiæ mentem, ſed rationi ſoli adhibent: quo factum eſt, vt integras hebdomadas putent eſſe complicandas. Poſtea quum ſic vigeſimum primum fortibus decretoriis adiungant, neceſſe eſt ideo decimumoctauum, quoque, & quadrageſimum

mumſecundum eos aſcribere: hunc quidem vt ſeptimanas ſex complentem: illum vt vigeſimiprimi indicem. Porrò hac ratione decretoriorũ dierum exploratio magnam operam non deſiderat. Si nanque totus dierũ à decimoſeptimo ordo validior appareat, bifariam ſinguli dies fidem habebunt, ex propriis experimentis, & aliorum teſtimonio. At ſi rurſus à decimooctauo numerus frequenter decernere inueniatur, & perfecte, & firmiter: tũ qui ſeptimumdecimum ſequitur, imbecillior apparebit. Quod quum intellexiſſet Hippocrates, omnes omnibus contulit decimumſeptimum (hinc enim diſcordiæ initium inter medicos ſubortum eſt) decimooctauo: vigeſimo, primum & vigeſimum: pari modo vigeſimumquartum vigeſimoquinto: rurſus vigeſimumſeptimum, vigeſimooctauo: & trigeſimumprimum, trigeſimoſecundo: trigeſimumquartum trigeſimoquinto: quadrageſimum, quadrageſimoſecundo. Quem verò ordinem experientia probet, in Epidemiis, hoc eſt, in opere de morbis publice graſſantibus, indicauit, eadem ipſa aſcribens, quæ paulò ante citaui, aliiſque in commentariis. Atque tertiæ conſtitutionis mentionem faciens, hoc fere modo ſcribit: His frequenter vndeci-
mo.

mo die crisis aduenit:sunt quibus vigesimo contigit. Dein ægris nominatim citatis, Herophontẽ ordine tertium post tres aëris status scriptum, decimoseptimo die iudicium accepisse ait. Quartam mortem Philini vxorem vigesimo die oppetiisse. Post hanc Iphicratis vxoris meminit, de qua ad finem totius historiæ hæc verba apponit: "Quadragesimo bilẽ modicã vomuit. octogesimo febris perfecte soluta est. Sextum ordine Cleanactidem in libri huius calce adducit. Octogesimo rigore infestatus est: febris acuta eum prehendit: sudor multus subsecutus: in vrinis, rubrum & læue reside bat, perfecte morbus finitus est. Decimus æger est Clazomenius, quem & ipsum quadragesimo die liberatum per crisim esse scribit. Atqui dies quadragesimus ex secta decimiseptimi est, quemadmodum octogesimus. Conueniebat autem quadragesimumsecundum esse decretorium. Quòd si dierum computatio secũdum septimanas integras fieret, non quadragesimus, verùm quadragesimussecundus, dies decretorius inueniendus erat: sic nõ octogesimus, sed octogesimusquartus. Quare decimiseptimi diei ordinem altero longe fortiorem esse nemo ignorat: non tantum quòd multos in eo crisim accepisse recen-

set

ſet Hippocrates, ſed quòd nec decimioctaui, nec vigeſimiprimi, nec vigeſimiquinti, nec vigeſimioctaui, imo nec trigeſimiſecundi, nec trigeſimiquinti, nec quadrageſimiſecũdi, nec ſexageſimitertii, nec octogeſimiquarti meminit. Nam in tot ægrorum cathalogo, quos partim nominibus propriis adduxit, partim ſumma quadam comprehendit in vnoquoque aëris ſtatu, nullum ex commemoratis diebus decretorium eſſe inuentum, manifeſtam alterius ordinis eminentiam indicat. Quum enim ex hoc ordine multi ſæpe perfecte, firmiter, bene, recte, inueniantur iudicaſſe: ex altero ne vnus quidem in toto primo Epidemion libro, qui tuto decreuerit, nedum perfecte, vel ſalubriter, vt non occidat, inſignem alterius eminentiã eſſe putabimus. An igitur in primo ſic, in tertio aliter ſcriptũ reliquit? Nam & illic ex ſecundo aëris ſtatu ægrotantium mentionem faciens, in ſumma dixit omnes ferè ſuperſtites octogeſimo iudicatos eſſe: & per Iouem nonnullos ipſorum probe & notabiliter, non vt ægrum tertium, quem in libri principio deſcripſit, in Delearcis horto decumbentem. Quid enim ait? Quadraſimo die pituitoſa recrementa, alba & copioſa deiecit: largiter ſudauit: in totũ, abſo lutè

Petri franc. Gocci medici

lutè morbus finitus est. Quosdam verò, qui in longum nimis morbum inciderant similiter & ipsos ratione vigesimi diei sæpius aucti crisim accepisse: quemadmodū nonum ægrum ex aëris intemperie Heropython centesimo & vigesimo die de morbo iudicium perfectū habuisse refert Hippocrates. Sic aliquos vigesimo quarto die, & vigesimoseptimo, item trigesimo quarto leuatos esse bene simul & tuto & perfectę memoriæ prodidit. In vigesimoquarto sanè decimum ex aëris statu ægrotum hoc fere modo scribit: Vigesimoquarto die vrinam misit copiosam, albam, in qua multum subsidebat. Sudores calidi è corpore ‹‹
toto manabant: vnde febris discussa est. ‹‹
Ab. vigesimoseptimo die puellam in Abderis & ipsam sudore largo prorsus febre liberatam esse refert. Hanc autem post aëris intemperiem ægrotasse septimam commemorat. Porrò trigesimoquarto die octauum ex aëris statu ægrum Anaxionem sudore quoque ipsum febre prorsus leuatum fuisse percenset, fidamque ei crisim obtigisse. Cæterum nullus hoc libro in altero quodam decretoriorum dierum ordine crisim accepit. verùm Delearcis vxorem in vigesimoprimo decessisse commemorat: nec vllum in aliquo die, qui in decimi-

octa.

octaui secta continetur, superstitem mansisse. Dicitur itaq; secundo significatu, vti prius interpretati sumas, non solum superstes, verùm mortuus etiam crisim accepisse. Sed, vt retuli, non modo in eis diebus nemo seruatus est, sed ne mortuus quidem, si Delearcis vxorem excipias. In altero ordine complures seruati: quanuis nonnulli etiam vita defuncti: quemadmodum mulier, quæ in Cyzeco binã fœmininam prolem peperit, decimoseptimo die periit. Adolescens autem in Libya, omniũ postremus ab Hippocrate citatus vigesimoquarto interiit. At Hermocrates, tertius à principio vigesimoseptimo die fatis concessit. Apollonius autem in Abderis decumbens, decimustertius ex aëris intemperie ægrotus scriptus, trigesimoprimo periit. Vt igitur septimo die & vigesimo complures interire vidit: quippe quum dies ij qui validam virtutem habent, non modo seruent, sed etiam interimant interim: sic vnumquenque eorum quos recensui, conspexit nunc seruantem aliquos, nunc occidentem. Iam verò secundum ex aëris circunflui statu ægrum octogesimo interiisse ait, & primum centesimo vigesimo: sicut arbitror, ex prima aëris intemperie laborantem, decimoquarto die

mortuum eſſe. Tres autem ante ipſum ſeptimo die periiſſe. Quid opus eſt multis verbis? Nullum enim nec in primo, nec tertio Epidemion libro, vel ſuperſtitem, vel mortuum in ordine dierum, qui à decimooctauo numerantur, inuenias. Sed omnes iudicati ſunt in diebus, quos vniuerſus medicorum chorus decretorios eſſe conſentit, nempe iis qui à primo ad decimumſeptimum aſcendunt. Porrò qui decimumſeptimum exceſſerunt, illorum vnus tantum vigeſimoprimo interiit. Proinde hæc ſufficiunt ad demonſtrandum Hippocratem non ratione quadam perſuaſum, vt decimumſeptimum decretorium eſſe ſtatueret, vigeſimo autem primo efficaciam adimeret: ſed vſu & experientia doctum, cauſam inquiſiuiſſe. At quoniam ſecundus, quartus, & ſextus Epidemion liber vel ipſius Hippocratis eſt, vel eius filij Theſſali: pauca etiam inde ſumemus. Inueniemus ſiquidem & hic in ſecundo, vigeſimum & quadrageſimum, decretorios eſſe ab illo poſitos: ſed nec vigeſimumprimum, nec alium quemuis ei reſpondentem. In quarto, † omnium ſic morborum mentionem facit, raro videlicet ad vigeſimum perueniſſe, exceſsiſſe autem ſemel vigeſimumquartum. Vnde

† *In græ. impreßis est ἐπιδημιῶν id est vulgariũ. in veteri codice habetur ὀξέων, id est, acutorũ & ita videtur legiße ant. interpres.*

iam

iam vigesimumprimum,& quartum iudicasse de morbis licet intelligere: non tamen alterius ordinis quenquam. Quinetiam in sexto Epidemion paucos tum ægros, tum aëris status commemorat: neque hic quẽquam in alterius sectæ diebus iudicatum esse nouit. Si iam & quinti libri meminisse conuenit, cuiuscũq; fuerit, hic etiam quinquaginta sunt vniuersi ægri: nullus autem ipsorum vel decimooctauo, vel vigesimoprimo, vel vt summatim dicam, in alio quodam huius generis die iudicatus fuit. Quum igitur ipsa experientia decimumseptimum & vigesimum diem, insuper qui ipsis respondent vniuersos decretoriis apponat exacte, nonnulli medici qui non adeò euidentibus animum aduertunt, ad perfectæ hebdomadis numerum, tanquam ad faciliorem viam deuenerunt. Deinde quum etiam iudicatum aliquem in vigesimoprimo conspexerint, multo sanè magis opinionem suam confirmarunt.

CAPVT V.

ETenim vt discernas cuiusnã diei propriũ sit iudiciũ, quũ in plures partitũ fuerit, distinctione opus est queãdmodum

in ſuperiore libro demonſtratum eſt. Contingit autem morbis inueteraſcentibus & iudicia perturbationis vehementiam, & immutationis breuitatem remittere, & ad duos ſæpe dies vel tres extendi. Promptum eſt igitur in hoc criſim cuicunque ex tribus diebus volueris attribuere. Multi ſiquidem medicorum ne vel numerare poſt decimumquartum dignantur, quot iam diebus æger decumbant, præſertim ſi dum febris ſoluta interea eſſe videatur, denuo repetat. Nonnulli verò, etſi numerauerint, iudiciorũ in plures dies partitionem indiſtinctè & temere cui dierum volunt, annumerant. Quapropter Hippocrates etiam aliquando ſeptimum, vel vndecimum, vel decimumquartum de morbis iudicaſſe tradit, interim vigeſimum, vel quadrageſimum, vel alium quempiam: quemadmodum in prima & ſecunda conſtitutione primi Epidemion. In prma enim ait: Quibus breuiſsimi morbi fuerint, iis «
vigeſimus: plurimis quadrageſimus: non «
paucis octogeſimus criſim attulit. In ſecunda conſtitutione. Sunt quibus vigeſimus dies decretorius extitit, verùm paucis, quibusq; breuiſsimi morbi fuerint. In tertia. Sanguis fluere in vigeſimo quarto modice cœpit, & abſceſſus in ſanguinis fluo

» fluorem per crisim versi sunt Antiphonti
» Critobulo. Iudicium is quietemque mor-
» bi quadragesimo die perfecte consecutus
» est. Sed horum ab initio statim non meminiquum ex primo Epidemion quoque apponerem, melius esse ratus omnes dies, qui exacte soli de morbis decernere visi sunt, prius exponere. Huius rei gratia nec in ipsius vsquam commentariis in totum scriptum est, circa quintum, vel septimũ, vel nonum iudicatus est: verùm simpliciter vel quinta, vel septima, vel nona die: subito enim & vniuersim hi iudicãt. Quãto autem vlterius morbi excesserint, diuturnioresque facti fuerint, perturbatio sanè, quæ præcipitem immutationem præcedit, conquiescit. Iudicia verò paulatim venientia duos aut tres dies in totum occupant. Sicut enim plurimi longi affectus, neque cum excretione dissolui consueuerunt, sed vel abscessu, vel concoctione: ita nec quum manifestis excretionibus, vel abscessibus ipsorum solutio cõtigerit, vno duntaxat die perficitur. Vnde medicorum quidam diuturnos morbos nequaquàm iudicari inquiunt. Non siquidem solutionem sermone absoluto crisim esse, sed vel subitam, vel quæ ipsam præcedit commotionem. Verùm quòd iudicii signifi-

catum non exacte disquisitum perpetuo seruatur, sed solutionem ipsam tantum quomodocunque fiat, complures medici iudicium appellant, ex ipsis Hippocratis libris discere cuiuis est integrum, maxime verò ex his quæ veteres alii pertractant. Sic igitur & Diocles primum diem decretoriis annumerat, manifesto indicãs, nihil se aliud iudicium, quàm morbi solutionem nominare. Fiet autem perspicuum ex ipsius verbis, quæ hunc in modum habent: Quarum febrium causæ, neque in ipso corpore vacuatæ ac imminutæ dissol- uuntur, neque exiccantur, neque subito crudæ educuntur, temporum verò periodis quibusdam coctæ apparent, per summa quidem extantes nocte & die iudicantur. Nam paucissimo tempore causæ ipsarum discutiuntur: quippe putrescẽtes & in pus conuersæ: ad hæc lac & caro omnis absoluta, breuiter omnia quæ in corpore tum fiunt, tum mouentur, & speciatim immutantur, in hoc tempore primum apparent. Atque hæc Diocles. Hippocrates autem non semel neque bis, sed frequenter admodum in primo Epidemion, & potissimum in tertio morbi solutionem crisim vocat, nulla neque excretione, neque abscessu euidenter prægresso. Non tamen

men huius gratia putãdum est diuturniores morbos sine quauis manifesta excretione iudicari: quemadmodum neq; plures dies necessario assumere. Itaque octogesimo crisim quendam accepisse, in tertio De morbis popularibus Hippocrates commemorat, aitque rigore ipsum fuisse correptum, acuteque febricitasse, & sudasse largiter. Apposui autem paulò ante sententiam, quum Cleantidæ in tertio Epidemion † ex hoc ordine scripti mentionem facerem. Inuenias autem alios quoque ægros hoc sermone iam mihi citatos, item quos nequaquam apposui iudicatos euidenter die vno per excretionem in procedente diuturnoque morbo. His igitur maximè aduertendum est, vt quæ dierum decretoriorum ordinem exactè doceant. Si enim Cleantides hic octogesimo quum totius corporis concussione, hoc est rigore, fuisset infestatus, acuteque febricitasset, per sudorem iudicatus est, liquet vigesimi numerum non mediocrem quandam potentiam obtinere. Hoc enim multiplicato octogesimum, sicut & quadragesimum & sexagesimum, ad hæc centesimum † vigesimum fieri cõtigit. Reperies autem alios ægros, qui decimumquartum egreßi, per excretionẽ in

† *In græ. impreſ. mẽdose legitur* ἐκτου *pro* ἑκτου. *i. sexti, vt habet vetus codex & anti. trãslatio.*

† *In veteri codi. hic addi.* καὶ τὴν ἑκατοστήν.

Epidemion libris iudicatos fuisse: quorũ nonnullos iam protulimus, qui subitam fieri crisim vltra quadragesimum non putantes arguunt, etiam decretoriorum dierum ordinem ostendunt. Quòd etenim paulatim morbi diuturni per certamẽ cõmotionemq́ue desinunt quiescuntq́;, pulchre dictum est: at nunquam subitã eorum mutationem vno die fieri, nondum recte declaratum est. Quum enim rigor vehemens simul cum accesione omnino non factus inuadat, & febris acutissima, †calidissima, & toleratu difficilis accedat, sudorq́ue copiosus è corpore manarit, febre hominem prorsus liberans, si quis hoc crisim non esse dicet, manifeste contentiosus est. Ego sanè id genus hominibus contradicere diffusius non consueui, sed illud quod accidit magis cognoscendum esse mihi proposui. Hoc enim nobis obseruantibus plerunque apparuit, & in ægris ab Hippocrate scriptis inuenire licet, huiusmodi morborum longiorum solutiones non, quum deinceps nulla ex parte intersecãtur, incidere: verùm vbi soluti esse videntur, iterum† secundo recidiuam incipiant. Cõtingit autem sæpe in diebus quibusdam decretoriis particulares recidiuas incipere, & quum numerum aliquem de-

id est & centesimũ. Cui lectio ni astipulatur ant. trãslatio.

†In veteri codi. ad ditur καὶ σφοδρότατος καὶ, id est & vehementissima &.

†In veteri codi. pro δευτέρας legitur ἑτέρας .i. alteram.

cretoriorū excesserint, denuo in alio quodam iudicari. Hac ratione omnes acuti particulares fiunt: postquam verò omnes coierint, diuturni. Interdū interualla ipsorum [numero cuidam decretorio † ascribuntur,] veluti si quis vndecimo die iudicatus imperfecte, decimo morbi recidiuā patiatur: deinde vigesimo rursum die iudicato parum integre, recidiua vigesimoseptimo adueniat: inde postea acute ægrotans, quadragesimo iterum iudicetur. Hęc igitur quisque in ægris ipse videbit, qui diligenter eis asidere voluerit. *ad hæc in ægrotis ab Hippocrate citatis contempletur.] Porrò quòd decimusseptimus decimooctauo, & vigesimoprimo vigesimus fortior sit æstimādus, per Hippocratis experimenta demonstratum est. Si autē mea quoq; deinceps recensuerim, longior quidem sermo erit, cæterum fidei nihil magis habebit. Si etenim quispiam & ipse quę ægris accidunt, obseruare velit, & ab Hippocrate dictis credere, is nihil adhuc nostra experientia indigebit. At si vel sophismata euidenter apparētibus digniora esse quibus credatur existimet, vel Hippocratis dictorum nullam rationem curamque habet, talis non modo nihilo plus frugis ex nostra narratione reportabit, sed etiam

† In veteri cod. legitur nō ἐπιγράφεται vt in impreßis, sed περιγράφεται, adeò vt legendū sit: numero quodam dierum decretoriorū circunscribūtur.

** In veteri cod. legitur καὶ μὴ πιστεύειν τοῖς ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένοις. i. & ijs quæ ab Hippocrate dicta sunt minimè*

fidem adhibere. irridere ipſam conabitur. Huiuſmodi verò frequẽter dixi deſpiciendos eſſe. Si verò veritatis ſtudioſus quis exiſtat, ſophiſtarum nugis relictis ad experientiam ipſe veniens, quum octoginta vel mille ægros conſpexerit, hunc indubie noui non alia de diebus decretoriis pronunciaturum, quàm Hippocrates indicauit.

CAP. VI.

QVum enim horum dierũ tum vſus, tum natura duplex ſit, Hippocrates quoque duplicem eorum diſciplinam inſtituit: in Aphoriſmis quidem & prognoſtico eorum quæ ſecundum quaterniones & hebdomadas inuicem complexi ſunt, mentionem faciens: in primo autem Epidemion non horum modo, ſed etiam aliorum omnium coincidẽtium. Quorũ cauſam coincidentiæ in ſequentibus dicturi ſumus: nunc autem quòd & natura & vſu inter ſe mutuo differunt, oſtenſuri. Natura ſanè, quòd omnibus pulchre euenientibus ad quaternionis circuitus iudicia omnino perueniũt: erratis autem quibuſdã in coincidentes recidunt. Vſu quòd ad futuræ criſis cognitionem quaternionis circuitus ſufficit. Cæterùm ad iam factam

criſim

crisim indicandam omnibus velut semper cognitis: verbi gratia, tutiorem esse crisim quæ nono, quàm quæ octauo die accidit: minus fidam quæ octauo, quàm quæ nono contingit, arbitramur. Proinde fides iudicii vel fallacia, hoc est certitudo vel incertitudo, ad bonam victus rationem iudicatis morbo præscribendam conducit. Prænoscere verò quando potissimum accidet, ad nondum iudicatos necessarium est. Dicetur itaque in procedente sermone de hoc etiam nonnihil: sed vniuersus sermo ex curãdi methodo pendet. At nunc de decretoriorum dierum vsu nisi obiter dicemus, sed omnem eorum potentiam interpretari festinamus. Satis est ideo ad præsentem disputationem, si Hippocratis verba commemorans, ad sequentia iam descendam. In prognostico
» sanè hoc modo scribit: Febres, siue sanus
» ab his quis euadat, siue pereat, æquali die-
» rum numero finiuntur. Vt enim saluberri-
» mæ febres, quæ videlicet tutissimis fulciũ-
» tur notis, die quarto vel antea quiescere
» solent: ita pessimæ quæque, & quibus pe-
» riculosissima signa adsunt, die quarto, vel
» citius interficiunt. Primus itaq; earum in-
» sultus ita finitur, secundus quaternio in se-
» ptimũ diẽ producit, tertius in vndecimũ,

quar

quartus in decimumquartum, quintus in «
decimumſeptimum, ſextus in vigeſimum. «
Igitur acceſsiones ipſæ ex acutiſsimis mor «
bis per quatuor in viginti auctæ finiun- «
tur. Verùm huiuſcemodi ſupputatio per «
dies integros nimirum fieri non poteſt: «
quippe quum nec annus, nec menſes ipſi «
integris numerentur diebus. Deinde eadẽ «
ratione atque additione primus circuitus «
ad quatuor & triginta, alter ad quadragin- «
ta, tertius ad ſexaginta dies perueniet. Hęc «
quidẽ ex prognoſtico verba ſunt. In Apho-
riſmis quum prædixiſſet acutos morbos in
quatuordecim diebus finiri, mox infert:
Septimorum quartus index eſt: alterius ſe- «
ptimanæ, octauus initium: contemplato- «
rius autem rurſum vndecimus: hic enim «
quartus ſecundæ ſeptimanæ. Contempla- «
torius iterum decimuſſeptimus: hic enim «
quartus eſt à decimoquarto, ſeptimus au- «
tem ab vndecimo. Atque in his duobus «
commentariis omnes dierum decretorio-
rum circuitus hebdomadis & quaternio-
nibus adſcribit. At in primo Epidemion
omnium deinceps meminit hiſce verbis:
Eſt autem primus decretorius circuituum «
qui paribus diebus decernunt, quartus, ſe- «
xtus, decimus, decimuſquartus, decimus- «
octauus, vigeſimus, vigeſimuſquartus, vi- «
geſi

» gesimusoctauus, trigesimus, trigesimus
» quartus, quadragesimus, sexagesimus, octo
» gesimus, centesimus, cētesimusuigesimus.
» Eorum qui imparibus circuitibus iudicant
» primus est tertius, quintus, septimus, no-
» nus, vndecimus, decimusseptimus, vigesi-
» musprimus, vigesimusseptimus, trigesi-
musprimus. Hippocrates igitur omnes hoc sermone decretorios dies manifesto comprehendit. Recordationi siquidem ac memoriæ præparatio hæc cōuenit. Demonstratum autem sępenumero nobis est Epidemiorū libros prognostico prius & Aphorismis scriptos esse, quòd memoriam rerū prius obseruatarum suggerant. Itaque in hoc commētario omnes decretorios dies ordine conscripsit: In illis, eos tantum qui maximam virtutem habent, & naturæ suæ ratione perfecti sunt (sicut in sequentibus ostendetur) insuper quoq; nō mediocrem vsum ad futuri status, tum iudicii prænotionem exhibent. Cur igitur Hippocrates non vnam in omnibus libris decretoriorum dierum disciplinam tradiderit, plane iam ostensum est. Nec obscurum cur aliis medicis de hisce diebus controuersia suscepta sit. Alii etenim quòd duplex eorum natura sit, non planè cogitarunt: alii nequaquam obseruarunt, sed rationi to-

tum conceſſere. Nonnulli vſu ipſos deprehendere conati ſunt: verùm duplici nomine decepti ſunt: vel quòd nihil omnino ante experientiam definierint: vel inconſultius ſententiam protulerint.

CAP. VII.

PORrò nobis quæ diſtinguenda veniant ante experimenta, dictum eſt: item de diebus decretoriis ferre iudicium non properandum eſſe, donec in multis ægris permultis annis accurate quis obſeruauerit. Nam præter alia, etiam annalium conſtitutionum permultæ quædam differentiæ ſunt: quoniam in tota æſtate interim plures, quàm † tercentos] homines acute ægrotantes vniuerſos vel ſeptimo, vel nono die criſim habuiſſe conſpexi: in alio rurſus anno quoſdam decimoquarto, quoſdam vigeſimo, plurimos poſt morbi reuerſionem: in alio permultos ſanguinis fluore quinto, perfecte ſeptimo vel nono die. Vidi etiam in autumno aliquando omnes vndecimo iudicatos: ſed hoc quidem bonam criſim attulit: in alio autem autumno omnibus ſexto die inſalubre iudiciū accidit. Quapropter etiam magis ſubit mihi mira-

† In veteri cod. legitur nō τετρακοσίους i. quadringentos, vt eſt in impreſſis, & in anti. trāſlatione, ſed τριακοσίους, vt hic vertit interpretes.

ri eos,qui planè nullum in diebus discrimen, verùm eiusdem omnes dignitatis esse arbitrantur. Toti siquidem status frequenter vel æstiuorum, vel autumnalium morborum vnã iudiciorum speciem obtinent: quemadmodum in his,quos Hippocrates conscripsit, manifestum est. In quibus siquis non omnino segnis est,interdum sanè alium decretoriorum dierum, sæpius iudicantem videbit, quàm alium:non tamẽ octauum,duodecimum, aut decimumsextum, aut huius notæ aliquem. Apparent igitur sophistæ in vtrisq;, quæ vniuersam medicinam cõstituerunt, errare,experientia nempe & ratione. Neque enim in quibus experientiæ vsus est, ipsam expectant, sed vt cuique in mentem venerit, nugantur: neque euidenter apparentium causas inueniunt. Huius rei gratia alius ex eis nec decretorium diem, nec omnino iudicium esse confirmat: alius iudicium esse quoddam, non tamen dies decretorios concedit, tanquam ratione magis, quàm experientia decretorios dies & iudicia inuenire conueniat: vel quasi peiores existant, qui per experientiam vtraque se didicisse confitentur. Nobis sanè,qui post Herophilum, Xenophontem, Asclepiadem nati sumus,for-

ſam in viros illos vel inuidia, vel conten-tio quædam eſſe poſsit. Quæſo vnde nam in mentem venit ei qui accurate ipſos per experientiam inuenerit, vt Epidemiorum libri teſtantur, vt prænoſceret Sophiſtas tales quoſdam † in poſterum futuros?] quũ nulli his ſimiles Hippocratis temporibus extiterint, verùm ſinguli pro viribus artẽ iuuare, inuenireq; aliquid, non deprauare recte inuenta ſtuderent. Quinetiam medicos, qui ab experientia Empirici nominantur, videre licet tanquam communes quoſdam omnium dogmaticorũ hoſtes, inquirentes quod mentiantur, non tamen aut decretorios dies aut iudicia tollentes, ſed veluti & aliud quippiam maxime euidens, hæc quoque ambo ſtatuentes. Satis mihi iam eſt ſophiſtarum nugantium.

† *Mendoſe legitur in græcè impreſ.* θεάσασθαι *pro* γενήσασθαι, *&* ἐξ ἑτέρου, *pro* ἐξ ὑστέρου.

CAP. VIII.

QVin magis ad dictorum cohæren-tiam denuo reuertor, prius vniuerſis quæ prædiximus, in ſummam vnam redactis. Decretorius itaque fortiſsimus omnium eſt dies ſeptimus, prænunciat eum dies quartus, hæc duo habens, vt decretorius minor ſit, & ſeptimi index. Deinde vndecimus & decimuſquartus eandẽ pro-

por

portionem & naturam inuicem conseruã-tes, quam cum septimo quartus. Deinde frequenter quidem decimusseptimus ad vigesimum: raro autem decimusoctauus ad vigesimumprimum eandem rationem habet, quam cum septimo quartus, & vndecimus cum decimoquarto. Hi ergo, vt Hippocrates dixit, per quatuor aucti ad viginti perueniunt. Coincidunt eis nonus, quintus, & tertius. Plurimos quidem nonus iudicat: secundam vim obtinet quintus, & post hunc tertius. De sexto prius diximus, vt malo decretorio. Decimustertius certè omniũ decretoriorũ imbecillimus, omnium verò qui non decernunt fortissimus tanquam in medio quodam virtutis vtrorumque situs. Vehementissimæ itaque sunt crises, sicut etiam antea diximus, quæ ad decimumquartum diem veniunt: minus his, quæ ad vigesimum vsque pertingunt: inde ad quadragesimum productæ, adhuc etiam minus vehementes euadunt, in illo perfectè soluuntur.

CAP. IX.

PRoportio autem dierum decretoriorum perpetuo seruatur. Vt enim decimusquartus & secũdæ septimanæ finis est,

& tertiæ principium, ita trigeſimuſquartus quintæ terminus eſt ſimul,& ſextæ initium. Quare tres ſeptimanæ viginti diebus ſemper deſcribuntur: ideoq́ue ſexageſimus, vti prius declaratum eſt, non ſexageſimuſtertius decretorius fiet. Pari modo octogeſimus,& † centeſimus,] & centeſimuſuigeſimus. Vt enim iudiciorum vehementia paulatim procedente tempore diſſoluitur, ita & imbecilles decretorios obſcurari planè accidit: ſolos autem ſemper perſiſtere, qui perfectum decretoriorum numerorum circuitum deſcribunt. Conuenit autem, vt per experientiam licet condiſcere, primum circuitum perfectũ eſſe, qui viginti diebus conſtat. Si enim ſemper per coniugationem ſeptimi numerus procedat, vt in primis duobus habet, eſſet hac quoque ratione hic ſeptimus perfectus primus circuitus. Quoniam verò ſecundus *primo coniunctus eſt,] & tertius ſecundo cohæret, liquet proportionem quæ ab initio ſtatuebatur, non adhuc poſt decimumquartum diem conſeruari. Attamen poſt vigeſimum diem idem circuituum ordo perpetuo conſiſtit. Reſpondebit ergo trigeſimuſquartus decimoquarto, quippe qui ex duabus ſeptimanis diſiũctis fiat: & quadrageſimus vigeſimo, vt qui tertia

† *In græ. cod. impreſſi. non habetur, ſed in codice manuſcripto: cui aſtipulatur anti. trãſlatio.*

* *In græc. eſt τ̃ πρώτης διεζευγμένη. id eſt à primo ſeiunctus eſt.*

hebdomadem coniunctam expleat. Quare hoc ipſum Hippocrates nos docens in Prognoſtico, vbi de vigeſimo die verba fecerit, deinceps inquit: Poſt hos eadem ratione, †eodemq; decoro] primus ad viginti quatuor dies peruenit. Primum enim dixit trigeſimumquartum poſt vigeſimum vt circuitum, non vt diem decretorium: quoniã† trigeſimusquartus & trigeſimuſ ſeptimus] poſt vigeſimum eſt decretorius. Sed quoniam de minoribus periodis (ſunt autem quaterniones,) abundè ſatis docuit, ad hæc ſeptimanas ipſas expoſuit, reliquos ſtatim duos circuitus voluit ſimul diſcipli næ cauſa adiicere, nempe & ex duabus ſeptimanis compoſitum, & illum qui tribus conſtat. Verùm qui duas continet, veluti imperfectum quendã: qui tres, exactè perfectum. Siquidem iam quadrageſimum, ſexageſimum, octogeſimum, † & centeſimum vigeſimum ex vigeſimo ſæpius aucto fieri contigit. Hoc igitur ipſum & non aliud perfecti circuitus eſt indicium: vel compoſiti ſemper, & ſæpius in ſe aucti, quòd alium non magis requirat. Atqui nec vnus eorum qui vigeſimum præcedũt, hoc obtinet: nam ſeptimus ſi per ſe ſemper auctus ſit, ad vigeſimũprimum, vigeſimumoctauum, & trigeſimumquintum, & qua-

† καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν πρόσθεσιν id eſt, & eadẽ additione habet vetus codex, cui anti. trãſlatio aſtipulatur.

† Græ. codex habet quartus & vigeſimuſprimus.

† In vete. cod. hic additur καὶ τὴν ἑκατοστὴν. id eſt & centeſimum.

dragesimumsecũdum excideret: decimusquartus pari modo vigesimumoctauum faceret, & quadragesimumsecundũ: quanquam & hic quaternio, eius compositionem si in se faceret, octauum, duodecimũ, &† decimumquintum] fortes decretorios efficeret. Quapropter ipse quartus nec periodus quidem euidenter est, sed vt periodi dimidium: etenim septimana dupliciter diuisa, quartus sectionem accipiens, primi quaternionis terminus est, secundi initium. Forsan quis septimanã hanc perfectum circuitum esse putauerit. Non enim in hac septimum diem secundæ septimanæ initium esse contingit: sic enim ad decimumquartum terminus eius perueniret. Sed quum rursus decimusquartus terminus simul secundæ septimanæ, & tertiæ principium sit, non adhuc perfectus circuitus septimana sic fuerit: bis enim seipsum multiplicauit, tertio non potuit. Atqui si propter duas priores hebdomadas ex disiunctione factas, integrum quẽdam circuitum putare septimanam conuenit, propter tertiam verò coniunctam, non etiam integrum, vel omnino in dubitationem sermonem incidere necesse est, vel septimanam primum quendam ordine, & simplicem circuitum putandam esse: qui

† In vete. græc. cod. & in ant. translatione est decimussextus.

qui verò ex† vigintiocto] diebus componitur, secundum simul & compositum & perfectum.

† *In vete. græc. cod. & in ant. translatione legitur viginti.*

CAP. X.

MOnet iam hic sermo nos considerare quis horum dierum de acutis morbis decernat. Quum enim Hippocrates in Aphorismis acutos morbos in quatuordecim diebus decerni dicat, magnam inde nugandi occasionem Sophistæ arripuerunt. Atqui sine illorum nugis omnibus & iudicia omnia præsagire, & iam facta explorare potes. Nam si morbum, exempli gratia, vigesimo die iudicandum esse præsagiens, victus rationem ei congruam instituas, magnum ægro præsidium afferes. Licebit autem tibi & acutum, & diuturnum ipsum vocare, quum nulla vel commoditas, vel offensa ex appellatione ęgro adueniat. Fingamus enim acutum huiusmodi morbum vocari, omnibus quæ ad victum ægri pertinent, rectè administratis: quid inde peius vel melius erit? Rursus diuturnum ipsum, si placet, appella, vt nihil ex hoc vel iuuari, vel offendi ægrum intelligas. Quemadmodū igitur & in permultis aliis Sophistę de no-

minibus contendentes diſſentiunt, & diſcentium tempus conterunt, ſic quoque in acutorum, longorumq; morborum diſtinctione. Nam ſi verum fateri oportet non duæ tantum morborum differentiæ, ſed permultæ admodum putandæ ſunt. Siquidem quartana febris in tot annos incidit, quot alia diebus iudicata eſt, ad hæc alius quidam morbus in menſes multos durauit. Hæc igitur prima differentia triplex: partim enim morbi diebus, partim menſibus, partim annis totis iudicantur. Membratim rurſus in morbis, qui ad menſes perueniunt, non ſimile exiſtit, duorum videlicet menſium, vel ſeptem ſolutionem fieri. Ita quum dierum vel annorum numero morbi ſoluuntur, permagnum diſcrimen exiſtit. Quid enim ſimilitudinis vel tertio, vel vigeſimo die iudicium ſubiiſſe, itidem vigeſimo, vel quadrageſimo? Iam verò ſi naturalem ipſorum differentiã inuenire moliaris, quot dierum decretoriorum circuitus ſunt, tot quoque morbi ſtatuendi erunt. Itaque ſi alterius naturæ eſſe dicas, quemadmodum ſanè eſt, non poſſe primum quaternionem ſuperare alterius ſeptimum†non excedere,] ita & vndecimi, decimiquarti, decimiſeptimi, vigeſimi, omniumque deinceps decreto-

† In vete. græc. cod. legitur nõ μὴ προβαῖνον, vt in impreßis, ſed ὑπερβαῖνον abſq; negatiõe.

rio

riorum proprius cuiusque morbus existimandus est.

CAP. XI.

PRæstat tamen doctrinæ gratia maioribus eos terminis comprehendere, ne plurimi fiant: verùm ita magnis rursus, ne multum differentes inter se mutuo collocentur. Vnde nec eos laudo qui duas vniuersas morborum species ponunt, neque vtranque deinde diuidunt: nec illos, qui tot esse dicunt, quot dierum decretoriorum circuitus. Quæ igitur præstantissima disciplina fuerit, maximeq; artis vsui idonea? puta si quis sophistarum medicorum accuratè medicinã tractare conetur, sublimi illa sede relicta, in qua magni regis cuiuspiam instar sedens adolescentes remoratur, hunc satis noui ex ipsa re vtilitatem edoctum iri. Sicut igitur & Hippocrates in omnibus admirandus, ab ipsis euidẽtibus sermonem capiens hæc aliquando scribit: Vbi peracutus morbus est, statim etiam labores extremi adsunt, & longè tenuissimo victu vtendum est. Interdum ita scribit: Acuti morbi quatuordecim diebus finiuntur. Deinde rursus: Hi ergo per quatuor aucti ad viginti perueniunt. Iterum postea: Spirandi facilitas maximã vim ad

ſalutem habere exiſtimanda eſt in omni- ‹‹
bus morbis acutis, quibus febris copula- ‹‹
tur, quique quadraginta diebus finiunt. ‹‹
Quinetiam ſexageſimi, octogeſimi, & centeſimiuigeſimi rurſus meminit. Atque his denuo relictis, ęſtatis morbos hyeme ſolui ait: hybernos, æſtate, quin & hoc modo inquit: Plurimi puerorum affectus diebus ‹‹
quadraginta finiunt: quidam ſeptem mē- ‹‹
ſibus, aliqui ſeptem annis, nonnulli ad pu- ‹‹
bertatem vſque perueniunt. Hæ omnes ad ‹‹
diſciplinam ſimul clariorem, & ægrorum vſum admodum vtiles ſunt differentiæ, etenim ſua cuiuſque victus ſpecies eſt. Cognoueris autem maximè ægrum ipſum in his omnibus, ſi hypotheſin ſermoni adiecero. Adoleſcens iam quis valido morbo correptus eſt, qui in primo quaternione diſcutietur: Aphoriſmum in hoc maximè illum imitandum puta. Quum peracutus ‹‹
morbus fuerit, ſtatim etiam extremi do- ‹‹
lores adſunt, & tenuiſsimo omnium vi- ‹‹
ctu vtendum eſt: neque alimentum quoduis huic exhibueris, nec melicratum, aut aliam quampiam potionem huiuſcemodi: imò etiam ab aqua, quantum poteſt, abſtinere iubeto. Hunc ipſum adoleſcentem vbi ſeptimo die criſim habiturum ſtatueris, paululum prædictam victus ratio-
nem

nem immuta, vel mulſam exhibens, vel aliam huiuſmodi quandam potionẽ morbi naturæ familiarem, vt Hippocrates pręcepit. Ipſe autem hæc inuenies partim à ſignis quibuſdam, [velut temperamento, confuetudine, & ætate.] Quædam etiam ægrum interrogabis, an valido ſit ventriculo, qui longam inediam ferre poſsit: an cito offendatur, & facilè ſoluatur. Sic etiã habitum hominis conſiderans, nonnulla quidem ipſe ex iis, quæ in opere De temperamentis didiciſti, inuenies: quædam autem ex ægro, rogans. Sunt enim quidã ad reſolutionem faciles, atque ideo diuturniorem inediam non ferunt, licet viribus validi anteà fuerint. Si iã tibi tale quippiã interroganti, & per te ipſum conijcienti appareat, & æger facilè diſſoluatur, facileque ſtomachus eius offendatur, ptiſanæ cremorem exactè percolatũ quotidie modice exhibebis, memor rurſus hic eius quod Hippocrates dixit: Sed aliquid tum conſuetudinis gratia, tum etiam ne vaſorum magna fiat inanitio, ingerere oportet. At vbi ſeptimus dies inſtet, nequaquam ægrum nutrire conuenit, ſed ante vnum diem, vel antea, minus exhibendum eſt. Atque hæc nos adamuſsim vetus ille in opere de victus ratione in morbis acutis

[Hæc & in veteri græc. cod. & in ant. trãſlatione nõ habentur.

perdocuit. Si quidem adolescẽti tertio aut quarto die morbum finitum iri spes sit, nullam stomachi malignitatem, aut habitus inanitionem suspiceris: ad hæc si prætterquàm quòd iuuenis sit, etiam validissimas vires habeat, longam facilè inediam tolerare fateatur, & ægrè dissolui tibi appareat: insuper nullus eiusmodi morbus adsit, vt oxymeli aut mulsam requirat: is omnino ad septimum vsque diem à cibis abstinere potest. Quòd si ad tertium, vel quartum quaternionem crisis futura videatur, non ita abstinere potest, nec sola potione seruari. Quapropter non mediocris quædam victus mutatio, nec morborum ideo exigua differentia.

CAP. XII.

VOcetur iam peracutus morbus, qui ad septimum vsque diem extẽditur: qui lõgius procedit, simpliciter acutus. At hic quoq; differentiæ in peracuto memoria tenendę sunt. Etenim exactè peracutus is est, qui quartum diẽ attingit: nõ exactè, qui ad septimũ vsq; producitur. Eadem ratione inter acutos alius exactè acutus, qui ad vsq; decimumquartũ porrigitur: nõ exactè verò, qui ad vigesimũ vsq; durat: quãquam & ipse acutus sit. Adhuc aliud morbor

borum genus, quod ex delapsu acutum, ad quadragesimum vsque diem peruenit. Satius enim est ita vocare ipsum, quod acuto quodã imperfectè iudicato intra diem vigesimum, deinde vehementia eius confracta, reliquum eius intra quadragesimũ diem dissolui consueuit. Nonnulli autẽ statim ab initio velut prohibiti, tardeq; moti, & nullam interea subitam mutationem moliti, ad quadragesimum producuntur. Duplex autem horum quoque natura est: vel enim accessionum remissiones in exactam integritatem finiunt, vel continua febris semper perdurat. Atque huiusmodi de acutorum natura intelligenda sunt. Iam alii manifesto sunt diuturni. Porrò Archigenes multis nominibus nobis laudandus est, maxime verò si studium eius artis tractandæ medicæ cognoueris: quoniã non temporibus solis tenuibus, sed motu & natura magis acutum † vel peracutum] morbum appellauerit. Nam quum segni lentoque motu cum interuallis à febre remissis vsque ad quadragesimum extenditur, nemo inquit sanæ mẽtis acutum nominauerit. Etenim si ante quadragesimum cesset huiusmodi existens, iam diuturnus est. Alios verò morbos breues vocat: æquum esse dicens ipsos

† In veteri græco cod. legitur καὶ ὀυκ ὀξὺ, id est, & nõ acutum quã lectionem secutus est antiquus interpres & sequẽtibus mox versiculis idem confirmatur.

nec

nec acutos,necdiuturnos appellari.quemadmodum breues has, & à periculo remotas febres, quas non diuturnas esse quis ignoret?etsi ab acutorum natura recesserint. Nam acutum hunc esse ait, cui motus velox & subito pericula adueniunt. Vides igitur nos, quum solutio eius celeritatem habet, vel acutum morbum vel non acutum nũcupare: eodem modo non nunquam alium acutum, alium diuturnum, ipso motu solo distinguentes. Noui igitur complures ad quadragesimum vsque diem continua febre conflictatos esse. ita voco eam quæ nunquam remittit. Quapropter huiusmodi morbum non fuisse iam diuturnum dicere possum: non tamen simpliciter acutum nominare ratio est. Sed enim quum ex decidentia acuti exactæ solutionis terminum habent longissimum, diem quadragesimum, nonnulli verò continua semper febre ad hunc vsque extensi sunt: ponatur & hoc tempus aliquando iam diuturnorum affectuum, [qui nullam manifesto remissionem habent, sicut antea diximus,] aliquando acutorum esse decretorium. Itaque Hippocrates in Prognostico his verbis vtitur: Existimare autem oportet, quòd « facilis spiratio in omnibus acutis mor- «

[In veteri græco codic. hæc non habẽtur neque in an. trãslatione.

bis

» bis quibus febris copulatur, quique intra
» quadraginta dies iudicantur, magnum ad
» salutẽ habet momentum. Non enim simpliciter acutis dixit, tametsi dicere potuit, sed cum additione scilicet quòd intra quadraginta dies iudicãtur: tanquã acuti quidam sint, qui perfectæ solutionis gratia ad eum diem prolongentur, proinde acuti simpliciter intra decimumquartum diem finiri solent. Qui iam quadragesimum attingunt, interim hi ipsi sunt, qui intra decimumquartum diem imperfecte iudicantur: interim quorum paulò ante memini non frequenter adeò euenientes. Quinetiam tertium genus illorum est, qui manifesto iam tardi acutis oppositi quadragesimum diem habent decretorium: sed de his post paulùm dicturi sumus. Cæterum vniuersum prædictum genus acutum nominetur ex decidentia, quam Græci μετάπτωσιν vocant. Ostensum nobis est tum alibi, tum in tertio die spirandi difficultate potissimum, sicut in Prognostico de simpliciter acutis pertractat, adhæc de his qui ex decidentia fiunt.
Quum igitur ad libri calcem in vniuersum de illis pronunciasset (dico autem de acutis morbis, & qui inde proueniũt) membratim de aqua inter cutem hunc sermonem

nem protulit. Aqua inter cutem si ex acu- «
to morbo cœpit, omnis mala est. Pari mo- «
do quum de purulentis & phthisicis, ta
bidisque affectibus, item de iis qui ex ab-
scessu in longum tempus porriguntur, ver
ba facit, clare innuit propositi se non obli-
tum esse, morbos qui ex acutis diuturni
fiunt commemorans. Hoc modo & illa
dicta sunt. Reliquæ autem vomicæ ma- «
gna ex parte rumpũtur: sed aliæ in die vi- «
gesimo, aliæ trigesimo, aliæ quadragesi- «
mo, nonnullæ ad sexagesimum vsque per-
ueniunt. Quin etiam in dierum decreto-
riorum enumeratione, qui in Prognosti-
co referuntur, ad sexagesimum vsq; diem
necessario processit. Sed quoniam non de
acutis solum, verùm etiã de iis, qui inde
progrediuntur, sermonem instituit: con-
uenienter puto in ipsis decretoris, tum in
pręceptis de abscessuum ruptura, sexagesi-
mi diei commeminit. Igitur qui hanc di-
sciplinam non intellexerunt, ij nequic-
quam ac frustra, quæstiones in his texunt:
dissentire putantes cum his quæ in apho-
rismis tradiderit, morbos inquiens acu-
tos quatuordecim diebus finiri: quasi ipse
Hippocrates non accurate ostendisset, di-
cens aliam esse naturam acutorum ex
decidentia, quàm illam quæ absolute acu-
tos

tos reſpicit. Longe enim ſecus eſt, quàm illi putant: quoniam ſi non acutorum duplicem naturam cognouiſſet, aliam abſolute acutorum, aliam decidentium, non ſanè diſtinxiſſet appoſitione ſuam ſententiam, verùm ſimpliciter dixiſſet: Exiſtimare autem oportet, quòd facilis ſpiratio in omnibus acutis morbis magnum ad ſalutem momentum habet. Nunc autem quum huiuſmodi dictionem ſimpliciter acutos declaraturam ſciret, non tamen ita, verùm cum his etiam alia complecti vellet, non ſine ratione appoſuit primum, Quibus febris copulatur: non aſcribens continua, quod abſolute acutorum erat proprium. Deinde, Qui intra quadraginta dies finiri ſolent: perinde ac ſi alii quidem acuti ſint, qui diebus quadraginta non finiant. Quare vndequaque morbi naturam, quo de in Prognoſtico tota diſputatio eſt, clare diſtinxit Hippocrates, demonſtrauitque. At interpres luculenter dicta obſcura reddere moliuntur. Quòd ergo nominis appoſitione quæſtionẽ, quã contexunt, ſoluere conantur, condonandũ eſt. At hoc †faciũt qui ita ſcribunt: Exiſtimare autẽ oportet quòd facilis ſpiratio in omnibus acutis morbis, quibus febris copulatur, quique intra quadraginta dies

†ποιῆσειν habet vetuſtus codex non ποιήσουσιν .i. facient.

fini

finiunt magnam vim ad ſalutem obtinet. Nonnulli etiam non aſcribunt, quibus, inaudiendum eſſe dicentes, vt ſermo eius duplex fiat: alter de acutis morbis, quos in aphoriſmis expoſuit: alter de aliis, qui febrem iunctam habent, & quadraginta diebus iudicantur. Iam verò nec in aphoriſmis decimumquartum diẽ decretorium, ſed illic quatuordecim omnes decretorios dies Hippocratem pronunciaſſe arbitrari (eſſe enim tot, ſiquis à tertio, qui primus omnium decernere natus eſt, ad quadrageſimũ vſque numerauerit) non paruam reprehenſionem meretur. Neque enim vt medici hoc dicunt, nec vt qui numerare ſciant, aut legere. Nam ſi medici eſſent, primum ſanè nullum exacte acutum morbum ad quadrageſimum diem non iudicatum peruenire ſcirent: deinde ne quatuordecim quidem numero eſſe ad quadrageſimum decretorios. In hoc autem ne vel numerare ipſos nouiſſe quis iure dixerit. Plures nanq; ſunt ac quatuordecim iis ſane qui veritatem ipſam rerumq; euidentiam inſpiciũt, item id quod Hippocrates in primo Epidemion ſcriptum reliquit. Superius verba ipſius appoſui, quibus decretorios dies vniuerſos edocet, vbi ſiquis numerare didicit, plu-
res

res indubiè ad quadragesimum diem euenięes, quàm quatuordecim inueniet. Porrò si qui solos dierum quaterniones computent, forsan in hoc errare deprehensi fatebuntur pauciores esse hos ac quatuordecim. Quod autem ne legere quidem nouerunt qui huiusmodi effutiunt, sic maxime disces. Si igitur in Prognostico quadragesimum diem decretorium esse acutorum dixisset: deinde in aphorismis quatuordecim diebus summatim eos iudicari: tunc nimirum tale quippiam cum illis cōsiderandum esset. At quum in opere Prognostico quadraginta diebus finiri dicat, & in aphorismis quatuordecim: maxime ridiculum est sententiam eius alibi aliter inaudire. Meliores his sunt, qui non sermones consentientes, verùm alterius cuiuspiam aphorismos esse, alterius Prognosticon demōstrare conantur, sed hi ob animi magnitudinem sunt nobis miraculo. Quod iam vtilitatem huius disciplinæ semper inspiciens Hippocrates simpliciter quidem acutos quatuordecim dierum terminum habere recte dixit: ex decidentia verò acutos nunc quadragesimum, nunc sexagesimum diem assequi, abunde ostendimus,

CAPVT XIII.

SCiendum autẽ eſt cõmuniter de omnibus eiuſmodi notæ, quòd quæ ex quantitatis cuiuſdam in particulas diuiſione fiunt, ſoreticam dubitationem comitem habent. Itaque ſic diuidendum eſt, vt nec particulæ multum alioqui differentes, ſibi mutuo cõiungantur: quod accidit, dum in pauca ſecatur tota quantitas: nec adeò multas feceris, vt diſciplinæ vtilitas excidat. Quamobrem ſiquid optime diuidi poſſit, Hippocrates præter cæteros hoc mihi feciſſe videtur. Primum, peracutos ad ſeptimum vſque diem peruenire demõſtrat: in quibus, vti dixi, in aphoriſmis tenui admodum victu tractandos eſſe præcipit: Deinde in commentario de victus ratione in morbis acutis quoſdam inedia ſeruandos omnino eſſe vſque ad diem ſeptimum: poſtea vero, quartumdecimum abſolute acutis terminum ſtatuit: poſt hæc ad vigeſimum procedit, rurſus vtriuſque ſpeciei morbum ad quadrageſimum, itidem ad ſexageſimum, poſtremò decretoriorum dierum ſupremum finẽ centeſimum & vigeſimum diem conſtituit, quatuor videlicet menſium tempus: deinceps alios menſium decretorium numero, alios annorũ ſolui ſcribit. Atq; hæc diſciplinæ vtilitas eſt. Coincidunt autem nonnullæ quęſtiones

ſtiones logicæ , quæ diſputationem requirunt, ſicuti puto & hæc: Quòd morborum qui apud omnes acuti habentur, nonnulli decimumquartum diem excedere videantur, ideoque Diocles etiam non decimumquartum, ſed vigeſimumprimum terminum eius poſuit: atq; hic quidẽ errauit, vigeſimumprimum magis quã vigeſimũ terminum ipſis præſtituens, quanquam nõ omnino falſus ſit quòd quartũ decimum pertranſeat. Nã quoſdã qui acuto morbo laborarãt, decimoſeptimo, & vigeſimo liberatos eſſe cognouimus: vti apud Hippocratẽ quoq; in ipſis Epidemiis inuenire licet. Quomodo igitur ſi hoc ita habet, & quidã acuti morbi decimumquartũ diem excedere videntur, terminũ ipſis hunc diẽ in aphoriſmis conſtituit? Promptum quidem erat dicere, hoc rarenter, illud ſępiſsime accidere conſueuit. Quinetiam Hippocrates ſolum id quod crebrò oculis vſurpauit, floccifaciens id quod raro euenit, pronuntiat. At profundiorem quandam habet ſentẽtiam pronunciatũ, ſiquis ipſum commode diſquiſierit. Qui nanq; ad decimumſeptimum diem, aut vigeſimũ prorſus acuti morbi exciderunt, hi planè inceperunt tanquam ſubmerſi, lento motu grauiq;: deinde alij in primo quaternione, alij

in ſecundo exacte acutorum motum recipientes, ad decimumſeptimum vigeſimum primum exciderunt. quanquam & hi intra ſuum decimumquartum finiantur. Nam in dierum quaternione vehementiam incipientes, deinde decimoſeptimo finiti, decimumquartum eorum diem non exceſſerunt. Nouit hoc quoque Diocles ipſe, tum alij propè omnes veteres, Phreniticos ſanè à primo die ſtatim non adeò fieri ait. Igitur ſiquis phrenitide captus, vel quinto, vel ſeptimo, vel decimoſeptimo, vel vigeſimo liberatus ſit nulli dubium hunc intra decimumquartum ſuum diem criſim ſuſtinuiſſe. In hoc iam maxime etiã vigeſimum diem ambiguitatem adferre puto: quippe qui potentiæ ancipitem naturam habeat, tum quod ſæpe †poſt primum diem acutos factos] iudicet, interim de prius iudicatis iterum decernat. Nullus enim à primo die acutus in hunc illabitur, qui non prius iudicium expertus ſit. Quòd ſi in priore quodam die imperfecte finitum ſic prorſus diſcuſſerit, non impedit quo minus acutorum morborum decimusquartus dies terminus exiſtat. Qui verò ab initio * graues] lentiq; apparent, & inde ad quadrageſimum tales perdurarint, rurſus intendantur, hos iure

diut

†In græ. eſt ἀπὸ τὰς πρώτας ἡμέρας ὀξέα νοσήματα γενόμενα, id eſt poſt primos dies morbos acutos factos.

**In græ. eſt ὑποβρύχια id eſt ſubmerſi. ita etiã vertit paulò ſupra. vetus trãſlatio habet ægritudines ſepultæ in profundo corporis graues & tardæ.*

diuturnos appellaueris : quemadmodum acutos quidem manifesto, sed qui ante vigesimum nõ secure finiti sunt, deinde remiserint, post hæc reuersi, mox intensi rursus sint: nouissime quadragesimo die finiti: dubitaueris absoluténe, an ex decidentia acuti nominandi veniant, imo magis an diuturni. quippe in ambiguis & obscuris certum iudicium quærere non oportet. Etenim secundum ipsam naturam rerum certam semper sententiam pronunciare conuenit. Vbi verò rerum natura simplex prorsus est: ibi & manifesto & simpliciter pronunciandum est: quoniam & Hippocrates in ipsis aphorismis, quum decimum quartũ diem acutis morbis finẽ statuisset, statim etiam decimiseptimi his verbis meminit: Contemplatorius rursum decimusseptimus est: hinc enim quartus à decimoquarto, septimus ab vndecimo est. Significat nanque hic vigesimum tanquam secundum quendam acutorum terminum. Quoniam vero hic liber magnam satis prolixitatem modo habet, finire ipsum iam cogito. Quod de dierum decretoriorum speculatione reliquum est, id vniuersum in tertio exequar.



CL. GALENI
DE DIEBVS DECRETORIIS, LIBER TERTIVS,

*

IOANNE GVINTERio Andernaco interprete.

Quæ in tertio libro de diebus decretoriis continentur.

Luna mutationes circa terrena fiunt.
Differentiæ peracutorum morborum.
Quòd ſeptimanæ non habent integros ſeptẽ dies, & quomodo tres ſeptimanæ viginti dies cum dimidio conficiunt.
De natura morbi acuti.
Quòd morbus breuis alius eſt ab acuto, & quòd tardus & diuturnus eſt idem.

CAP. I.



Vi iam cauſas, cur nõ quilibet dies ſint decretorii, conſiderare melius eſſe duxerit, is hæc ſibi cõpoſita eſſe cenſeat. Et quidẽ inuentionis dierũ decretoriorum principia ipſum fateri cõuenit, quemadmodum ſuperiore commentario dictum eſt. Sunt autem genere duplicia, †nempe experimentum & ratio.] Experimentum ſanè non omnes ſimiliter dies de morbis decernere, euidens affert teſtimonium: & quòd circuitus ſeptimani validiſſima ſint virtute præditi, poſt hos quaternarii: quidam verò extra hos coincidant: imo quòd nec omnes ſeptimanæ inuicem ſeparentur, ſed aliquæ ipſarum etiam coniungantur, nec omnes quaternarii: ſed horum aliqui ſeparentur: aliqui coniungan-

† Non eſt in græcis impreſſis. anti. interpres ita vertit. Vnũ eorũ teſtificatur ex experimẽto: alterũ ex ratione.

tur. Inſuper quòd acutis morbis impari dierum numero, longis pari iudicia omnino accidant. Omnia huiuſmodi quæ prius recenſui, experientia ſatis approbat. Porrò cauſas horum ratione nobis indagãtibus, duo prima omnium quæ fiunt, primordia eſſe ſtatuenda videntur: Inordinatum videlicet, quod ex hac mundi materie proficiſcitur: ordine verò ornatuq; procedens, quod cœleſtibus originem fert acceptam: omnia ſiquidem in hoc orbe ab illis decus, ornamentumq; capeſſunt. Atque iam in his duobus principiis, † omnium * quæ ratione & experientia ipſa] in diebus decretoriis intelliguntur, cauſas inuenire conabimur, hinc facto ſermonis exordio.

†In græ. impreßis & anti. hic addi. τοῖς τε ἐκ τῆς πείρας γνωσθεῖσι, καὶ οἷς ὁ λόγος ὑφηγήσατο. i. quæ ex experientia cognita sunt, & ex ijs quæ ratio subministrauit: sed vetus codex non habet quæ mox sequuntur scilicet.

**Τῶν κατὰ τὸν λόγον καὶ κατ' αὐτὴν πεῖραν.*

CAP. II.

Omnium certe ſuperiorum aſtrorum potentia fruimur: verùm Sol maximè hunc orbem exornat, & concinne diſponit: quippe veris, æſtatis, autumni, & hyemis autor alius nemo extat: nec alius tam manifeſto vel ex terreſtri fęce animalia generare poteſt, neq; fruges maturare, neque ad coitum & generis propagationẽ animantia prouocare. Magna ſanè & Lunæ opera in hac rerum ſubſtantia apparent,

rent, verùm Solis effectibus posteriora. Etenim menses hæc perpetuo ordinat: idque euidenter adeò in marinis belluis: quanquam & hoc ipsum Solis beneficio debet. Nouum enim lumen sortitur, quum Sole primum fruitur: tanta autem eius portio semper illucescit, quantã Sol aspicit: prorsus autem deficit, lucisq; expers redditur, vbi terra suo interuentu ipsam obtenebrarit. Quapropter à Solis recessu omnes mutationes sustinet. Etenim plena est quum diametra apparet. Aequa portione diuisa Διχότομ☉ Græcis appellatur, quum quadrangula est: gibbosa, quum triangula: & falcatam speciem refert, sex angulis prædita. Atq; tunc primum recens est quũ post Solis congressum apparet. Obscuratur omnino, quum Solis lumen circa eã emergit. Igitur fructus auget, incrassatque: animantia implet: ad hæc menstruorum statum tempus mulieribus conseruat. Itẽ comitialium circuitus custodit, inde, quòd solis plus vel minus participat. Omnia siquidem quæ facere nata est, vbi falcis figuram repræsentat, languida fiunt: inualescunt, quum plena fuerit. Quapropter & fruges interea adauget, & maturat celerrime: ferarum occisa corpora in tabem †visu suo resoluit, somnoq; sopitis sub eius

†Visu suo ex Plinio addidit interpres.

lumine, vel aliter diutius immoratis, pallorem & capitis dolorem conciliat. Vt igitur luna solis auxilio in omnibus indiget, ita sol nihil vel maximi alterius cuiusdam astri, vel ipsius lunæ operam desiderat. A nullo enim impeditur, quo minus æstatẽ faciat, quum in vertice nostro constiterit: aut frigus adducat, si humilis eius cursus fuerit: aut æquinoctium vtrunque constituat, quum modice obliquus videtur.

CAP. III.

SEd ipse velut rex quispiam maximus est: Luna verò vt princeps non mediocris, inter illum & nos medius constitutus, terrestrem regionem merito gubernat, non potentia cæteros planetas, sed vicinitate exuperans. Huius rei gratia maximè frigus locum nostrum occupat, quum sol ad hyemalem plagam declinauerit: tũc calor nos exercet, vbi supra verticem nostrũ, aut prope ipsum fertur. Luna verò particulares cuiusque mensis dies disponit, paruæ mutationis facultatem habens, eamq; non simpliciter ex se, verùm ex solis aspectu consequitur. Vehementiores itaq; mutationes eueniunt, vbi ipsa cum Sole coit: insuper in apparitionibus plenilunii, minores his contingunt, dum medio orbe

apparet: obſcuræ, dũ curuata in cornua ac falcata videtur. Nam validiſsima eorum quæ prius erant, mutatio, coitu Lunæ, & dum † obſcuraſcit], committitur: quippe quæ prius apparebat, nunc nulli conſpicitur. Dein diametra lunæ *ſtatio] tanquam diſtinguens eã, in binasq; partes ſecãs cõtrarias Lunæ eiuſdẽ diſpoſitiones, omniũ eſt validiſsima: quòd verò diſpoſitio incrementum diminutioni maxime ſit contraria, verbis non indiget. Poſtea huius congreſſus, & apparitionis plenilunii duæ diuiſiones dichotomi medium vtraque ſecant, augmenti tempus prior, diminutionis altera. At omnium extremæ obſcuriſſimæq; aëris nos ambientis conuerſiones infalcatis incuruisq; apparitionibus fiũt, magis autem incuruis: nulla ſiquidem in eis magna mutatio, ſicut falcatis apparet. Quare Aratus ipſas non ab re neglexit, tanquam obſcuras exiſtentes. Cõuenit autem eos laudare, qui de his ſcripſerint, tanquam ne vel minimũ quidẽ omittentes. At in pleniluniis cõuerſiones, & his adhuc magis in congreſsibus, proprium hoc præter cæteras habent. Illæ ſiquidem celerrimas ſtatim mutationes faciũt: Coitiones verò ſeu congreſſus, inæquales & diuturnas. Nã quid ante Lunã apparentẽ manifeſto pro-

† In græ. codi. impreſsis legitur καταλάμπεσθαι. i. illustratur. in veteri cod. habetur, μὴ λάμπεσθαι. i. non illustratur.

** In veteri codi. legitur non στάσις vt in impreſsis sed φαύσις. i. illuminatio.*

nuncies, nõ eſt. Longum autem hoc tempus † occultationis] eſt, integri ferè ſigni curſum explens. Porrò mutationem ex incremento ad diminutionem, punctũ exacte definit: liquet autem hoc lunam quaſi momentaneo tempore pertranſire. Ratione igitur breues plenilunii mutationes ſunt, diuturnæ, coniunctionales. Nam occultationis tempus ſibiipſi ſimile eſt: quod prima apparitio habet, occultationi vicinum eſt, tum propter plenilunii particulæ apparentis paruitatẽ, tum ob luminis obſcuritatem. & breuitatem tẽporis, quo ſupra terram fertur.

† In græ. codi. impreſ. mendoſe habetur, κρίσεως pro κρύψεως, vt habet vetus codex.

CAP. IIII.

TVta igitur criſis euadet, quãdo in toto menſe ſtatus ſecundo die fiet, quo primo & manifeſto Luna, & longo ſatis tempore ſuper terram iam apparet, & lumen ſenſibile de ſe mittit, ad hæc vmbrã euidenter oſtẽdit. Primus autem dies tandiu lunam ſupra terram vagantem habet, quandiu adhuc Solis etiam lumẽ poſt occaſum retinet. Quare in hoc Luna ſimul cum Sole occidit: ſubinde verò & prior eſt occidua, & ſecundo die primum euceſcit: nunc minus, nunc magis apparet. Atq; hoc

ei ac

ei accidit longitudine à Sole receſſus, qui ob peculiarem Lunæ motum fit. Nō enim ex æquo ſemper mouetur, tum propter latitudinis immutationem, tum propter ſignorum occaſum non æquali tēpore euenientem, inſuper ob præteriti congreſſus tempus. Vnde non ſemper vnum tempus eſt, quo clare Luna conſpicitur: plerunque triduo in coitu Solis remorata, planè inuiſibilis eſt, quo nondum hæc terrena immutare poteſt. Et quodam modo tempus tum peculiaris eius circuitus, tum in nos actionis in idem recidit. Etenim circuitus vicenis diebus, ſeptenisq; & tertia ferè diei parte peragitur. In tanto enim tēpore totum ſigniferi circulum percurrit. At quòd is circuitus, quo nobis luceſsit, eidē quoq; numero conueniat, perſpicue ſanè intelliges, ſi occultationis tempus ex toto menſtruo tempore eximas. Quòd autem menſtruum tempus non omnino triginta diebus conſtat, ſed minus vnius diei ferè dimidio, Hipparcus integro vno libro demonſtrauit. Quin & vulgus propè vniuerſum nouit menſium alium, quem κυλλὸν Græci nominãt, quaſi mutilum & imperfectum dies viginti nouem obtinere: aliū, nempe abſolutum, triginta. Nam vniuerſos vtrorumq; dies quinquagintanouem

eſſe

esse oportet: siquidem vterq; omnino triginta, minus dimidia diei parte continet.

CAP. V.

QVemadmodum igitur annum integrum Sol absoluit, ita Luna mensem, immutatione per septimanas ei accidente. Nam vtrunque tempus, & quo post primam apparitionem in medium orbem accrescit, & quo inde plenam efficit, septē diebus absoluitur: ambo quatuordecim. Simili modo si inde, quum æquali portione diuisa est, ad secūdam diuisionem eiusmodi rationem subduxeris, & hos dies reliquosque, quum planè ab oculis Luna declinata est, septem inuenies. Cęterùm aëra nos ambientem magnas afferre mutationes, dum Luna primum occultatur, & rursus primum apparet, nemo mortaliū ignorat: maxime ii, quibus hoc studii est, agricolæ & nautæ, qui statum aëris tunc vocant, quum Luna primum apparens, vento cuipiam opponitur. Quamobrem Aratus quodam in loco verissime scribit de Luna, vbi primum post coitionem apparuerit, hoc modo inquiens:

Cynthia si cornu, quod se sustollit in altum,
Incuruum specie velut annuat, adfore cœlo

Sæua procellosi prædicet flabra Aquilonis.
Rursus eò veniet pluuius Notus, hanc vbi partem
Ponè supinari conspexeris, inq; recliuem
Sponte habitum, at si lumen tertius ortus
Proferat, atque deæ conuoluat circulus oras
Suffusus rutilo, mox tempestate sonora
Spumosum latè pelagus canescere cernes.

Quinetiam hæc in eodem libro scribit:

Non vnum deprehensa diem tibi signa loquuntur.
Sed quæ signa nouo dederit nox tertia motu
Quartáve sustollit medios dũ Cynthia vultus,
Durabunt cælo, medio quæ edixerit ore.
Altera prouisæ ijs signantur tempora Lunæ.
Illa dehinc donec germani luminis ignis
Accedat Phœbæ, mensis postrema notabunt.

Nõ ad omne tempus, quod ab initio fuit, primæ apparitionis signa sufficere confirmat: sed plenilunium, eiusq; dimidium mutationes quasdam afferre. Cæterùm omnis velox mutatio, crisis appellatur, & constitutionem lunæ, dum effigiem falcatum maxime representat, dicũt: deinde ad pleniluniũ similiter transferunt, vocantes. Hoc enim validas vires occupat: verũ semi lunaris statio imbecillior eo est: & si hæc quoq; de aëre decernat. Quare mensem à luna immutari secundũ septimanas, iã est

per

perſpicuum. Quòd autem aliæ res vniuerſæ inde quoq; mutantur, id omnibus non perinde conſtat, ſed iis qui huiuſmodi accurate obſeruarint, in confeſſo ſunt. Ad hæc poſt ſeminis cõceptionem omnis imprægnatio. Inſuper nihilo minus hac & poſt partum adauctio, item omne actionis initium magnas alterationes in ſeptimanos circuitus retinet. Quæ nanq; † omnibus quæ ſubſiſtunt, incidunt, horum cauſam Luna habere obſeruata eſt, maximeq; in tetragonis & diametris ſtationibus ea immutans. Nam ſi Luna in tauro exiſtente ſemen cõcipiatur, vel partus, vel omnino alterius cuiuſdam rei principium contigerit, magnas eius mutationes inuenias, quum in leone, ſcorpio, & aquario ſigniferum ambit: verùm in leone tetragonos, id eſt, quadrata ſtatio ſeptimanę vnius exiſtit. In ſcorpio diametra duas ſeptimanas habet. Ita quoq; in aquario, ſecunda quadrangularis ſtatio in tertiam ſeptimanam procedit, idq; neceſſario: quòd Luna, ſicut ante diximus, vicenis diebus, ſeptenisque, & particula quadam adiecta, maxime tertia diei parte vniuerſum ſigniferi ambitũ peragit. Si nanq; in tanto tempore totum orbem pertrãſire oporret, cõſtat quartam ipſius partem in ſeptem propè diebus eam expe

† In græ. addi. ἐφήμερα. i. in diem.

expedituram. Proinde huius te maximè meminiſſe conuenit, nempe Lunæ tranſpoſitionem in tetragonon non diebus ſeptem integris circumſcribi.

CAP. VI.

Porrò illud denuò repetendũ eſt, quod nos quoque admodum diligenter obſeruantes veriſsimum ſemper eſſe comperimus, ab Aegyptiis aſtronomis inuẽtum, Lunam non modo ægris, ſed etiam ſanis, dies quales tandem futuri ſint, poſſe prænuntiare. Si etenim ad planetas temperatos ſteterit, quos iam & ſalutares latini, ἀγαθοποιοὺς græci nominãt, fauſtos ac bonos producere: Si ad intemperatos, graues moleſtosque. Fingamus homine quodam naſcente ſalutares planetas in ariete, malignos in Tauro eſſe: is homo nimirum quũ Luna in Ariete, Cãcro, Libra, & Capricorno fuerit, pulchrè deget, quum verò taurũ ipſum, vel tetragonum aliquod, vel diametrum ſignum occupat, malè tunc & moleſte vitam tranſiget. Atque iam morborum initia huic, quum Luna in Tauro, Leone, Scorpio, & Aquario fuerit, peſsima. Sine periculo autem & ſalutaria ſunt, quũ Arietem, Cancrum, Libram, & Capricornum

Luna permeat. Ad hęc alteratiões magnas, quas in tetragonis, & diametris per ſeptimanas fieri diximus, in lethalibus quidem morbis, lethales & ipſas: in ſalubribus bonas euenire neceſſe eſt. Quamobrem Hippocrates etiam maximè damnat immutationes, quæ in diebus decretoriis ad peiora declinant: quippe quòd lethalis morbi ſymptoma ſit, quemadmodum (vt arbitror) benigni, ſeu ad ſanitatem tendentis contrarium. Quòd ſi quis hic cauſam, cur quadratæ & diametræ ſtationes ſint potentiſsimæ, quærat, is longiſsimè à propoſita diſputatione digreditur. Nam in præſentiarum non primas cauſas omniũ, quæ ad aſtronomiam pertinent, ſed quæ propoſito noſtro conducant, inquirere cogitamus. Vtiles autem cauſæ ſunt, quæ ſeptimanæ naturã interpretantur. Rurſus igitur eas in ſummam colligamus. Lunæ tetragonæ & diametræ ſtationes in principiis bonis bonas faciunt alterationes, in malis malas. Atque hoc præter id quod Aſtronomis in confeſſo eſt, integrum eſt & tibi obſeruare. Sin autem huiuſmodi deprecaris, nec iis fidem adhibes qui obſeruarunt, indubiè Sophiſtarum vbique nunc obſtrepentium aliquis es, qui ratione manifeſto apparentia nos approbare poſtulant,

lant, quum econtrario ex euidenter apparentibus, abditorum ratiocinatio indagãda esset. Ita suo quæque res principio circuitus sequentes vniuersos cõsonos habet.

CAP. VII.

Circuituum verò alij numero quodam dierum constant, alij mensibus. Iam verò qui diebus constant, septimani sunt, & Lunæ modo incedunt: Qui mensibus, ad Solem referuntur, eodem modo euenientes. Iterum enim ab Hippocratis verbis initium sumẽdum est, æstiuos morbos dicẽtis hyeme solui, hyemales æstate. Hoc quidem lõgorum morborum & quasi dicas annalium iudicij statum tempus est, quemadmodum acutorum decimusquartus dies. Quum enim à mensis principio adusque plenilunium tempus, totius Lunaris circuitus dimidium existat, eandem rationem habet cum interuallo, quod ab hyeme ad æstatem vsq; intercedit. Quinetiam à plenilunio ad occultationem tempus, spatio quod ab æstate ad hyemen vsq; porrigitur, proportione respõdet. Sed horum vtroq; bifariam secto, in acutis morbis septimana est: in diuturnis clarissimorum syderum exortus, quorũ ratione ver,

æſtas, hyems, & autumnus deſcribuntur. Non etenim pari dierum numero hæc ſecundum vllius aſtronomi ſententiam diuiſa ſunt, verùm manifeſtis circũflui aëris mutationibus, diſtinguuntur, aut alio rurſus modo. Quemadmodum ſeptimana acutorum morborũ eſt decretoria, ſic temporis annui mutatio diuturnos morbos diſcutit: vt hyeme quidem cõſtitutũ morbum Ver diſſoluat: in Vere conflatũ, æſtas: ſimili ratione per æſtatem contractum, autumnus: in hoc paratum, hyems. Cæterùm anni tempora ſingulis partibus bifariam diuiſis, menſis quaternionibus proportione reſpondent. Quin aſtrologis etiam dicitur, quem in modum anni temporis cuiuſque & initium, & finis, ſyderum manifeſtorum ortu & occaſu deſcribitur, in eũdem quoque ſinguli medietas alterius rurſus ſyderis exortu diſtinguitur. Itaq; vniuerſas particulares morborum mutationes, vel tanquam ad proprium ipſorũ principium, vel ambientis nos aëris conuerſionem euenire neceſſe eſt. Qui igitur ex proprio principio mutantur, Lunam ſequuntur: qui verò ceu ab aëre nobis circũfluo immutantur, in toto quidẽ anno Solem, in ſingulis menſibus Lunam. Hinc iam accidit mutationes validiſsimas eſſe,

quæ

quæ videlicet cuiq; per ſeptenos dies propriè contingunt: quamuis etiam ipſis ferè commiſceantur, quas aër excitat. Quare merito inde, quòd ſemper eodem modo accidant in id, vt in plurimis morbis fiant, recidunt. Adhuc autem magis acceſsionũ violentia criſes ante tempus inuadere cõpellens, ipſarum ordinem perturbat, vt in ſermonis proceſſu dicemus. Ad hæc varia ægrorum in ſe peccata, medicorumque, ſi medici appellandi ſunt, nõ artis corruptores, qui hoc ſeculo permulti ſunt. Nec minus illa quæ ægris propter miniſteriũ non rite adminiſtratum, & extrinſecus accidũt nonnunquam, vti prius diximus. Igitur ſeptimanarum circuituum virtutem mirari conuenit, ſi tot cauſis eos imminuentibus, multo tamen aliis fortiores inueniuntur. In acutis quidem morbis coincidentes decretorij plures ſunt: quoniã & corpus mutationi accommodum, in motu & perturbatione vehementi conſtitutũ eſt: In longioribus, via & ordine magis ſeptimanarũ circuitus procedit.

CAP. VIII.

QVapropter ab acutis omnibus ordine incipiemus denuò, decernentiũ

dierum causas inuestigantes. Iam quidem in primo febres diarias solui contingit, idque ferè nulla tum vehementia, tum perturbatione notatu digna. Et quanquàm nonnulli Hippocra. quoque dies decretorios in Epidemion primo enumerãte primi meminisse putant, duplici tamen nomine errant, circuitus enim primus, & non dies primus manifesto scriptus est, in pariumimpariumq; dierum catalogo. Quẽadmodum igitur in parium enumeratione primum circuitum præfatus, quartũ diem inducit: ita in mentione imparium, tertium. Atqui multo magis ignorant, quod à fronte operis Prognostici descriptum reliquerit de facie emortua. Quòd si ob huiusmodi causas hæc faciei species orta est, vna die nocteque iudicatur: non intelligentes loco verbi probatur & cognoscitur dictum esse, hos igitur missos faciamus. Principium autem dierum qui acute decernunt, & cum perturbatione quadam morbos mutant, tertium, ab ipso principio statuere oportet, veluti prius dictum est: quippe qui nullam iam cum prima septimana communionem habeat, sed coincidẽtibus existat. Siquidẽ quaternio, ꝙ septimana in duas partes secta absoluitur, ideo permagnã facultatẽ obtinere, in priore ser

mo

mone dictus est. Tertius verò & quintus licet alia nulla ratione quàm ꝙ iudicia cum accesſionibus fiunt, coincidant, nõ minus quarto die decernũt: quoniã hoc ipſum & ab experientia teſtimoniũ habet, & ratione cõtemplantibus nõ obſcura eius cauſa eſt. Nã perturbationis violentia naturam, ea quæ moleſtant, etiam ante tẽpus propulſare cõpellit: quippe virtus ipſa eſt alienorum expultrix, quemadmodum in opere De naturæ facultatibus antè demonſtratũ eſt. Tempus autẽ actionis in fine alteratorię facultatis eſt: tunc enim functionẽ obire expultrix facultas, omnibus ſecũdũ naturam abſolutis, oſtẽdebatur, quum illa ab actione deſtiterit. Verùm ante perfectã coctionem interim quæ offendunt, amoliri cogitur, vt interdũ concoctione iam abſoluta moratur adhuc, & lentè propter imbecillitatem munus ſubit, vtrunq; in ventriculo clare licet contemplari. Inſtigatus enim concoctionis tempus non expectat, ſed protinus etiam idoneum cum eo quod moleſtat, excernit: & iam ſatis concoctum interdum lentè ac cunctanter ſuperfluum imbecillitatis vitio expellit. At quum naturali habitu fruitur, perfectæ cõcoctionis tempus, ipſius recrementorum expulſionis terminus eſt: quem neque præuertit, neque

præsentem adhuc moratur. Cæterùm vt in ventriculo, sic in singulis totius corporis partibus alienorum expultrix facultas esse ostendebatur, quæ meo sanè iudicio crisim in morbis efficit, atque propterea optimæ fiunt, quum iam omnia in animantis corpore concocta fuerint. Præuenire autẽ crisim, quod Hippocr. προεκρήγνυσθαι, quasi dicas prærumpere, appellare cõsueuit, perniciosum est. Nam idonea simul cũ iis quę lædunt, excernuntur: fitq́; hoc natura incitata, vel ab exteriore quodam, vel ab iis quæ in ipso corpore detinentur. Extrinsecus igitur est medicus, qui parũ rectè quid fecerit, æger, famuli, atque alia quæ propriè exteriora nominantur. In ipso corpore offendunt morbi ipsi, eorumq́ue causæ & accessiones. Considera iã mihi tale quid in natura accidisse, quod hominibus infirmis contigit: qui à fortioribus quibusdam irritati, pro necessitate impetum faciunt, inuaduntq́; eos, & imparati pugnantes superantur. Quinetiam onus deponere quis volens, interim vel inuitus cum eo concidit. Item vehemẽtius quis currens, deinde seipsum retinere nequiens, inuitus contra conuallem delatus est. Omnia hæc exempla malis iudiciis attribuuntur, de quibus in opere De crisi copiosius dicturi sumus.

Sed

Sed nunc quoq; necessarium dicetur, quũ instituerim quidnam verbo προικηρήγνυσθαι Hippocra. sibi velit, interpretari. Etenim fieri non potest, vt qui de diebus decretoriis quippiam, referre aggressus sit, nihil de crisi etiam dicat: vel qui de crisi doceat, non etiam de diebus decretoriis verba faciat. Verùm sermo ad propositam institutionem semper reuocandus est: & tantam adhærentium mentionem facere oportet, quanta necessaria esse videtur. Vnum iam ex illis, quæ naturam stimulant, & veluti prouocant, accessio est, nullam quietem, nec moram concedens, verùm incitans, mouensque, & veluti dixeris pugnam indicẽs. Vnde acutorum morborum in diebus imparibus iudicium contingit, in his enim & accessiones sunt. Quæ igitur causa sit, ob quã in acutis morbis tertio quoque die plurimum accessiones quoq; fiãt, in longis autem vel quotidie, vel quarto: non promptũ est inuenire, nec in præsentia disquirere necessarium. Quòd verò sic eueniunt, oculis vsurpare licet. † Si enim ponamus vt etiã apparent, secunda ab initio accessio ad tertium diẽ delabetur, tertia ad quintum, quarta ad septimũ, quinta ad nonum. Omnes autẽ in imparibus fiũt. Quum ergo natura non cõueniẽti semper

† In græ. codi. Aldi. hic addi. καὶ πρὸς τὰ παρόντα λόγον ἐξ ἀρχῆς ἔχει. i. & ad præsentia rationẽ ex principio habet. In editione Basiliensi omissum est, nec anti. interpres transtulit, & fortasse nihil ad rem facit.

tempore dé morbis decernat, ſed concitata plerunque aliàs ab aliis cauſis, à quibus acceſsio in morbis acutis maximè continua redditur (oſtenſa verò hæc eſt in impares incidere)in imparibus plurima acutorum morborum iudicia fieri ratio eſt. At dies ipſi primariam decernendi virtutem non habent (ſemper enim huic animum adhibere oportet) ſed per accidẽs aliquod ſic eueniunt. Prædixit opinor, manifeſto iam hoc accidens, ſiquidem ratione qua morborum iudicia frequenter in acceſsionibus accidunt, hæ autem in dies impares incidunt: eadem in morbis acutis imparibus diebus iudicia contingunt. At ſi dierum numerus ipſe decernendi facultatem haberet, non frequẽter diebus imparibus, raro paribus, verum perpetuò imparibus, nunquam paribus de acutis morbis iudicium fieri oporteret. Neque enim ſeptimi, vel quarti numerus criſis autor eſt: ſed quòd Luna innouante & terrena immutãte, motuum quoque circuitus ad hos principes numeros venire contingat, merito in ipſis tanquam ſtata alterationum tempora inueniuntur. Quippe mutationes nõ numeris, ſed Lunæ terrena debent: at quũ id quod mutat, in motu conſiſtat, tempus mutationibus neceſſariò coniunctum eſt:

qua

quare necessariò & numerus. Non igitur quòd omnis par numerus fœminã, impar masculũ referat, acutorũ iudicia imparibus diebus accidũt, neq; enim impar absolute pari fortior est: neq; si fortior, iam fœmininus imbecillior: neq; si fœmininus quidẽ hic, masculus autem alter sit, acutos morbos in masculis numeris iudicari, diuturnos in fœmininis, rationi consentaneum est. Omnia siquidem quæ de numerorum virtute nugãtur, tã facile absurda esse deprehendimus, vt mihi subinde mirari subeat Pythagorã illum tam sapiẽtem virum numeris tantum tribuisse. Atqui nunc aduersus ipsos garrire non vacat. Nam satis est ad rem institutam, terrena Lunam immutare, & in septimanis potissimũ magnas parere mutationes: post, in quaternionibus exiguas: ad hæc, crisim accessione plurimum indigere: item accessiones tertio quoq; die in morbis acutis euenire: his etenim subiectis, acutos morbos in imparibus diebus magis ad iudicium tendere necessitas erit. Huius rei gratia tertius & quintus merito decernunt: non ex lunari circuitu decernendi potentiam sortiti, sed quòd tertius violenta accessione crisim quarto die futuram præuertat. Et per Iouẽ natura dum quarto die lassa, nec quouis modo

inci

incitata conquieſcit, quinto ad iudicium cõmouetur. Nam hic verò decretorio tardius venire, tertius paulò magis anticipare in decernendo videtur: quod vicini ambo verè decretorij acceſsiones ſuſceperint. Iam verò & nonus inter duos decretorios, ſeptimum & vndecimum medius, vel non factum in ſeptimo die iudicium, vel vndecimo futurum, ipſe ſibi vendicat: rarius quidem ſeptimi, ſæpe vndecimi criſim aſſumit. Etenim peculiare ſeptimo diei iudicium non ad nonum, modo pauci errores commiſsi ſint, vnquam peruenerit. Sed hoc libris De criſi declarabimus. Vndecimi propria criſis econtrario habet, nempe & quum exactè omnia geſta ſint, & violenta noni diei acceſsio inuadat. Porrò iudicia huiuſmodi diebus propter †acceſsiones vehementiſsimas] incidere, clariſsimè demonſtrat, ꝙ videlicet in diuturnis morbis nõ ſimiliter eueniũt. Sicut enim acceſſionum vehementia, ita dierum quoque coincidentium numerus in illis minuitur: ſic rurſus acceſsionis vehemẽtia criſim alio quàm ſtato tẽpore fieri cõpellit. Quare in omnibus ferè diebus peracutos morbos iudicari videre licet: quoniam vltimus ipſorum dies decretorius eſt ſeptimus

† In veteri legitur non σφοδροτάτας τῶν παροξυσμῶν, ſed σφοδρότητας τῶν παροξυσμῶν. i. vehementiã acceſſionum.

mus,& ante hunc non quartus modo, ſed etiam tertius,quintus,& ſextus aliquando decernunt. Quin, vt dicebatur, & de primo quæſitum eſt an decerneret. Reſtat itaque tantum ſecundus ordine firmè decretorio elapſus. Sit autem, ſi vis, & primus:ſed tertius,quartus,quintus,ſextus,ſeptimus,omnes decernũt:idq́ue omnes dies in peracutis morbis poſt eorum principia propter acceſsionum vehementiam facere videntur. Igitur ſextus etiam, etſi nec inter decretorios,qui circuitu conſtant nec impari numero aſcribatur,tamen & ipſe perſæpe decernit. quoniam intra peracutorum terminum continetur. Vniuerſi autem tales alterum duorum habent vel continuam febrem, σύνοχον appellant, quæ à prima conſtitutione eundem tenorem ſine manifeſta declinatione ad criſim vſq;, vti diximus, ſeruat: vel & aliam, quæ etſi manifeſtas habeat declinationes & acceſsiones, non tamen tertio quoque die manifeſtas tantum habet, verùm in ipſorum dierum quoque mediis quemadmodũ & ſemitertiana.Proinde prima per acutorum differentia velut vna quædam eſt acceſsio.Quamobrem nihil, quantum ad acceſsionem pertinet, impares paribus præſtabunt, quum febris ſingulis diebus

æqua

æqualis exiſtat. Secunda, etſi per triduum magnas habeat acceſsiones. & veluti circuituum principia, tamen medius ipſorum dies tãtũ & ipſe in peracutis morbis acceſſionẽ frequẽter affert, vt etiã magnis aliorum quorundam morborum acceſsionibus nihil ſit inferior. Quum igitur morbus velut ad ſeptimũ diẽ feſtinat, & ſecundum ipſius rationem in eodẽ finiturus eſt: mediæ verò acceſsionis magnitudo naturã ad criſim ante ſuum tẽpus venire compellat: vel ſi extrinſecus aliquid eueniens, ipſam irritet: ſic criſis ſexto die prærumpet. Atque hæc tanto peior eſt ea, quæ in ſeptimo futura erat, quãto magis ipſam præuertit. Peſsima verò criſis ſecundũ aliã rationẽ ſexto die accidit, quã in opere De iudiciis plenius enarrabimus, quippe ad illud proprie pertinet, bona malaq; iudicia diſtinguere. hic tantum de diebus decretoriis differere ſtatuimus. Sed quia ſemel de ſexto die vniuerſa dicere parauimus, hoc quoq; adhuc ſummatim adiungemus. Inuadunt quidam morbi, ſecundum diem primo grauiorem habentes, quartum tertio, & totas acceſsiones in diebus paribus, qui longorum morborum naturam quem admodum in commentariis De criſi oſten demus, habent: protinus autem, vt acuti,
pro

propter acceſsionis vehementiam finiuntur: hi etiã ſecũdo die interficiũt & quarto, ſed ſexto plurimos. Etenim in ſecundo die natura aliquo modo valida eſt: itẽ in quarto adhuc magis quàm in ſexto, ſed nondũ in certamen venire audet: in ſexto autẽ acceſsionis vehemẽtia frequenter eam ad certationem prouocat. Quare alterum è duobus ſuſtinet: vel in ea concipit, & prius: quã quæ offendunt, excreuerit, extinguitur: vel plurimus ex eis propulſat. Reliquum verò adhuc non poteſt: verùm imbecilla & defatigata prorſus cadit, & victa iacet. Deinde ſi poſtero tẽpore aliquo pacto recreari ac refici potuerit, paulatim morbum cõcoquit. Quòd ſi morbi reliquiæ eius robore maiores ſint, tandiu æger ſuperuiuet, quàm natura adhuc ſufficere poteſt: morietur tamen poſtea. Iam verò de diebus coincidentibus abunde dictum eſt.

CAPVT IX.

CVr autem & vigeſimus, & vigeſimus primus, multo magis vigeſimus decernit, explicabo. Primum, quoniam huiuſmodi morbus diuturnus iam eſt, & paribus diebus acceſsiones fiunt: deinde quòd ſeptimana non integris ſeptem diebus conſtet, veluti prius expoſitum eſt. Nouit hoc quoque Hippocrates, ſic in opere

Pro

Prognostico inquiens: Hæ igitur accesſiones per quatuor in viginti auctæ, finiũtur. His ſubiungit, Verùm huiuſmodi ſupputatio per integros dies nimirum fieri non poteſt: quippe quum nec annus, nec menſes ipſi integris diebus numerentur. Nam vt annus ad trecentos ſexaginta quinque dies particulam diei † maiorem] quarta adiectam habet, tum menſis ad triginta dies abſoluendos vnius dimidium deſiderat: ſic & ſeptimana, ſexta maximè diei parte, vt ſeptẽ integros habeat indiget. Quamobrem tres ſeptimanæ non vnum & viginti dies integros, ſed minus fere vnius tota dimidia parte conſequuntur. Ob quod etiam numerum huiuſmodi non magis viginti, quàm vni & viginti diebus vicinum, vtrique parti conuenire videas. Nam quum totus lunaris circuitus ſeptem & viginti diebus adhuc tertia vnius parte abſoluatur, ideoq́ue ſeptimana quælibet ſeptem diebus minus ſextante conſtet: tres ſeptimanæ viginti dies, & dimidium habebunt. Quoniam igitur vigeſimus exactam periodum propinquam ſibi vendicat, tales iam morbi inueteraſcunt, & acceſſiones † paribus] diebus accipiunt. Quorum autem acceſſiones in imparibus eueniunt, horum, & iudicia ad vigeſimumprimum

† *In veteri cod. legitur* μεῖον, *id est minorem.*

† Mendoſe *legitur in græc. impreßis co.* ἐναντίως *id eſt, contrarijs pro* ἐν ἀρτίαις. *id eſt, in paribus, vt habet vetus codex.*

mum delabuntur. Non ſolum autem Lunæ circuitus, ſed menſtruum etiam tempus apparitionis, virtutem quandam in nos poſsidet, vti prius docuimus. Hic etenim ſigniferi circuitus ſuis cuiuſque rei principiis maxime proprius eſt, & mẽſtruale tempus quo luna conſpicitur, & ambiẽtem nos aërẽ immutans, omnibus ex æquo hominibus communem effectum oſtendit. Demonſtratum eſt, & hoc tempus viginti & ſeptem dies propemodum neceſſario continere: ideoq; ſeptimana eius minor adhuc prius dicta merito euadet. Siue enim à triginta tres illos coitionis dies, in quibus nihil de aëre decernitur auferre cogites, ſiue à vigintinouem & dimidio, reliquum tempus quo Luna manifeſtum de ſe lumen præbet, priore modo ſeptem & viginti dies, altero vigintiſex & dimidium habebit. Quoniam ergo mutationes corporibus noſtris accidere diximus, quaſdam proprias, quaſdam communes: proprias, quæ tanquam ad propria principia ſpectent: communes, quæ ad communem ambientis vſum, ad eundem modum vtroſque Lunæ circuitus fieri contingit, & cõmunes propriis paulò breuiores eſſe. Atq; ſic iam ex ſeptimanæ numero quippiam auferetur. Nam ſi propriæ

communis admiſceatur,ſitq; paulò diutur nior,ita quoque ſeptimanam imminui, & velut in medio quodam propriæ & communis conſiſtere neceſſe eſt. Voco autem propriam, quæ ex ſigniferi circuitu proficiſcitur,nam is cuique noſtrum virtutem affert:communem ex menſtruo tempore ortam,quam ſupra recenſui, nequaquam ſeptem & viginti dierum eſſe.Nam ſi à menſtruali tempore exacto, quod ad tringinta dies integros vnius dimidium maxime requirere dicebatur, tres coitus, dies ademeris, reliqui videlicet viginti ſeptem minus diei dimidio erunt.Itaq; hoc tempus non menſtruale totum in † ſeptimanas diuiditur. Quare commune tempus ſeptimanæ,quod aërem immutat, ſingulis proprio minus erit : quanquam & hoc virtutem habere dicebatur, ideoque nonnihil ex alterius ſeptimanæ tempore auferre,& medium vtriuſq; tempus, quod velut mixtum ex eis eſt, plus ſexta parte ſeptimanę demat.Quapropter exactam vel mixturam, vel ablationem deus tantùm nouit.Quantum verò humana coniectura indipiſci licet, præſtat circuitum earum communem medium inter vtraſque collocari. Quum ergo apparitionis manifeſtæ & efficacis tempus ſit dies vi-

† *In vete ri græco cod. add. τρεῖς, id eſt, tres.*

ge

gesimussextus & dimidius, signiferi verò circuitus expleant vigintiseptem dies cum tertia vnius parte, liquet medium ipsorum fore vigesimumsextum diem, ad hæc dimidium, & tertiam maxime & duodecimam vnius diei dimidij partem. Siquidem vbi vtraque tempora coniunxeris, & dimidium acceperis, medium ipsum inuenies. At hoc tempus medium à vigintiseptem diebus duodecima maxime vnius diei parte deficit: quia si in quatuor ipsum diuidas, exactum septimanæ tempus offendes: non sexta modò diei parte, sed etiam maiore indigens. Sumatur enim ex vigintisex diebus & dimidio pars quarta, & ex vnius diei tertia, & duodecima: erit autem tempus dierum sex: dimidij quinta pars, & particulis aliis minoribus insuper adiectis quæ sunt sexagesimaprima, dein† centesima vigesima, ducentesima quadragesima.] Idem tempus & hoc dici posit dierum sex, & dimidij, & sextæ partis diei, & vigesimæquartę, & quadragesimæoctauæ. Abest autem huiusmodi tempus à septem diebus vnius diei quadrante, & si exacte computes, sexagesima parte, centesima vigesima, & ducentesima quadragesima. Quæ quum ita se habeant, tres septimanæ viginti diebus, &

†*In veteri græco cod. habetur ϛκβ'. i. centesima vigesima secũda. in græ. impress. hic locus aliter legitur: a. & lij. videãt.*

*Græcum exẽplar, κ id est octo habet, sed malè. qui quidem error in describendo committi facillime potuit, quod κ. litera & nota numeri vigesimi similitudinem quandam habeat ipsius κ.

†Hoc caput in anteriora translatione hic in ipso initio diuersam ab hac sententiã habere vide-

sexta vnius diei parte comprehendentur. Proinde si hunc in modum exacte rationem ineamus, trium septimanarum numerus paululum *viginti dies excedet, atque his multo magis, quàm viginti & vni erit proprius. Iam sanè ostendi secundum rerum veritatem & Hippocratis sententiam quod nihil horũ supputari potest per dies integros. hoc est absolute, citraque fracturam: neque septimana, neq; quaternio, neque mensis neq; annus, neque aliud quiduis omnium.

CAPVT X.

Qui iam disputationis huius subtilitati succenset, ac difficilem eam existimat, hunc nemo ipsam addiscere cogit: verũ primus huius operis liber ei sufficit. Quod si non laboris fugitantior sit, secundum quoque adiiciat, à tertio autem abstineat. Nos siquidem hæc paucis planè, iisq; inuitò scripsisse affirmamus. Vos ô dij immortales nouistis, vos in testimoniũ voco hæc me amicorum quorundam precibus vehemẽter adactũ, scriptis mãdasse. Nam stulti nimirum essemus, si huiusmodi sermonem vulgo conuenire arbitremur.

CAPVT XI.

Voniam †illi vnionem parentis expertem, dualitatem numerum inaudire

dire ſuauius eſt:] & alia ratione vnitatem *tur.Græc.*
formam eſſe, dualitatem materiam infini *co.impreſ.*
tã: deinde trinitatẽ abſolutã harmoniam, *fortaſſe*
vel perfectum numerum & primũ aut ſo- *ſunt de*
lidum, aut planũ. Quicquid enim ipſis in *prauati.*
buccam venerit effutiunt, & Mineruã ali-
quem numerum appellãt, alterum Dianã,
alium Appollinem. Quemadmodum igi-
tur hoc non ignoramus, ita dicere dedi-
gnamur: quum nullam demonſtrationem
ſcientificam huiuſmodi placitis adducere
nequeamus. Et amicis frequẽter ipſa re o-
ſtendimus, huiuſmodi frigidis ſermonibus
vtenti, ſiue quencunuis numerum laudare
ſiue reprehendere voluerit, procliue eſſe.
Nam eo ſtupiditatis veniunt, qui huiuſ-
modi nugãtur, vt quum vel de ſeptimana,
vel de alio quouis dixerint, non contenti
ſolis huiuſmodi ineptiis addant Pleiadas
ſeptem & vtranq; Vrſam ἑπτάστερον, id eſt,
ſeptiſtellam: etenim ſic nominant. Imo &
Thebarũ ἑπταπύλων, quaſi dicas ſeptipor-
tarũ meminerũt, videlicet ſeptẽ portarum
quæ ſunt Thebis. At quid ad rem propoſi-
tam ſpectat, ſi Pleiades ſeptẽ ſint, Dionem
laterali morbo laborantem ſeptimo die
de morbo iudiciũ ſuſtinuiſſe? Etenim aliàs
nono, aliàs decimo die criſim habuit. Quid
autem ſimilitudinis eſt, ſi ſeptem Nili o-

ſtia, Theonem pulmonis vitio ægrotantem, ſeptimo die ad criſim perueniſſe? nam aliquando quarto, interdum quinto morbi finem accepit. Verùm vt in aliis omnibus duplex vitij cuiuſq; ac prauitatis natura eſt, exceſſus & defectus, ita hic quoq; nonnulli veritatem de ſeptimana dicere conātes, prorſus auerſantur: quippe qui ſermonem quemlibet ſummo odio proſequũtur. Nonnulli in tantam nugacitatem incidũt, vt etiam ea quæ ad rem nihil pertinent, commemorent: Vtriq;, inquiunt, Vrſæ ſeptem ſtellæ ſunt. Primum ſanè verum non eſt, ſed hoc extremam eorum inſcitiam coarguit. Eſto iam verũ, ſed neq; Bootes, neque per ipſas Vrſas Draco ſeptem ſtellas obtinet. Pari modo nec Corona, nec Ophiucus, nec Cancer, vel Leo, nec omnino vllum ex duodecim ſignis, in quibus planetæ feruntur: etſi illa terrena exornare atque etiam diſponere non aſtronomis modo: ſed etiam philoſophis clariſsimis in cõfeſſo habetur. Quamobrem nec recipiendi ſunt nugatores, nec cogendi qui huiuſmodi ſpeculationem ſemper refugiunt.

CAPVT XII.

A Me itaque veritatem ipſam, quantũ homini licet, inuentam eſſe puto,

quam quidē & Hippocrates prius cognouerat, ſicut & præſcriptis verbis indicauit. Vulgare autem medicorum genus præ ſegnitie eam ſubticuit. Enimuerò nec aliud quippiam ab Hippocrate fruſtra ſcriptum inuenio, nec illud, quòd vlla computatio totis diebus fieri nequit. Atq; principium non aſtronomis tantùm, vel naturalibus philoſophis, ſed agricolis quoq; & nautis, hominibusq; omnibus receptum aſſumēs: Lunam videlicet terreſtrem plagam veluti principem quendam magni regis Solis, immutare: †huius] circuitus dies decretorios ſequi demōſtrauimus: ad hæc coincidentium dierum cauſas indicauimus: itē, cur tres ſeptimanas ad vigeſimum, non ad vigeſimum primum potius Hippocrates voluerit deducere. Cæterùm his demonſtratis, nullū adhuc negotiū eſt, quare primam ſeptimanā à ſecūda ſeparet, hāc autē tertiæ coniungat, inuenire. Neq; enim ſecundam primæ, criſi ad vigeſimumquartū diem perueniente, cōiungere ratio poſtulabat: neq; tertiā à ſecunda remouere, quū vigeſimus magis, quàm vigeſimuſprimus iudicia excipiat. Quoniam verò inter ſeptimanas ipſas duæ ſolum primæ ſeparantur, tertia copulatur: perſpicuum eſt quaterniones quoque nonnullos, neceſ-

†In veteri græco codi. pro ταύτης legitur τοιαύταις. i. huiuſcemodi.

ſario coniungi, alios ſeparari. Itaq; ſecundùs ternio & primus coniungentur, quòd vnius ſeptimanæ primæ bifariam diuiſæ particula vterq; ſit. Tertius à ſecundo diſiungetur, quoniam & ſeptimana ſecunda à priore ſeparata eſt. Tertius autem quarto copulatur, quoniam ſecundæ ſeptimanæ vterq; particula eſt. Hic itaq; rurſum quartus propter tertiam ſeptimanam ſecundæ coniunctam, quinto copulabitur. Adiungetur etiam ſextus quaternio quinto, in decimoſeptimo die: tanquam tertiæ ſeptimanæ pars vterq; exiſtens.

CAP. XIII.

QVapropter ad bonam victus rationẽ inſtituendam vtiliſsima eſt iudicii temporis prægnotio. Num verò acutum, vel diuturnum, vel alio modo morbũ nominare conueniat, qui vigeſimo die, verbi gratia, finiendus eſt, id nihil ægro præſidii affert. Poteſt enim quiſpiam ne locutus quidem, imò qui nec prorſus cogitauerit, quínam ipſe vocandus ſit, probum victus modũ ægro inſtituere, modo nihil ex aliis præterierit, quæ huc conferre videntur. Iam ſanè veritatem ſimul & vtilitatem expoſuit: atq; ſophiſtarum cauillos

dilue

diluere desinam, si prius ostendero, quantum plerique medici ea quæ conueniant, ignorent. Putant enim acutũ vocari morbum de quo celeriter iudicium est: contrarium huius, diuturnum. At veritas non ita habet: est siquidem morbus, breui tempore comprehensus, Græci βραχυχρόνιον appellant: non tamen omnino acutus. Huic contrarius est diuturnus, vel quem Græci πολυχρόνιον nominant, vel quomodocunq; aliter quis vocare ipsum malit. Acuto alia morbi natura nullum proprium nomen sortita opposita est, idque merito euenit. Nam acuti morbi propter velocitatẽ periculosi, vt Archigenes describebat: vt autem Hippocrates, cũ febre continua euenientis accidens necessario erit, vt celeriter ad crisim perueniat: etenim ex motus specie acutus nuncupatur. Quiescendum verò ei celerrime, vt qui ad proprium finẽ properet: nam idem est celeriter moueri, ac ad terminum cõfluere. Erit iam omnino brachychronius, quasi exigui temporis dicas. Aliàs tamen atq; aliàs acutus, & exigui temporis dicetur: nam propter motus celeritatem acutus: quòd verò diu morari cum eo qui celeriter mouetur, non potest, brachychronius appellabitur. At natura alia morbi ei coniuncta est: multæ siquidẽ

febres diariæ ex frigore quodam, vel adustione partium exteriorũ, vel labore breui, vel vigilia, vel tristitia, vel ebrietate, vel ira, vel id genus similibus ꝓueniũt, paruæ simul & breues, & periculis prorsus vacuæ. Atque nemo has vel idiota, vel medicus, acutum morbum vocare consueuit. Itaque acutus à longi temporis morbo clare his ipsis distinctus est: tardus cum longo confusus est, atque nõ eãdẽ motionem obtinet: siquidem acutus tardo, breuis longo oppositus est. Omnis ergo acutus planè exigui temporis morbus est, & omnis diuturnus necessariò tardus. Non tamen si breuis temporis, acutus statim est: neque si tardus, longi temporis. Proinde ex tali immutatione nõ admodum manifesta, cõplures medicos non appellationes tantũ, sed rerum quoq; ipsarũ dignotiones confuderunt, perturbarũtque.

*



INDEX IN TRES LIBROS GALENI, DE DIEBVS DECRETORIIS.

***

A

Horam

FINIS.

LVGDVNI,
EXCVDEBAT
PHILIBERTVS
ROLLETIVS.
*



